inches 4 3 2 1 0

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 centimeters

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11 (A)	12	13	14	15
L*	39.12	65.43	49.87	44.26	55.56	70.82	63.51	39.92	52.24	97.06	92.02	87.34	82.14	72.06	62.15
a*	13.24	18.11	-4.34	-13.80	9.82	-33.43	34.26	11.81	48.55	-0.40	-0.60	-0.75	-1.06	-1.19	-1.07
b*	15.07	18.72	-22.29	22.85	-24.49	-0.35	59.60	-46.07	18.51	1.13	0.23	0.21	0.43	0.28	0.19
Density										0.04	0.09	0.15	0.22	0.36	0.51

D50 Illuminant, 2 degree observer

Density ⟶

Golden Thread

	16 (M)	17	18 (B)	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
L*	49.25	38.62	28.86	16.19	8.29	3.44	31.41	72.46	72.95	29.37	54.91	43.96	82.74	52.79	50.87
a*	-0.16	-0.18	0.54	-0.05	-0.81	-0.23	20.98	-24.45	16.83	13.06	-38.91	52.00	3.45	50.88	-27.17
b*	0.01	-0.04	0.60	0.73	0.19	0.49	-19.43	55.93	68.80	-49.49	30.77	30.01	81.29	-12.72	-29.46
Density	0.75	0.98	1.24	1.67	2.04	2.42									


Colors by Munsell Color Services Lab

Don Williams

Brunet, IV, 1194-1195
27.5.2.

750

LYPR


AGRARIA.

REI AGRARIÆ

Auctores legeſque variæ.

Quædam nunc primum, cætera emendatiora prodeunt curâ

WILELMI GOESII,

Cujus accedunt

Indices, Antiquitates agrariæ & Notæ:

Una cum

NICOLAI RIGALTII

Notis & Obſervationibus, nec non Gloſſario ejuſdem.

AMSTELREDAMI,

Apud JOANNEM JANSSONIUM à WAESBERGE, 1674.

2196062
1240 TII
Axb 70

EDITOR
AD
LIBRUM.

IRe licet nunc, ecce liber, diu ſcrinia noſtra
Sunt reſerata tibi, protinus ire licet.
Sed quamvis liceat, prius attamen accipe paucis,
Quæ fugienda tibi, quæ ſubeunda loca.
Me tenet Haga ſagax, tamen hanc vitaſſe memento,
Nec cerne arboreis ut ſit amœna comis.
Non amat antiquos Latio ſermone libellos,
Quos fecit mutilos invidioſa dies.
Non honor hic chartis, calamo non gloria ſurgit,
Sed linguæ ſoli laurea multa viret.
Non etiam placeat tibi gens recutita ByzantI,
Quæ Muſas longe juſſit abire foras.
Sed neve ad Seres, gracileſve meabis ad Indos,
Divitiis illic ſolus habetur honos.
Hos igitur fugitoque Lares fugitoque Penates,
Invenies alium, quo celebrere, locum.
Leida tibi vicina patet, cunabula noſtra,
Quæ pridem Muſis rite ſacrata fuit.
Illius in gremio tuto requieſcere poſſes,
Et placida poſſes uſque quiete frui:
Italiæ potior tibi ſit ni cauſa videndæ,
Illa tibi patria eſt, primitus inde venis.
Protinus ut venies titulis ſua nomina noſcet,
Et noſcet cives protinus eſſe ſuos.
Gratabunda ergo excipiet, decorique reponet,
Hos reduces iterum poſſe videre viros.
Non nativa illis facies, qualemque priores
Videre, at multis commaculata notis.

Sed juvat effigies, juvat & cinis ipſe ſuorum,
Cætera ſi prorſus fata inimica negant.
Et tamen innumeras abſterſimus uſque lituras,
Sed non ut nullas nunc ſupereſſe putem.
Poſt me forte alius fato meliore ſequetur,
Qui totos melius reſtituiſſe queat.
Qualiacumque tamen ſunt hæc, quæ impendimus illis,
Non nollent curis eſſe tributa meis.
Quippe & quæ dedimus quondam juvenilibus annis
Excepit varie laudibus illa ſuis.
Illuc per populos tibi erit via commoda eunti,
Qui celerem Rhenum Danubiumque bibunt.
Namque licet quondam ſolius Martis alumni,
Nunc tamen hi geminam Pallada ubique colunt.
Non quæ præfulget modo verſicoloribus armis,
Verum & quæ Muſis præſidet una novem.
Iſti te glebæ adſcriptum tamen eſſe negato,
Conditio non eſt iſta ferenda libro.
Ergo trans Alpes ibis mox viſere Gallos,
Ne rigido flagitent hoc ſibi jure dari.
Poſt patriam ſi quid debes, debere fatere,
His qui bis luci te exhibuere prius.
Hinc Cimbroſve, Gothoſve petas flavoſve Britannos,
Diſpice, nam arbitrii res erit illa tui.
Ut fuerit rarus qui te iſtic forte revolvet,
Qui tamen hoc faciant alter & alter erunt.
Dumque viam carpis lentus circumſpice paſſim,
Sors uſquam comites quos tibi cunque dabit.
Invidiam lateri junctam ſi forte videbis,
Ne ſperne; augurio res erit illa bono.
Princeps Alcides cœli ſic arce receptus,
Et ſic poſt alius quilibet aſtra petit.

W. G. v. May CIↃ IↃ CLXXI.

EJUSDEM
Ad Lectorem
PRÆFATIO.

QUanquam à multis retro ſæculis ad hæc uſque tempora plurimus Coloniarum fuerit uſus, vix tamen ſcio an illis celebriores ullæ fuerint, quas Romanis in uſu fuiſſe Hiſtoriarum monumenta produnt. Ut enim in aliis multis, ſic etiam hac in re illi præluxerunt prioribus, ſimulque exemplum dederunt, quod alii multo poſt tempore ſequantur. Quanquam enim Phœnicum Græcorumque certe Coloniarum deductiones plurimæ fuerint & eximiæ, non tamen cum Romanorum conferendæ, ſi ratione & conſilio æſtimentur. Nam illi plerumque ſeditione, fame, bello, aliave neceſſitate domo pulſi vel excluſi iis conſedere regionibus, quas fors errabundis, & quo tenderent incertis, monſtrabat. Ad hæc, flos juventutis, veteriſque reipublicæ robur ſuis ſeſe ſæpe ſubducebat, quibus etiam ſubſidium majuſque firmamentum potius erat opus. Nec ſilentio prætereundum, quod hi coloni liberi ſuoque jure viventes ſolam deferebant, ſi quid deferrent, verbis magis quam re, obſervantiam progenitoribus ſuis. Cæterum nec ſplendori nec commodis

modis eorum invigilabant, ſed omnia ad ſe tranſferentes non raro luminibus eorum offecerunt. Notum quippe quanto intervallo Tyrus Carthaginem, Corinthus Syracuſas, aliæque plures Coloniæ genitale ſolum poſt ſe reliquerint. Imo nec deſunt Coloniarum exempla quæ civitates, unde profectæ quondam, debellarint ſuoque ſubjecerint imperio. ut inverſo quodam naturæ ordine progenitores iis parere compertum ſit, quos pepererant. Nam Spartana civitas non tantum in reliquas Græciæ civitates, verum in ipſos etiam Dorienſes, à quibus oriunda, imperium obtinuit. Et terrarum quondam princeps Roma etiam imperii initio Albam, matricem civitatem, funditus evertit, diruit, vaſtavit, civeſque intra ſua mœnia traduxit. ut mater ita in viſcera filiæ rediiſſe & fuiſſe recondita poſſit videri. A Phœnicum igitur Græcorumque multum diſcrepavere Romanorum Coloniæ, quarum ſeceſſione & impetu nulla, omnes ratione & auctoritate publica conſtituebantur, oportuniſſimo quoquo intra fines imperii loco, ubi ornatui & præſidio quam maxime reipublicæ eſſent futuræ. Quin & coloni deducebantur iis artibus inſtitutiſque imbuti, qui eidem ſumme eſſent decori & præſidio, hoſtibus autem terrori & formidini. Unde factum, ut eorum non modo arma, verum & mores ſenſim prorependo hoſtilia & Barbara omnia circumquaque per-

perdomuerint. quoad imperium ex parvis initiis in eam magnitudinem excrevit, ut fuiſſe ampliſſimum nullique ſecundum cenſeretur. Neque amplitudini robur defuit, cum his coloniis ceu nervis validiſſimis colligatum, ne difflueret, invictum conſtiterit, uſque dum, velut ſenio contabeſcens, & gravitate ſua in ſe corruens, alios in perniciem ſuam ſimulque ad prædam invitavit. Sed ante omnia admiratione digna eſt ſingularis illa ratio & ordo aſſignationis agrariæ, quæ nunquam non hanc coloniarum deductionem concomitabatur, & circa quam potiſſimum hi, quos damus Auctores, verſantur. Hac enim non id agebatur modo, ne ſegnitie aut luxu colonorum diffluerent animi, verum etiam ut aſſidua illa exercitatione ferendis belli laboribus firmarentur eorum corpora. Ex quibus tamen & hoc profluebat præterea, ut fruge abundârit ſemper reſpublica, dum vetus hæc ſtabat diſciplina. quippe cum agri modici, ſed magno exerciti labore & induſtria, non uberes profundere fructus non poſſent. Et quamvis his ita ſibi proſpexerint Romani, ne hoc quidem negligendum tamen ſibi putavere, ut agri pulcher ſemper & ſpecioſus eſſet aſpectus, ordine optimo ſecundum cœli regiones in paginas diviſi. Quippe aſſignanda vario limitum genere egregie diſtinxerunt, quos ſuis rigoribus & terminis arboribuſve, cum multa obſervantia & ſollicitu-

 dine

dine, incluſerunt. Solerter adeo quidem, ut artis penitiſſima intelligere non niſi hominis eſſet periti, & in his perbelle exercitati. Unde & extitere quondam viri eximii & percelebres, qui hæc ſcriptis conſignare, ſe non indignum putaverunt. In quibus eminet præcipue Sex. Julius Frontinus, vir multa dignitate conſpicuus, & Siculus Flaccus, Juriſconſultus egregius, & Agrimenſor accuratus. quamvis Hyginos, Aggenos, Simplicios ſuo etiam ſpoliandos honore non arbitramur. Verum cum nemo illorum qui hæc olim tractarunt, integer ad nos pervenerit, ſed eorum non niſi lacera, quædam etiam diſtorta, habeamus fragmenta: imo cum falſa & ſuppoſititia quædam pro veris & legitimis irrepſerint, res tam eximia magnam partem in abſtruſo non latere non poteſt. Nam ut parentum memoria excellentes viri multi prodiere, qui Auctores cæteros egregie reſtituerent, quique reliquas antiquitatis partes illuſtrarunt ſatis feliciter, ita ad hæc uſque tempora illa felicitas his ſcriptoribus non obtigit, ut pari cum aliis fuerint diligentia tractati. Quod eo mihi indignius viſum eſt, quod, hac antiquitatis parte neglecta, plures etiam juris civilis leges vix recte intelligi aut explicari poſſe videbantur. Facturum me itaque opinabar rem mihi non indecoram, nec aliis inutilem, ſi aliquatenus reſarcirem lacera, quæ his de rebus habemus, Veterum ſcripta; ſi genuina à

ſub-

ſubdititiis ſecernerem; & ſi, quæ in his latent, difficultates, quoad antiquitatis patiuntur tenebræ, faciles redderem & planas. Et quamvis reconditæ hujuſcemodi & abſtruſioris eruditionis ſtudia nunc apud nos non jaceant modo, ſed, & ut inutile pondus, rejiciant vulgo, qui ſe rebus agundis accingere dictitant, nunquam tamen, ut iſtorum accederem opinioni, à me potui impetrare. Sed cum rogabar etiam ne favere vellem multæ eruditionis candidato, quod & poëta eſſet & criticus, non adeo me res ea non deterruit, ut exinde in eum propenſiori, quam antea, ferrer ſtudio. Atque is ad eam quam exoptabat dignitatem promotus vel ſolus documento eſſe poſſet, quam vani ſint, qui tam ſtultis præjudiciis hæc ſtudia damnant & proſcribunt. Sed neceſſe non eſt ut alia hic in Batavis exempla proferamus quam quæ ſunt in propatulo, Eraſmos, Junios, Rutgerſios, Grotios, ſummis etiam regibus expetitos, licet ad amæniora & propriora literaturæ quandoque deflecterent. Facile igitur mihi fuit ſuperare hæc iniqua hujus ævi præjudicia, & turpem de optimis litteris exiſtimationem. Sed fateor deterruere me diu cum aliorum infelices & irriti conatus, tum ſumma, qua premor, temporis anguſtia. Veruntamen, cum Auctores noſtros reddidiſſet mihi aſſiduitas familiariores, hanc etiam in me provintiam tandem ſuſcepi, ſuffuratus temporis aliquantulum ſomno, aliquantulum ſaluta-

tatoribus, qui matutine nimium ædes oberrare ſolent. Atque utinam horas haſce ſubſecivas ſic collocaſſem, ut docti in his inveniant aliquid quod eos juvet, inveniantque nihil imperitiores quod eos remoretur! Sed cum in aliis id ſit perdifficile, in his etiam poſitum extra ſpem omnem videri poteſt, quæ difficultatibus infinitis & vix extricabilibus ſunt obſita. Attamen dum illuc, quo dixi, collimo, ut ipſe accurate non dixero quam longe a ſcopo aberraverim, quamve prope acceſſerim ad eundem, ita è contrario nihil magis habeo certum, quam hæc, qualiacunque tandem ſint, malevolorum non evaſura mordacitatem. Ea enim nunc ſunt tempora, ii nunc mores, ut ſint qui virtutes, quas vulgus hominum non aſſequitur, vel nigra loligine vel acri perfundant aceto; eoque nomine ſint in pretio, utpote ſagaces & ingenioſi. quos tamen vetuſtas ſcurras dixit & nebulones. Sed quid facias, cum ſors ſic omnia verſat, ut vitia in virtutes, ſimulque virtutes mutet in vitia? Quid aliud, quam quum in altum te dederis, fortiter quamvis tempeſtatem ut feras? & quantumvis furentem Boream immotus ut repellas? Mihi certe, utcunque hoc genus Hominum ad hæc ſe compoſuerit, pro ſcuto ſufficiet ſtudii mei conſcientia, quo annisus ſum ut proſim pluribus, dum confragoſa & inpervia hactenus ſenticeta, quæ privatim excolui, nunc publice cuivis peragranda pando;

do; ut uſus, quem mihi meiſque habebam proprium & peculiarem, nunc ſit omnibus ubique communis. Cum igitur ſpinarum ſentiumque magnam evulſerim vim, ſalebraſque & prærupta plurima reddiderim plana, lætiora multo nunc, ecce, ſurgunt virgulta frugeſque. Et quamvis lætiora, monendus tamen es, benigne lector, ne hic tibi imagineris arvos hortoſque eo ornatu & nitore quo primitus fuere exculti, deperditis tot antiquitatis monumentis, ex quibus hæc debeant reſtaurari. Ita ut in tempore expectationi modum ponere atque animum attemperare hiſce mediocribus fuerit melius, ne majoribus, quam dare noſtrum eſt, inhiantem, hæc tenuia vel moroſum te demittant vel inanem. Vale.

VARIORUM DE HIS SCRIPTORIBUS Teſtimonia & judicia.

CORN. TACITUS LIB. IV. HISTORIAR.

INterea Veſpaſianus iterum ac Titus conſulatum abſentes ineunt . . . . Kalendis Januariis in Senatu, quem Iulius Frontinus prætor urbanus vocaverat, legatis exercitibuſque, ac regibus laudes grateſque decretæ . . . . Et mox ejurante Frontino, Cæſar Domitianus præturam cepit.

LEO BABTISTA ALBERTUS DE RE ÆDIFICATORIA, LIB. V. CAP. VI.

Apud Nigrigentum, qui de limitibus ſcripſit, &c.*

* De hoc nihil legi alibi.

RAPHAEL VOLATERRANUS URBANORUM COMMENTAR. LIB. XVI.

Higynus prænomine Iulius, nonnullis y præponitur, ſcribit ad M. Fabium Quintilianum, cui familiariſſimus fuit, De mundi & ſpheræ narratione, utile ſane aſtronomicum: præterea De ſignis cæleſtibus, opus in IV. *libros diſtinctum. Idem teſte Gellio Commentarios in Virgilium, qui non extant: Librum quoque Gromaticon nuper inventum.*

IDEM R. VOLATERR. LIB. XXX.

Menſuras limiteſque agrorum nunc attingam ex Iulio Frontino & M. Iunio Nipſo, quem figuris pulcherrime adornatum mihi tradidit vir ornatus, omniſque antiquitatis ſtudioſiſſimus Andreas Colotius.

JO. SICHARDUS AD TITULUM CODICIS FINIUM REGUNDORUM.

Sequitur titulus Finium regundorum, qui difficilis non eſt quantum ad jura attinet. Nam ea quæ ad Geometras pertinent, id eſt dimenſiones agrorum & qualitates, deinde formas terminorum atque etiam limitum ad nos non pertinent. Nec enim *hodie facile quicquam ſciri poteſt in tanta ignorantia vetuſtatis, quæ fuerint olim formæ terminorum, de quibus apud me extat libellus Iulii Siculi, & Higini liberti Auguſti.*

IDEM EPISTOLA DEDICATORIA

Ad Ferdinandum Hungariæ &c. regem, præfixa Codici Theodoſiano A°. CIↃ IↃ XXVIII.

Iulium Frontinum De qualitate agrorum, & limitum controverſiis, cum Aggeno Urbico adnexuimus, ut ſimul haberentur, quæ reliqui nobis tot clades, atque redivivi quidam Gothæ fecere, non tam hominibus quam ipſis ſtudiis exitiales. Præterea Siculum Flaccum & Innocentium De notis juris, quem Agrimenſorem Ammianus ſub Conſtantino fuiſſe commemorat, fueramus adjecturi, niſi tempore otioque excluſis aliud in manus, non minus è re ſtudioſorum, veniſſet.

Illuſtriſſimo clariſſimoque viro

JOSEPHO SCALIGERO

Carolus Labbæus S. D.

. . . *Audivi nuperrime quendam Tholoſatem Athorum De limitibus agrorum correctionem & editionem ſuſcipere velle. Et, ut ingenue dicam, non æquo animo tuli: perpendens hunc laboris olim à nobis ſuſcepti deſponſam & deſtinatam laudem præoccupaturum, niſi maturarem. Idcirco de ea monere & unice*

ragare

rogare te & orare volui, ut quæ habes, ſive edita ſive inedita, perlegas, & quam cito poteris cum emendationibus tuis ad me mittas, ſpondens me omnibus bona fide uſurum, & omnia tutiſſime remiſſurum. . . Biturigibus IIII. *Eidus Oct. Iulian.* CIↃ.IↃC III.

JUSTUS LIPSIUS LIBRO I. ELECTOR. CAP. XV.

Pulchræ, ita me Deus amet, reliquiæ in manus meas venerunt, celebris illius legis Mamiliæ, Fabiæ, Roſciæ, & aliarum aliquot, quæ ad rem agrariam, legum. quas, iniquus ſim, ſi debeam diutius ſtudioſæ juris & antiquitatis juventuti. Excerpſi eas ex libro manuſcripto, in quo conjunctim varii De finibus & Re agraria ſcriptores. qui toti lucem adhuc necdum viderunt, & ſpero viſuras brevi, opera C. V. Franciſci Nanſii amici noſtri; apud quem ſcio adſervari ſimile volumen. Nam ea Frontini & Aggeni Urbici quæ extant, mera nugamenta ſunt præ iſtis. Codicem, quem ego uſus ſum, is, pleraque parte fuit grandi litera Romana: & in eo ordine inſerti libri iſti & ſcriptores:

M. Juni Niſſi.
Aprofoditi.
Beturni Rufi Architectonis.
Julii Frontini (*alias* Frontonis) De agrorum qualitate.
Hygini conſtitutio.
Ageni Urbici, De controverſiis agrorum.
M. Varronis De geometria.
Hygini De limitibus.
Hygini De diviſionibus agrorum.
Hygini liber Gromaticus.
Balbi liber ad Celſum. Expoſitio & ratio omnium formarum.

I. RUT-

I. RUTGERSIUS VARIAR. LECTIONUM LIB. I. CAP. XI.

Inter multa vetuſtatis monumenta, quæ undique non ſine ingenti labore conquiſivi, Agrimenſorum volumen habeo, deſcriptum manu V. C. Franciſci Nanſii: illud ipſum, quod & olim apud eum vidiſſe teſtatur Lipſius, & nuper non exiguo uſui fuit Nic. Rigaltio, cui ego utendum miſeram. Erant in eo complures antiqui ſcriptores, qui indigni licet qui perirent, eo tamen tempore, quo ego illud accepi, lucem non aſpexerant. Nunc vero quod ait Poëta: Omnia ſunt vulgata. *Inter alios erat Hygini Gromaticus, &c.*

NICOLAUS RIGALTIUS JOANNI RUTGERSIO SUO S. D.

Jam ſerio quære quid agant Agrimenſores mei, nam tandem, ecce, comparent. Quære, inquam, ſerio, ut caſtiges & moneas. Non enim is ſum qui vires meas operi inprimis arduo & difficili ſuffeciſſe exiſtimem; apud te præſertim, qui indiligentiam meam noſti, ac præterea ſcis quo improbo & importuno ſtrepitu forenſis opella cogitationes iſtas conturbare ſoleat. Itaque hoc mihi per te ab doctiſſimis clariſſimiſque viris, Hug.Grotio & Daniele Heinſio, impetratum velim, ut quæ ſcilicet aliud agenti exciderunt, exciderunt autem plurima, æquiore animo ferant. Ad eos etiam exemplaria mitto, quæ generoſiſſimus illuſtriſſimorum Ordinum legatus, Dn. vander Mylius per ſuos ſe curaturum pollicetur. Vale amiciſſime Rutgerſi, Lutetiæ Pariſior. XV. *Kal. Iun.* CIƆ IƆ CXIV.

Viro nobili & erudito,

WILELMO GOESIO,

Caſtri Bouchorſtiani Domino,

In

CURIA HOLLANDIÆ

Senatori, &c.

TErmine qui Veterum monumentis Divus haberi
Gaudes, & falſa relligione coli:
Cui tamen à multis oblivio contigit annis,
Et qui non per te vincere fata potes:
Hic iterum redivivus ades, viridique nitore
Proſtas, & veteri ſiſteris uſque loco.
GoesI cura tibi monſtrat redditque rigores,
Et facit in multum vivere poſſe diem.
Hinc agros, hinc rura tenes, campoſque patentes
Finis, & fluviis tutor amicus ades.
Hinc, iterum luci qui nunc permiſſus amœnæ es,
Vivis, ſed nullo poſt periture modo.
Hinc, magis ac, olim Batavi celebrabere chartis,
Teque decuſque tuum qualibet ora canent.

Humili officii ergô
poſuit.

JOH. LAURENTIUS, J.C.

No-

Nomina
AUCTORUM VETERUM
Qui hoc volumine continentur.

SICULUS FLACCUS.
JULIUS FRONTINUS.
AGGENUS URBICUS.
SIMPLICIUS.
HYGINUS.
INNOCENTIUS.
MARCUS BARO.
VITALIS.
ARCADIUS.
CAJUS.
THEODOSIUS.
LATINUS.
MYSRONTIUS.
MAGO.
VEGOJA.
FAVSTVS.
VALERIVS.
DOLABELLA.
ISIDORVS.
INCERTI ALIQVOT.
LEGVM habes elenchum pag.328.

ADMONITIO
De litteris ſingularibus margini appoſitis.

Al. *Aliter, ſive alii codices.*
Arc. *Arcerius.*
B. *Boëthius.*
F. *Forte.*
G. *Gerbertus Papa.*
H. *Lucas Holſtenius, qui conjectu-ras quaſdam Codici ſuo adjecit.*
M.S. *Manuſcriptus codex.*
P. *Samuel Petitus.*
R. *Rigaltius.*
Sc. *Scaliger.*
S. *Salmaſius.*
V. *Voſſii Codex Manuſcriptus, ſed recenti manu.*

Graviora errata typographica in Veteribus Auctoribus commiſſa, corriguntur pleraque in Notis.

Reliqua ſic corrigito.

P.348.*l.*11. *nec* l. *&*

Præfatione indici præfixa.

*l.*28. *rex* l. *res*

In indice.

Verbo, agri. *Aliquando* leg. *Aliquoties.*
verb. Aperire. *atque ita* l. *atque ut ita.*
verb. Candetum. *Gell.* l. Galli.
verb. Fundus. *p. ibid.* l. *p.*216. *ibid.*

verb.

verb. Ignifer. *quos* l. *quod.*
v. Juegrum. *aliud* l. *alius.*
v. Labe. diſſidet l. deſidit.
v. Lamina. *Dunelmeus.* l. *Dunelmens.*
v. Samartia. *Simiratione* l. *Simili ratione.*
v. Sarga. Sarga idonea. l. Sarga inidonea.
v. Ter. Claud. arceſſæ l. arcellæ.
v. Varatio. vara. l. varo.
v. Allife. Aſlifæ. l. Allifæ.

In Antiquitatibus agrariis.

pag. 6. *l.* 15. *ſequuti de* l. *ſequuti. De &c.*
13. *l.* 27. *exercere* l. *exerceri.*
21. *l.* 2. *certo* l. *certe.*
l. 11. *deductus* l. *deductas.*
l. 15. *&c. Oct.* l. *& C. Oct.*
l. f. *predam* l. *præd.*
22. *l.* 6. *eſt* l. *&.*
l. 24. *Abeſſinenſem* l. *Abellinenſem.*
l. 26. *Abeſſinum* l. *Abellinum.*
24. *l.* 10. *obducta* l. *obductæ.*
25. *l.* 19. *judicio* l. *indicio.*
l. 22. interciperet l. intercideret.
27. *l.* 26. *iis tribuebat quinquennium.* Delendum. *(ne & C. Graccho.*
29. *l.* 15. *Carbone S. C. Graccho* l. *Carbo-*
l. 27. *teſtatur* l. *teſtetur.*
34. *l.* 4. *tritinio* l. *trifinio.*
35. *l.* 14. *de loco.* delendum.
36. *l.* 28. præſtat provintiæ l. Præſtat præſes provintiæ.
37. *l.* 3. *cognoſcendis.* l. *cognoſcentis.*
38. *l.* 6. *judicemus* l. *indicemus.*
l. 12. *judices* l. *indices.*
l. 16. viris l. viros.
44. *l.* 5. *jugeris* l. *jugeri.*
46. *l.* 5. *ad uſque* l. *ad id uſque.*
48. *l.* 12. *ad filium.* l. *ad Silium.*
49. *l.* 30. *judicaret* l. *indicaret.*
50. *l.* 15. *afferunt* l. *aſſerunt.*
55. *l.* 7. *Babinonis* l. *Babilonis. (ratione.*
l. 20. *Quantum ratione* l. *Qua autem*
l. 29. *judicaturus* l. *indicaturus.*
59. *l.* 25. *inde colligere* l. *id inde colligere.*
l. 27. *quadrantas* l. *quadrantal.*
61. *l.* 8 *colonia* l. *coloniam.*
62. *l.* 3. *ſtadiis* l. *ſtudiis.*
69. *l.* 12. *Intra* l. *extra.*
72. *l.* 22. *circuibat* l. *circuibant.*
80. *l.* 4. *obtrudunt* l. *obtrudit.*
100. *l.* 30. emiſſitium l. emiſſititium.
107. *l.* 16. feri l. fieri.
112. *l.* 30. *ei coloniis* l. *e coloniis.*

In Notis.

125. *l.* 6. *Epigraphe* l. *Epigraphen.*
130. *l.* 27. *preſtetur* l. *præſtetur.*
131. *l.* 16. *inter* l. *iter.*
134. *l.* 19. *imputatione* l. *in putatione*
139. *l.* 2. *vici nei.* l. *vici mei.*
l. 37. *quod longitudinem* l. *quod in longitud.*
141. *l.* 7. *pagrum* l. *pagorum.*
156. *l.* 26. *horum rerum* l. *harum rer.*
158. *l.* 32. Altarium l. *Alatrium.*
l. 41. *ſuſpicare* l. *ſuſpicari.*
159. *l.* 14. *quo* l. *quod.* *(ſignationes.*
181. *l.* 27. *nemo in aſſignatione* l. *nemini aſ-*
188. *l.* 24. *intermiſſas* l. *antemiſſas. & ita emend. h. p. l.* 35.
191. *l.* 1. *quæ* l. *quum.* *(jub.*
l. 7. *ſic enim jubent* l. *ſic enim credere*
192. *l.* 8. *congruus* l. *congrui.*
194. *l.* 7. *conſtitum* l. *conſtitutum.*
l. 11. *noti* l. *moti.*
201. *l.* 8. *conveſſunt* l. *convellunt.*
l. 25. *altera* l. *alteram.* *(leg.*
202. *l. f.* *aliorumque legum* l. *aliarumque*

SICULI FLACCI DE CONDITIONIBUS AGRORUM.

CONDITIONES agrorum per totam Italiam diverſas eſſe, pleriſque etiam remotis à profeſſione noſtra hominibus notum eſt. quod etiam in provinciis frequenter invenimus. Accidit autem ut ex *dis*ſimilibus cauſis *dis*ſimiles haberent conditiones. Civitates enim, quarum conditiones aliæ *atque aliæ* ſunt (coloniæ dicuntur, municipia, quædam præfecturæ) habent vocabulorum differentias. quæ variatio nominum *a* liceat earum diverſas eſſe conditiones. Regiones autem dicimus, intra quarum fines ſingularum coloniarum, aut municipiorum magiſtratibus jus dicendi coërcendique eſt libera poteſtas. Ergo hæc vocabula non ſine cauſa acciderunt. quidam enim populi pertinaciter adverſus Romanos bella geſſerunt: quidam experti virtutem eorum, ſervaverunt pacem: quidam, cognita fide & juſtitia eorum, ſe eis addixerunt, & frequenter adverſus hoſtes eorum arma tulerunt. Leges itaque pro ſuo quiſque merito acceperunt. Neque enim erat juſtum, his, qui toties admiſſo perjurio rupêre pacem, ac bellum intulêre Romanis, idem præſtari quod fidelibus populis. Primum ergo referendum eſt, appellationes ut fierent *municipii*, coloniæ, aut præfecturæ. Municipia quidam putant à munitionibus dicta, alii à mu-

a F. eſſiciet.

 nificentia,

nificentia, eò quod munificæ eſſent civitates. Coloniæ autem inde dictæ ſunt, quòd populi Romani in ea municipia miſerint colonos, vel ad ipſos priores municipiorum populos coërcendos, vel ad hoſtium incurſus repellendos. Colonias autem omnes maritimas appellaverunt, vel quòd *a* mare in his deduceretur, vel, quod pluribus placet, maritimas appellari exiſtimant, ideo quòd Italia ab Alpibus in mare porrigatur, ac tribus lateribus exteras gentes intueatur. A Sicilia uſque ad Galliam omne litus *b* Africum eſt contrarium: rurſus à Leucopetra pars quæ ad mare attingit, *c* Macedoniæ & aliquam Epiri partem ſpectat: Hadriaticum verò litus Illyricum contra ſe habet. In his ergo litoribus Romani colonos miſerunt, ut ſupra diximus, qui oras Italiæ tuerentur. Aliæ deinde cauſæ creverunt. Gracchus còlonos dedit municipiis, vel ad ſupplendum civium numerum, vel, ut ſupra dictum eſt, ad coërcendos tumultus, qui ſubinde movebantur. Præterea legem tulit, ne quis in Italia amplius quàm duocenta jugera poſſideret. Intelligebat enim contra jus eſſe, majorem modum poſſidere, quàm qui ab ipſo poſſidente coli poſſit. Ut verò Romani [omnium] gentium potiti ſunt, agros *alios* ex hoſte captos in victorem populum partiti ſunt, alios verò [agros] vendiderunt, ut Sabinorum ager qui dicitur quæſtorius. Eum limitibus actis diviſerunt, & denis quibuſque actibus *d* laterculi quinquagena jugera incluſerunt, atque ita per quæſtores *e* populo Romano vendiderunt. Poſtquam ergo majores regiones ex hoſte captæ vacare cœperunt, alios agros diviſerunt, aſſignaverunt: *f* ac ita remanſerunt, ut tamen populi Romani eſſent, ut eſt in Piceno, in regione Reatina, in quibus regionibus montes Romani appellantur. Nam ſunt Populi Romani quorum vectigal ad ærarium pertinet. De municipiis itaque tractandum eſt. *g* Prima origo op-

go op-

a F. In mare his vis d.

b H. Africæ.

c H. Macedoniam.

d F. Laterculos quinquagenum jugerum incl.

e F. Populus Romanus vendidit.

f F. Alios ita remiſerunt.

g F. Prima ergo opp.

go oppidorum, quæ civitates dictæ ſunt, municipia ex cauſa ſupra dicta nominata ſunt. *** Accidit autem infeſſarum earum gentium populis *a* ſæpe mutantibus id in Italia & in provinciis, ut Phryges in Latio, ut Diomedes cum Gallis in Apulia, ut Macedones in Lybia, Tyrreni qui dicuntur Hetrurii, in Gallia. In Aſiæ finibus ſocii Gallorum inſedere, & in aliquibus Phrygis Diomedis finibus. qui etiam ſocii conſtituere civitates, atque in eas *b* partiti ſunt, hi cives dicuntur quidem ultro citroque aut † bello repuliſſe, aut indigenas: præmenſumque quod univerſis ſuffecturum videbatur ſolum, territis fugatiſque inde civibus, territoria dixerunt. contra hoc aliud de quo ſuo loco referemus, ſingulis. Deinde terræ nec tantum occupaverunt quod colere potuiſſent, ſed quantum in ſpe colendi reſervavere. Hi ergo agri occupatorii dicuntur: arcendo enim vicinos hanc appellationem finxit quiſque. Hi agri à quibuſdam ſoluti appellantur: ſoluti autem non ſunt quorum fines deprehendi poſſunt & finiuntur, quos quidam arcifinales vocant: hi autem arcifinales dicuntur. Conditiones autem agrorum variæ ſunt ac diverſæ, quæ aut caſibus bellorum, aut utilitatibus populi Romani, aut ab juſtitia, ut dicunt, inæquali ſunt. *c* Occupatorii autem dicuntur agri quos quidam arcifinales vocant: hi autem arcifinales dici debent, quibus agris victor populus occupando nomen dedit. Bellis enim geſtis victores populi terras omnes ex quibus victos ejecerunt, public*aver*e atque univerſaliter territorium dixerunt, intra *d* quos fines jus ducendi eſſet. Deinde ut quiſque virtute colendi occupavit, arcendo vicinum, arcifinalem dixit. Horum ergo agrorum nullum æs, nulla forma, quæ publicæ fidei poſſeſſoribus teſtimonium reddat: quoniam non ex menſuris actis, *e* unuſquiſque miles modum accepit, ſed quòd aut excoluit, aut in ſpe colendi occupavit.

a F. Sedem.

b F. Partiti ſunt cives. Hi d.

† V. Not.

c V. Not.

d F. Quius fin.

e F. Ut cum quiſque mil.

Quidam vero poſſeſſionum ſuarum privatim formas fecerunt, quæ nec ipſos vicinis, nec ſibi vicinos obligant, quoniam res eſt voluntaria. Hi tamen finiuntur terminis, & arboribus notatis & antemiſſis, & ſuperciliis, & vepribus, & viis, & rivis, & foſſis. In quibuſdam regionibus palos pro terminis obſervant. alii iliceos, alii oleagineos, alii verò juniperos. Alii congeries lapidum pro terminis obſervant; & ſcorpiones appellant, aut in ſpecie maceriarum congerunt lapides & attinas appellant, obſervantque pro terminis. Hæc tamen omnia genera finitionum non ſolum in diverſis pluribúſve regionibus, verum etiam in uno agro inveniri poſſunt. Nam ubi ſupercilia finem præſtant, deficientibus eis, neceſſe eſt aut terminum, aut arbores, aut aliquid ex ſupra ſcriptis generibus incipiat obſervari. Quidquid autem horum fuerit, ex convenienti ad convenientem rectus finis obſervari debet. Maximè autem intuendæ erunt conſuetudines regionum, & ex vicinis exempla ſumenda. In quibuſdam enim regionibus alii terminos ſiliceos ponunt, alii diverſarum materiarum: quidam vero curant invehere qualeſcunque peregrinos lapides, ut manifeſtum ſit ex induſtria [terminos] finales poſitos. Quidam etiam politos, alii vero inſcriptos, alii etiam numeri ordine notatos diſponunt. Alii tantummodo inflexis verſuris, alii in longioribus ſpatiis complures etiam æqualibus intervallis. In quibuſdam vero regionibus in verſuris omnibus binos poſuerunt, ita ut ſuum quiſque rigorem intueretur. nam & variis regionibus ſigna defodiunt pro terminis. Ergo, ut ſupra dixi, conſuetudines maximè regionum intuendæ, & ex vicinis exempla ſumenda ſunt. Inſpiciendum erit & illud, quoniam ſepulcra in extremis finibus facere ſoliti ſunt, & cippos ponere, ne aliquando cippus pro termino errorem faciat. Nam in locis ſaxuoſis &

ſis & in ſterilibus etiam in mediis poſſeſſionibus ſepulcra faciunt. Omnia ergo, ut ſupra diximus, diligenti cura exquirenda erunt, ut ſecundum conſuetudinem regionum & terminorum fidem conſtent fines. Aliquando etiam petras occurrentes in finibus notatas invenimus, & quaſdam, ſi perſeveret rigor, *rectas* notas habentes, in verſuris verò gammas, ſed ſpectantes ſuos rigores. aliquas etiam decuſſatas invenimus. Quibuſdam placet & videtur, uti ſub omnibus *terminis* ſignum inveniri oporteat, quod ipſum voluntarium, nòn neceſſarium eſt. Si enim eſſent certæ leges, aut conſuetudines, aut obſervationes, ſemper ſimile ſignum ſub omnibus terminis inveniretur. Nunc quoniam voluntarium eſt, aliquibus terminis nihil ſubditum eſt: aliquibus verò aut cineres, aut carbones, aut teſtas, aut vitrea fracta, aut oſſa ſubcenſa, aut calcem aut gypſum invenimus. quæ res tamen, ut ſupra diximus, voluntaria eſt. Carbo autem aut cinis quare inveniatur, *a* una certa ratio eſt, quæ apud antiquos quidem obſervata eſt, poſtea vero neglecta, ſic aut diverſa, aut nulla ſigna inveniuntur. Cum enim terminos diſponerent, ipſos quidem lapides in ſolidam terram rectos conlocabant, proximè ea loca quibus foſſis factis defixuri eos erant, & unguento velaminibuſque & coronis eos coronabant. In foſſis autem in quibus poſituri eos erant, ſacrificio facto, hoſtiáque immaculata cæſa, facibus ardentibus in*jectis* *b* foſſa cooperati ſanguinem inſtillabant, eoque thura & fruges jactabant: favos quoque & vinum, aliáque quibus conſuetudo eſt terminis ſacrum fieri, [in foſſa adiciebant.] Conſumptiſque omnibus dapibus igne, ſuper calentes reliquias lapides conlocabant, atque ita diligenti cura confirmabant, adjectis etiam quibuſdam ſaxorum fragminibus circumcalcabant, quo firmius ſtarent. Tale ergo

a F. Uti aperta ratio.

b F. Feſto c.

ſacrificium domini, inter quos fines dirimebantur, faciebant. Nam & ſi in trifinium, id eſt, in eum locum quem tres poſſeſſores attingebant, termini ponebantur, omnes tres ſacrum faciebant. *a* quique alii in confinio domini erant, omnes ex convenientia terminos ponebant, & ſacrum faciebant. Terminos autem convenientia poſſeſſorum confirmabat. *b* Nam in quibuſdam regionibus jubemur vertices amphorarum defixos [inverſos] obſervare pro terminis. Ergo convenientia, ut ſupra diximus, poſſeſſorum terminos conſecrat, qui, ut ante dixeramus, omnibus angulis coxiſque poſiti eſſe debent. In quibuſdam verò regionibus ſæpe per longum ſpatium, & inter multos poſſeſſores, rigores *c* dumique finem faciunt, ut aliquando tantummodo per ſingulorum poſſeſſorum ſpatia. Id *ſi* eſt, à capite uſque ad caput, poſiti inveniuntur termini, hoc eſt à fine incipiente uſque ad finem deficientem, unde alterius poſſeſſionis finis incipiat obſervari. *d* Quidam vero in mediis ſpatiis plures interpoſitos habent *e* quorum ſi quiſquam [per longum ſpatium] moveatur *f* inter longum tractum & inter plures poſſeſſores rigor durare debet. qui ſi non eſt, totæ regioni errorem quendam incutit, nec ei tantum intra cujus fines motus eſt, calumniam introducit, ſed ultro citróque confundi fines neceſſe eſt. Illa omnia, quæ ſuprà diximus, [quæ] ad terminos lapideos pertinent, ſive ſigna ſubdita *g* requirantur, ſive notæ aut literæ aut numeri. Quamquam maximè ſecundum conſuetudinem regionum omnia intuenda ſunt, tamen & *h* nobilitatæ hæ, quæ manu fiunt, *præcipue* fidem habere debent, quoniam intelliguntur ea induſtria convenientiáque poſſeſſorum fieri. Si vero pali lignei pro terminis diſpoſiti [ſunt,] aut congeries lapidum acervatim congeſtæ ſunt, quos ſcorpiones appellant, aut in effigie maceriarum, quæ attinæ appellantur, aut

a F. Quumque alicubi in confuſo dominium erat.
b F. Etiam.
c F. Durant qui fin.
d F. Quum v.
e F. Terminorum.
f F. Intra.
g F. Repeↄiantur.
h F. Nobilitata hæc.

aut vertices amphorarum defixi, aut petræ naturales notatæ, aliúdve quod loco termini obſervari videbitur, ex conſuetudine regionis, & ex vicinis exempla ſumenda ſunt. Supercilia, de quibus mentionem habui, ſi finem facient, intuendum erit in quantum ſpatium devexitas ſupercilii extendatur, ne mons ſupercilium ſit. Intra paucos enim pedes *a* ſupercilia vocabula accipiunt. Quæ tamen uſque in planitiam ex ſuperiori vergunt, ad ſuperiores poſſeſſores pertinent. Quidquid enim inferior poſſeſſor in ſolo ſuo agit, damno ſuperioris fit: ſive aret, ſive fodiat, detrahit pendentes ex ſuperiori terras. ſi verò congerat, aut adiciat quid, ad ſuperiora non aſcendit. Ita hæc cauſa efficit ut ſuperioribus poſſeſſoribus uſque in planitiam ſupercilia cedant. Si arbores finales obſervabuntur, videndum erit quæ ſint arborum genera. Nam quidam in finibus naturales qualeſcunque arbores intactas finales obſervant *b* alii diverſas. Quidam de cunctis [ex ipſis arborum generibus] unum tantum genus in finibus relinquunt, quo *c* manifeſtum jus appareat finales. *Quidam peregrinis* loca munierunt, ut materiæ differentia argumento ſit. *d* quædam ex conventione in ipſis finibus communes ſerunt, aliqui privatim intra ſuum ſolum in extremis finibus. Ponunt &, ut ſupra diximus, diverſa arborum genera. Alicubi enim pinos invenimus, alicubi cypreſſos, alibi fraxinos, aut ulmos, aut populos, quæque alia ipſis poſſeſſoribus placuerunt. Et ſi intercultis finibus, aut propè fines diſponuntur, ſpiſſioribus & diſconvenientes ordinibus arbuſtorum, ſi tamen arbuſta ſint. Quæ ſi communes ſunt, ſemper utrinque intactas quidam ſervant, quidam durantibus ſtirpibus, earum ſummas frodes ac virgulta communiter cædunt. Si propriæ alterius partis ſint, ut domino libuit, aut cædit, aut remittit: ex quibus tamen ſæpe & materias deiciunt & alias ſubſti-

a F. Supercilii ea.

b F. A ſe diverſas.

c F. Manifeſtius app.

d F. Quidam.

munt.

tuunt. Hoc etiam in communibus arboribus ſæpe accidit. *a* Si enim utriuſque poſſeſſoribus conveniat, ut finales arbores deiciant, aut ut precio taxent, aut alterna ſibi ſorte habeant ſubſtituantque in dejectarum locum alias. aut ſi nihil placuerit ſubſtitui, differentiæ æqualitatum indicio erunt. Si vero notatas arbores in regionibus finales *b* obſervabuntur, intuendæ ſunt notæ. Si enim communes ſint, mediæ *aut* utrinque notatæ *c* per totas eſſe debebunt, ſi partium *d* frondes ſpectant, in alios fines plagis. [i. latis cicatricibus ſignatæ inveniri debent.] ut intellegantur eorum eſſe dominorum, in quas partes integræ erunt, intactæ*que* reſervabuntur. Signantur autem utrinque, id eſt, ex utraque poſſeſſione intra pedes quinos, ut legis Mamiliæ commemora*tæ ra*tionem habeant. In verſuris quæ notatæ ſunt, aut decuſſes in eis inveniuntur, aut gammæ, ut manifeſtum ſit verſuras ſuis ſignis obſervari debere. Quidam ſatis putant omiſſas intactaſque pati creſcere, *ſic ut* magnitudine cæteras ſuperent. de qua argumentum capere quæſtui ducimus. *Cum* cæteræ diſſimiles ſunt, videtur aliquod his teſtimonium *e* per eas præſtare. Præterea ſive in cultis, ſive in ſilvoſis, & in incultis locis agatur, reſpiciendum erit utrum hæ quæ finales videbuntur arbores, habeant in alterutras partes *notas* ſimiles. quæ utrinque tales habeant *communes videbuntur*. una *eademque* res videbitur, ſi notatæ ſint *mediæ*. Si vero altera pars habeat quo loco deficiant, ibi *f* ipſæ partes earum videbuntur eſſe finales, in qua ſimiles eis erunt. Si neutra parte ſunt ſimiles, *g* & illæ ſolæ videantur, finales communeſque eſſe *non* videbuntur. Si autem ut ſæpe fit, unus poſſeſſor diverſum [utriſque partibus] genus arborum per omnem finium ſuorum ambitum poſuerit, ut inter alios quoſque agros confines ſibi, non ſolum inter eum, cum quo contro-

verſia

a F. Sic enim v p. convenit.

b F. Obſervabunt, tum int.

c F. Perpetuo. *vel:* perpetuis notis.

d F. Foras.

e F. Per exiguitas præſt.

f F. Iſti parti videbuntur eſſe finales. Finales inquam, ſi ſimiles notis erunt.

g F. Ex illiſione vid.

verſia erit, *an* finem faciant diligenti cura videndum erit: ne propri*et*as *a* alterius arborum partes communes oſtendantur. Quidam tamen quoties circa extremos fines ſuos alicujus generis arbores diſponunt, quæ *b* ſignificant differentes ab cæteris poſſint extremos fines demonſtrare, incidunt per errorem *c* enim intra vicinorum fines. de qua re diligentius inſpiciendum erit, ut poſſeſſores ſuos fines teneant, non alienos laceſſant. Viæ autem ſi finem faciant, adtendendum erit quales viæ, & *d* quomodo. nam & ſæpe incidunt in finibus, & ſæpe trans viam aliqui poſſeſſores particulas habent. Quædam ergo viæ aliquando fines tranſeunt poſſeſſionum, quarum tamen non omnium una eadémque eſt conditio. Nam ſunt viæ publicæ regaleſ*que*, quæ publicè muniuntur, & auctorum nomina obtinent: nam & curatores accipiunt, & per redemptores muniuntur. in quarundam tutelam à poſſeſſoribus per tempora ſumma certa exigitur. Vicinales autem viæ de publicis quæ divertuntur in agros, & ſæpe ad alteras publicas perveniunt, aliter muniuntur per pagos, id eſt per magiſtros pagorum qui operas à poſſeſſoribus ad eas tuendas exigere ſoliti ſunt, aut, ut comperimus, unicuique poſſeſſori per ſingulos agros certa ſpatia aſſignantur quæ ſuis impenſis tuentur. Etiam titulos finitis ſpatiis poſitos habent, qui indicent cujus agri, quis dominus, quod ſpatium tueatur. Ad omnes autem agros ſemper iter liberum eſt. nam aliquando deficientibus viis vicinalibus per agros alienos iter præſtatur. *e* quæ etiam conveniunt precariò, uti ſervitutem præſtent his agris ad quos neceſſe habent tranſmittere pervium. Nam *f* & his verbis comprehenditur, Ita ut optimus maximuſque eſt. Nam & aquarum ductus ſolent per alienos agros *hoc* jure tranſmittere. Itaque, ut diximus, viæ ſæpe neceſſario per alienos agros tranſeunt: qua non univerſo populo

a F. Alterius partis amborum communis oſtendatur.

b F. Significanter.

c F. Etiam.

d F. Quomodo nam eant. Nam & ſ.

e F. Quin etiam.

f F. Id.

itinera præſtari videntur, ſed eis ad quorum onera & eis ad quorum agros per eas vias pervenire neceſſe eſt. Hæ ergo de vicinalibus ſolent naſci: nam & *communes* viæ ex vicinalibus naſcuntur, quæ aliquando inter vicinos poſſeſſores in extremis finibus, pari modo, ſumptu, communique impenſa iter præſtant. Privatæ itaque viæ ad finitiones agrorum non pertinent, ſed ad itinera eis præſtanda. quæ ſub exceptione nominari in emptionibus agrorum ſolent. Ergo viæ publicæ & vicinales & communes in finibus incidunt. non enim finium cauſa diriguntur, ſed itinerum. ita tamen tam fas eſt finem facere quam & tranſire viam. Vepres ſi finem facient, videndum quales, & ſi tantummodo in extremis finibus ſint, quo modo per negligentiam colentium & in mediis ſolent eſſe agris, ſive vepres ſatæ manu ſint *virgula media*. Nam etſi regio *a* quandam virgulam non habeat, quæ tutelam vineis aut hortis præſtet, afferuntur ex peregrinis regionibus & ſeruntur. *unde* & arbores ſolent antemiſſæ in vepribus inveniri. Si foſſis fines obſervabuntur, inſpiciendum uti *quo*que in omnibus, regionum quæ ſit conſuetudo, & videndum quales foſſæ. ne ſi quis ſiccandorum agrorum cauſa aliquando fecerit, finales eſſe videantur. Nam & intelligi poteſt aliquando ex ipſarum foſſarum poſitione, utrum propriæ an finales ſint, quoniam tranſverſæ quædam aut obliquæ à finibus recedunt. Ita ut ſupra dictum eſt, ex ipſorum locorum neceſſitate, & ex ipſa *foſſa*rum poſitione colligi debebit quæ ſint finales. Aliæ tamen quæ finales ſunt, cum videntur eſſe communes, inſpiciendum erit an ita ſit. Nam quidam in extremis finibus in ſolo ſuo faciunt foſſas, & de ſuperioribus viciniſque agris defluentes aquas excipiunt, ne inferiores terræ laborent. Ita quod in ſolo ſuo quis fecerit, non ſtatim commune, *b* ſed circa fines, eſſe videbitur.

a F. Quædam.

b F. Licet.

tur. & reſpiciendum quoque erit, *a* nam & in aliis lateribus ſimiliter fines obſervabuntur. Sed & qui proprias faciunt ad expediendas aquas, aliquid ſoli ſui extra foſſam ſolent relinquere. Aliquando etiam terminos extra foſſam poſitos invenimus, qui & ipſas foſſas & ſoli relicti partes diſcernant cujus domini ſint. Quidam vero etiam arbores antemiſſas finales extra foſſas habent, & in controverſiam ſæpe deducuntur, quòd credatur foſſas finem facere debere. Propter quod ſicut in aliis generibus finitionum, ſic & in hoc quoque conſuetudines regionum intuendæ erunt. Etenim dum terminis aut arboribus fines obſervari conſuetudo ſit, non oporteret foſſas quæ propè fines erunt, finales obſervari. Si vero ſubſtructionibus & maceriis finientur agri, *b* videre quales ſubſtructiones & maceriæ. quoniam quidam congeſtionibus lapidum, *c* ripis, ſubſtructionibus terras, ne dilabantur, excipiunt. Ita*que* ſi ad tutelam terrarum extruantur, videndum an & finitiones præſtare debeant. Nam quidam tranſverſas & obliquas macerias *d* ripis ſubſtructionibus factas volunt videri finales, quod ex ipſa facie aliquando intellegitur. Si enim proprias quis faciat in terris ſuis ad ſuſtinendos ſervandoſque agros ſuos, non poſſe eas eſſe finales. Nam quædam quæ fines præſtant, majori opere extructæ inveniuntur, quam hæ quæ privatæ ſunt. Nihilominus & in hoc genere finitionum conſuetudines regionum intuendæ erunt. Sed & ex ipſorum locorum natura aliquando aliquid colligi poteſt. Si enim non extent terræ, quarum ſuſtinendarum cauſa videatur maceria eſſe facta, poterit finalis videri. Sed in planis locis ſi ſaxuoſus ſit ager, repurgatur, & ex congeſtione maceriæ fiunt. Ita & ex ipſius loci qualitate aliquid colligi poteſt. Si enim non ſit ager ſaxuoſus, cujus repurgandi cauſa congeſtio in ſpeciem maceriæ facta videatur, poterit videri finalis.

a F. Num.

b F. Videri debet q.

c F. Siccis ſubſtr.

d F. Siccis ſubſtr.

finalis. Ergo, ut ſæpe diximus, quædam ex conſuetudine
regionum, quædam ex natura loci colligi poſſunt. Nam
& de foſſis idem ſentimus. Si enim non ſit neceſſitas agri
ſiccandi, nec *non* in vicini*is* foſſæ inveniantur, poſſunt vi-
a Sc. ſub-runcivis quib. deri finales, non intervenientibus, *a* quæ erunt, viis, qui-
bus ambigatur ſecundum regionum conſuetudinem eſſe fi-
nales. Sed ſi in regione non ſit conſuetudo, foſſis finem
b F. Quia q. obſervari, eæ ergo *b* quæ quaſi novum exemplum afferre
videbuntur, intuendum utrum ex neceſſitate loci agros
ſiccent, an finem præſtent. Maceriæ quoque & quæ ex
congeſtione lapidum fiunt, & quæ manu inſtruuntur, non
ſemper aut terrarum excipiendarum, aut repurgandi agri,
aut finem præſtandi cauſa fiunt. Aliquando enim per ma-
gnum ſpatium aut vivaria, aut pomaria, aut vineas, aut oli-
veta, aut arbuſta maceriis ſupra dictis includunt, & ab in-
curſionibus beſtiarum defendunt. Ita diligenter omnia ex-
quiri debebunt, ne qua ratione fallamur. Rivis ſi fines
obſervabuntur (qui non ſemper ſingulorum agrorum ex-
tremitates ambire poſſunt, ſed per aliquod ſpatium lateri-
bus quibuſdam poſſeſſionum fines præſtare) intuendum erit
an ſit conſuetudo ultro citroque rivorum aliquas partes
agrorum poſſideri ab his, qui trans rivum contrarios agros
habebunt. Quidam enim rivi ab origine, id eſt à capite,
donec in mari defluant, fines poſſeſſionibus præſtant: qui-
dam verò ultro citróque tranſmittunt poſſeſſores, quod
ipſum requirendum erit, an in conſuetudine regionum ſit.
Comperimus enim quibuſdam locis per omnem tractum
rivi fin*al*em aliquas particulas agrorum ab eis, qui contrarios
trans rivum habent agros, emptas, junctaſque eis agris qui
rivo finirentur: quod ipſum non debet nocere exemplo,
quoniam *ut* emptæ particulæ aliis agris jungantur, ita trans-
c F. Poſſeſ-ſiones. eundi rivi non debet hæc conditio confundere *c* poſſeſſo-
res.

res. quod etiam in foſſarum conditione evenire poteſt, itemque viarum. Rivus autem quoties finem facit, appellatur rivo recto. [curvóque.] Quia ſi alicujus terras minutatim ex alia parte abſtrahat, & alii contrario relinquat, (quod vocant alluvionem) [&] alluvionum repetitio *&* finium *haud* datur. Indicit enim neceſſitatem riparum tuendarum. Quod juſtè videtur proſpectum, ut terræ poſſeſſoribus ſalvæ ſint. Etiam publicæ utilitatis cauſa, quod vi tempeſtatum rivi torrentes ſubito alveo*s* curſu*m*que *mutent*, *a* munientes: tum, ut noſtro fert opinio, erit ut alvei *b* veteris fines *ita* ſuos quiſque obtineat. In aliquibus regionibus ita fines inter poſſeſſores ordinati ſunt, ut rigores durent per longum tractum, incedenteſque in viis aut rivis, aut in ſubſtructionibus, aut rigoribus aliis, aliiſque finitionum generibus *c* definient ſupra dicti rigores. Inde in quo incederint genere fines obſervabuntur, donec & illud ipſum genus *in d* aliquod incedat quo finiantur agri. Ergo & rigores, & viæ, & rivi, & ſubſtructiones, alii aliis incedentibus inter ſe invicem ſuccedunt. [Nam] & in ipſis [generibus] ſicubi coxæ ſunt, terminos invenimus frequenter. ſed & petras naturales quæ in finibus incedunt, ſæpe notatas invenimus. Omnia autem finitionum genera quæ in occupatoriis agris videntur inveniri poſſe, in quæſtoriis, & diviſis, & aſſignatis agris frequenter inveniuntur, quoniam emendo vendendóque aut *e* cambiendo mutandoque ſimilia finitionum genera inveniri poſſunt. Sed & unius agri extremitas poteſt multis finiri generibus, cum ex uno latere finiatur terminis, ex alio arboribus, ex alio ſupercilio, ex alio rivo, quæque alia obſervabilia in finibus ſunt. Ita non uno genere quaſi lege data fines obſervabuntur, quæ etiam in omnibus agrorum conditionibus evenire poſſunt. Illud verò invenimus aliquibus locis, ut inter

a F. Munientum, ut noſtra f.

b F. Veteres.

c F. Defi-nant.

d F. Aliquo dein inc.

e Al cambiando.

arva vicini *a* arceantur confundere fines, eóque uſque aratrum perducere, ut in finibus ſolidam marginem non relinquant, quò diſcerni poſſint fines. Præterea & in multis regionibus comperimus quoſdam poſſeſſores non continuas habere terras, ſed particulas quaſdam in diverſis locis, intervenientibus *b* complurimùm poſſeſſoribus, propter quod etiam complures vicinales viæ ſint, ut unuſquiſque poſſit ad particulas ſuas jure pervenire. Sed & de viarum conditionibus locuti ſumus. Quorundam agri ſervitutem poſſeſſoribus ad particulas ſuas eundi redeundique præſtant. Quorundam etiam vicinorum aliquas ſilvas quaſi publicas, immo proprias quaſi vicinorum eſſe comperimus, nec quemquam in eis cædendi paſcendique jus habere, niſi vicinos, quorum ſint. *c* at qui ſint intra, ſæpe, ut ſupra diximus, per alienos agros dantur. Sed & in vineis aliiſque culturarum generibus ſimile quid inveniatur. Si enim duo poſſeſſores extremis finibus vias habent, cum fodiunt, finem ſolidum relinquunt. Nam & ſigna defodiunt propter quæſtorios agros.

a F. Arando videantur.

b F. Complurium poſſeſſionib.

c H. Ad quas itinera ſ. F. Atqui ſunt itinera æque, quæ, ut ſupr.

DE QUÆSTORIIS AGRIS.

Quæſtorii dicuntur agri quos ex hoſte captos Populus Romanus per quæſtores vendidit. Hi autem limitibus inſtitutis, laterculis quinquagenum jugerum effectis, venierunt. Quem modum decem actus in quadratum per limites demenſi efficiunt: unde etiam limites decumani ſunt dicti. Horum verò agrorum pene jam obliterata ſunt ſigna. nam aliquibus locis etiam lapides qui in limitibus *d* de novis actibus emenſis poſiti erant, interciderunt, & limites ipſi, id eſt rigores, non patentibus lapidibus difficilè inveniuntur. Pene jam itaque fit ut occupatoria conditione recedant, in quibus alia *e* ſimilia in finibus obſervabuntur. Limi-

d F. Denis act.

e F. Signa.

Limites autem ab liminibus vocabula acceperunt: *quoniam* quomodo limina introitus exituſque locis præſtant, limites agris ſimiliter [introitus exituſque.] Qui in agris diviſis & aſſignatis ſemper pervii eſſe debebunt, tam itineribus quam & menſuris agendis. Cum ergo omnes limites à menſura denûm actuum decimani dicti ſint, hi qui orientem occidentemque intuentur, qui meridianum & ſeptentrionem tenent, unum vocabulum illis erat. decumanum nuncupabant *ſpectantem* matutini & veſpertini [&] meridiani & ſeptentrionis cardinem. Alii verò ab regionum poſitione & natura appellaverunt maritimos & montanos. Poſtea verò cum agri dividerentur & aſſignarentur, decimani quidem vocabulum permanſit, ut hi qui orientem occidentemque intuentur, decimani dicerentur: hi vero qui meridianum & ſeptentrionem, quoniam cardinem mundi tenerent, cardines ſunt appellati. Et omnes *hi* limites dirimunt agros, centuriaſque deſignant. qui, ut ſupra diximus, in agris diviſis & aſſignatis ſemper pervii eſſe debebunt, & itineribus & menſuris agendis. Centuriis, quarum mentionem nunc facimus, vocabulum datum eſt ex eo: cum antiqui Romanorum agrum ex hoſte captum victori populo per bina jugera partiti ſunt, centenis hominibus ducentena jugera dederunt, & ex hoc facto centuria juſtè appellata eſt. Ergò in quæſtoriis agris adhuc in regionibus quibuſdam manentibus lapidibus, quibus limites inveniri poſſunt, aliqua veſtigia reſervant: ſed, ut ſupra diximus, emendo vendendóque aliquas particulas ita confuderunt poſſeſſores, ut ad occupatoriorum conditionem reciderint. Tamen, ut ſupra diximus, in aliquibus & lapides, & rigores aliqui inveniuntur, & fines præſtant.

DE

DE DIVISIS ET ASSIGNATIS.

Diviſi & aſſignati agri *non* unius ſunt conditionis. Nam & dividuntur ſine aſſignatione, & *a* redduntur ſine diviſione. Dividuntur ergo agri limitibus inſtitutis per centurias, aſſignantur viritim nominibus. Ergo agrorum diviſorum, qui inſtitutis limitibus diviſi ſunt, *variæ ſunt formæ*, & formæ varias appellationes accipiunt. *b* quidam arbores finales, alii in venis, alii in membris ſcripſerunt. Et quamvis una res ſit forma, alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii limitationem, alii cancellationem, alii typon, quod, ut ſupra diximus, una res eſt; forma. Quidam formas quarum mentio habita eſt, in ære ſcalpſerunt, id eſt in æreis tabulis ſcripſerunt. Hic tamen quicquid inſtituerunt, curandum erit ut fide *publica* æſtimetur, ne*u* quis voluntariò finem proferat. [Illa tantum fides videatur quæ æreis tabulis manifeſtata eſt.] Quòd ſi quis contradicat, ſanctuarium Cæſaris reſpici ſolet. omnium enim agrorum & diviſorum & aſſignatorum formas, ſed & *c* diviſionem, & commentarius & principatus in ſanctuario habet. Qualeſcunque enim formæ fuerint, ſi ambigatur de earum fide, ad ſanctuarium principis revertendum erit. Cauſam autem dividendorum agrorum bella fecerunt. Captus enim ager ex hoſte victori militi veteranoque eſt aſſignatus. [hoſtibus pulſis æqualis in modo manipuli datus eſt.] Nec tamen omnibus perſonis victis ablati ſunt agri. nam quorundam dignitas, aut gratia, aut amicitia victorem ducem movit, ut eis concederet agros ſuos. Itaque limitibus actis cum centuriæ *d* eximerentur, eorum quorum *erant futuri* nomina continent*er* agris notabantur, quantum*que* in quaque centuria haberent. Inſcriptiones itaque in centuriis ſunt tales: DEXTRA aut SINI-

a F. Aſſignantur.

b F. Quidam in arbore res f.

c F. Diviſionum commentarios pr.

d F. Examinarentur.

ſTRA DECIMANUM TOTUM, ULTRA CITRAQUE CARDINEM TOTUM, ASSIGNATUM ILLI TANTUM. Inde ſubſcriptum eſt nomen cui conceſſum eſt inſcriptione tali: REDDITUM ILLI TANTUM. Præterea ſcriptum eſt: ET REDDITUM ET COMMUTATUM PRO SUO. Quod ideo ſit, quoniam particulas quaſdam agrorum in diverſis locis habentes *a* duo, quibus agri reddebantur, ut continuam poſſeſſionem haberent, modum pro modo ſecundum bonitatem taxabant, & in locum ejus quod in diverſo erat majorem partem accipiebant. Itaque, ſicut ſupra diximus, qui hanc inſcriptionem accepit, id eſt REDDITUM, COMMUTATUM PRO SUO. Inſcriptiones ergo diligenti cura intuendæ erunt, ut ſciamus quantum dati aſſignati ſit, quantum redditi, & quantum commutati. Qua computatione facta, quanto minus fuerit quam centuriæ modus eſſe debet, ſubſecivum vocatur. Subſecivorum verò genera ſunt duo: unum eſt quod à ſubſecante linea *b* menſura quadratum excedet: alterum eſt autem quod à ſubſecantis aſſignationes *c* lineæ etiam in mediis centuriis relinquetur. Evenit hoc autem ideo, quoniam militi veteranoque cultura aſſignatur. Si quid enim amari & incerti ſoli eſt, id aſſignatione non datur. Inſcriptiones in centuriis frequenter invenimus tales, DATUM ASSIGNATUM ſingulis perſonis certum modum, aliquando verò compluribus unum modum. De qua re diligenter inquirendum erit, utrum æqualiter modus ille pluribus adſcriptus dividi debeat, an aliquibus perſonis, & *d* alicui plus debeatur. non enim omnibus æqualiter [datus,] ſed & ſecundum militiam modus eſt datus. Manipulus ergo *ſi* ſingulas acceptas accipient, aliqui gradus ſingulas & dimidias, aliqui binas. Pluribus ergo, ut ſupra diximus, perſonis *non* æqualiter aſſignatur modus,

a F. Domini.
b F. Menſuræ.
c F. Lineæ.
d F. Cui.

modus, ſed nec ſingulis acceptis modi per omnes regiones æqualitas eſt. Nam ſecundum bonitatem agrorum computatione facta acceptas partiti ſunt, melioris itaque agri minorem modum acceperunt. Ergo acceptiones in centuriis, ut cœperamus, explicandæ ſunt. Diximus enim datum aſſignatum compluribus aliquando unum modum: *a* adſcribi ſed & REDDITUM SUUM. Aliquando pluribus perſonis unus modus adſcribitur, *b* quædam aliquando aliter partiri debeant inde colligere poterimus, ut reſpiciamus profeſſiones. *c* Si enim quibus agris viæ reddantur, juſſi profeſſi ſunt quantum modum *d* quoque loco *e* poſſiderent. Præterea invenimus ſubſcriptiones tales, DATUM, ASSIGNATUM. adſcriptum *f* ſic: Subjectum REDDITUM SUUM: uni aut duobus pluribuſque perſonis, *g* eſt modus nullus adſcriptus. Quod noſtra fert opinio *ideo*, quod datum aſſignatum, computatum ſit, reliquum quicquid erit ex centuria ejus eorúmve erit, quorum nomina ſine modo inveniuntur. Aliquando integras plenaſque centurias binas pluréſve continuas uni nomini redditas invenimus: ex quo intelligitur redditum ſuum: lati fundi per continuationem ſervantur centuriis. Inſcribuntur quædam EXCEPTA, quæ aut ſibi reſervavit auctor diviſionis & aſſignationis, aut alii conceſſit. Inſcribuntur COMPASCUA, quod eſt genus quaſi ſubſecivorum, ſive loca quæ proximi quique vicini, [id eſt qui ea contingunt] *h* paſcua. Illud vero auctores diviſionis aſſignationiſque leges quaſdam colonis deſcribunt, ut *i* qui agri delubris ſepulcriſve publicis, qui ſolis itineris, viæ, actus, ambitus, ductuſque aquarum, qui publicis utilitatibus ſervierint ad id uſque tempus quo agri diviſiones fierent, in eadem conditione eſſent qua ante fuerant: nec quicquam utilitatibus publicis derogaverunt. In quibuſdam regionibus

a F. Sed & adſcribi: RED.
b F. Quæ domini qualiter part.
c F. Si nim. quibus agri ſui à C. redd.
d F. Quoquo
e F. Poſſederint.
f F. ſic.
g F. Et.
h F. Paſcant Ideo vero.
i F. Quicquid agri delubris ſ.p quicquid ſoli itineri, viæ, actui, ambitui, ductuique

bus fluminum modus aſſignationi ceſſit: in quibuſdam vero tanquam ſubſecivus relictus eſt: aliis autem exceptus, inſcriptumque, FLUMINI ILLI TANTUM. ut in Piſaurenſi comperimus, DATUM ASSIGNATUMQUE UT VETERANO: deinde, REDDITUM SUUM VETERI POSSESSORI. FLUMINI PISAURO TANTUM *a* NE QUO ALVEUS DEINCEPS. Et ultra ripas utrinque aliquando adſcriptum *invenimus* modum per omnes centurias per quas id flumen decurreret: quod *b* factum auctor diviſionis aſſignationiſque juſtiſſimè proſpexit. Subitis enim violentiſque imbribus excedens ripas *c* defluet, quoad etiam ultra modum ſibi adſcriptum egrediatur, vicinorumque vexet terras. Cum ergo poſſeſſores hoc incommodum patiantur, aſſiduitate tempeſtatum, contemptóque *à* flumine alveo ripiſque ſuis, æquum videatur injuriam paſſos ſubſequi terras uſque ad alveum fluminis. Has tamen terras Piſaurenſes publicè vendiderunt, quas credendum eſt proximos quoſque [contingentes eas] emiſſe vicinos. Limitum quoque modus in quibuſdam regionibus per amplum ſpatium exceptus eſt, in quibuſdam verò modo aſſignationis ceſſit. Ergo centuriæ limitibus clauſæ *d* qui à limitibus excipiuntur, ad præſcripta lege latitudinis datæ incipiant menſuræ oportet. Et centuriarum in [his] quibus non excipiuntur [ad præſcripta lege latitudinis] ab linea menſurali, per limitem omnis modus in menſuram centuriæ cadit: qui tamen, ut ſupra diximus, ſemper itineribus & menſuris agendis pervii oportet ut ſint. Spatium autem intra quod *e* ſors verſari debeat, quaſi dignationes dat. Decimano verò & cardini maximis maximus latitudinis modus præſcribi debet. Deinde quintam quamque centuriam *f* includens per decimanos cardineſque, cum viginti & quinque centurias includant, ſaltus appellatur.

aquarum, quicquid utilitatibus p. ſervierit.

a E quo.

b F. Effluvium.

c F. Effluet.

d F. Quia limites excipiuntur, à præſcripta lege latitudine d.

e F. Obſervari debeant, qua deſignatio monſtrat.

f F.

latur. Quibuſdam regionibus cum in ipſis incedant villis, portas domini villarum faciunt, januaſque imponunt, & ſervos huic negotio ad tranſmittendum populum applicant, quoniam utiliſſimum iter populo ſervari debeat. Datur autem via à poſſeſſoribus ut *a* ſimiles occupent. hac tamen conditione, ut ſi *b* illæ in limitibus poſitæ ſint, [id eſt limites in quibus incedunt,] dent per agros ſuos iter populo, dum *c* non deterius quàm per *d* illas tranſeant. Sed quædam ita poſitæ ſunt, ut quantumcumque de limite deflectere velint, incommodum iter patiantur. ita neceſſariò per ipſas tranſeunt villas. Limitem autem non puto quemquam occupare debere colendo, ut per agrum iter reddere *e* mallet, alioqui deflexus illi, qui de limite detorquentur, multo majorem occupant modum. Centuriæ autem non per omnes regiones ducenta jugera obtinent, in quibuſdam ducentena dena, invenimus *&* quadragena. Ita diligenti cura & hæc erunt inſpicienda, quoniam & limitum non æquale ſpatium inter lapides ſit oportet, ſi amplius quam ducentena jugera centuriæ habent. Ut puta ſi habet centuria CCXL. jugera, ſint oportet per decimanum aut cardinem ab lapide ad lapidem actus XXIV. & per alterum limitem actus XX. tot enim actus numerum per decimanum ac per cardinem [datos] inter ſe *f* multiplicatos facient CCCCLXXX. Itaque diligenter id ſcrutandum, quanta per decimanum, & quanta per cardinem ſpatia inter lapides obſervari debeant. Comperimus in quibuſdam perticis cum centuria ducentena jugera haberet, non viginti actus æqualiter per limites inter lapides datos. In Beneventano actus vigintiquinque per decimanos, & actus ſedecim per cardines: qua menſura jugera ducentena quidem includuntur, centuriæ quadratæ non exprimuntur. Illud prætera comperimus, deficiente numero militum veteranorum

a R. Limites.
b R. Villæ.
c R. Neſ.
d F. Villas.
e F. Mallet aliud, quia d.
f F. Multiplicati efficient.

rum agro, qui territorio ejus loci continetur, in quo veterani milites deducebantur, ſumptos agros ex vicinis territoriis *Conditores* diviſiſſe & aſſignaſſe. horum etiam agrorum qui ex vicinis populis ſumpti ſunt, proprias factas eſſe formas. Id eſt ſuis limitibus quæque regio diviſa eſt, & non ab uno puncto omnes limites *a* facti ſunt. Sed, ut ſupra dictum eſt, ſua*m* quæque regio formam habet. Quæ ſingulæ, præfecturæ appellantur ideo, quoniam ſingularum regionum diviſiones alii præfe*ce*runt. [vel ex eo quòd in diverſis regionibus magiſtratus coloniarum juriſdictionem mittere ſoliti ſunt.] Attamen omnes quarum coloniarum cives acceperunt, ejus perticæ appellabuntur. Ergo præfectura illa dicitur, cu*m alter*ius territorio ager ſumptus finierit perticam illam, *b* tanquam coloniam illam, ubi civis deductus fuerit. Nec tamen ſemper univerſa territoria, quoties ager coloniæ deficit, vicinis auferuntur, ſed ſolum quod aſſignare neceſſe fuit, quod ipſum legis præſcriptio declarat. Aliquando verò in limitationibus ager etiam ex vicinis territoriis ſumptus non ſufficit, *c* ſed & auctor diviſionis aſſignationiſque quoſdam cives colonis *d* dare velit, agros eis aſſignare, voluntate ſua, *e* è dictis commentariis, aut in formis extra limitationem, monte illo, pago illo, ILLI JUGERA TOT, aut ILLI AGRUM ILLUM QUI FUIT ILLIUS. Hoc ergo genus fuit aſſignationis ſine diviſione, cum, ut ſupra dictum eſt, agri dividuntur limitibus ſtructis per centurias, aſſignantur viritim nominibus. Sunt verò diviſi nec aſſignati, ut etiam in aliquibus regionibus comperimus. Quibus*dam* ut ſupra diximus, redditi ſunt agri, juſſi*que* profeſſi ſunt, quantum *f* quoque loco poſſiderent. Aliquibus vero ita contigit, ut juſſi æſtimatione facta profiterentur. quibus ſecundum æſtimationem, *g* quomodo data eſt, pulſique agris ſuis ſunt, veteranuſque victor eò deductus eſt. Illud verò

a F. Acti.

b F. Vid. not.

c F. Sed debet auct.

d F. Adimere, vel ita agros.

e F. Editis.

f F. Quoquo.

g R. Commutatio.

a F. Quoque.

a quod ſæpe reſpicimus, quòd ſimilitudines culturarum comparemus, poteſt quidem fieri, ut ſimiles convenienteſque culturæ, & ſi*t* una facies, plures tamen domini. Nam cum pulſi ſunt populi, poteſtatique locupletiorum

b F. Ceſſiſſet latifundium, cujus agro ſuffeciſſent pl.

c F. Æquam, quum pl.

b fuiſſent lati fundi, in cujus agro fuiſſent plures perſonæ, hic diviſus & aſſignatus eſt. Ita quamvis ille habuerit culturæ faciem *c* quam plures domini acceperunt, erit quidem inter plures ſimilis facies, tamen quiſque ſuum ſecundum acceptas habere debebit. Item contrariò evenit, ut quod pluribus aſſignatum eſt, ad unum perveniat dominum, & quàm*quam* diſſimiles ſint culturæ, ut etiam finitiones appareant, quæ *fec*erant inter eos *lim*item quibus aſſignati erant agri. Tum quoniam, ut ſæpe invenimus, uni foco territoria complurium acceptarum attribuantur. Nihil ergo nocere debebunt varietates & diſſimilitudines culturarum, ex quibus ut noſtra fert opinio, naſcuntur ſæpe controverſiæ, & æs reſpicitur, id eſt quas quique acceptas defendant, quibuſque perſonis redditum aut commutatum ſit

d H. Nominis.

pro ſuo. Sæpe etiam unius ejuſdemque *d* hominis duo domini acceptam ſibi defendunt. Quæ res quamvis ſit confuſa, tamen modus minor in poſſeſſione majorem modum ſequitur. Aliquando autem monumenta eorum quibus aſſignati ſunt agri, aut vocabula villarum agrorúmque quamvis juxta videntur, tamen ut ſupra & ſæpe commemoravimus, potuerunt aliquando aliqui aliquem numerum, [id eſt, aliquantas particulas] remiſiſſe aut vendidiſſe. Evenit

e F. Item, quod d.

aliquando, ut in Nolano comperimus *e* idem; quæ diviſio non ab uno puncto conceſſit, ſed ex diverſis limitibus qui obliquè inter ſe concurrunt. Ergo videndum eſt qua*e* *ſit*

f F. Qua cum.

ſignificantia *f* quarum regio dignoſci poſſit. [ut intelligi poſſit dextra aut ſiniſtra decimanum dexteriorem: aut dextra aut ſiniſtra decimanum ſiniſteriorem.] Præterea dicun-

a dicuntur & æs miſcellum: ita eveniunt, ut qui à Divo Julio deducti erant, temporibus Auguſti militiam repetierunt, conſumptiſque bellis victores terras ſuas repetierunt. in locum tamen defunctorum alii agros acceperunt. Ex quo fit ut his centuriis inveniantur & eorum nomina qui deducti erant, & eorum qui poſtea in locum ſucceſſerunt. Quod tamen hac ſuſpicione nos invenimus. *b* ſic cum data aſſignata nos computaremus, & excederent centuriæ modum, reverſi ad originem primam aſſignationis, invenimus poſtea adjecta eſſe nomina in hac conditione qua ſupra opinati ſumus. Subſecivorum mentio repetenda eſt. Auctores enim diviſionis aſſignationiſque aliquando ſubſeciva Reipublicæ coloniarum conceſſerunt, aliquando in conditione illorum remanſerunt. Quæ quidam [id eſt coloni] ſibi donata vendiderunt, aliqui vectigalibus proximis quibuſque adſcripſerunt: alii per ſingula luſtra locare ſoliti, per mancipes reditus percipiunt, alii in plures annos. quæ ex monumentis publicis cognoſci poſſunt. Collegia ſacerdotum, *c* item quos virgines habent agros, & territoria, quædam etiam *in*determinata, & quædam aliquibus ſacris dedicata. In eis etiam lucos, in quibuſdam etiam ædes templaque. Quos agros quaſve territoriorum formas aliquoties comperimus extremis finibus comprehenſas ſine ulla menſurali linea, modum tamen ineſſe ſcriptum. Præterea cum ex aliis territoriis ager ſumptus eſt, & ſubſeciva & vacuæ centuriæ quæ in aſſignationem non ceciderant, redditæ ſunt eis, ex quorum territorio agri ſumpti erant. quæ & ipſi aut vendiderunt, aut vectigalibus ſubjectum habuerunt, ſicut & aliarum rerum publicarum *d* comperimus, ut ſupra commemoravimus. Non enim omnis ager centuriatus in aſſignationem cecidit, ſed & multa vacua relicta ſunt, quorum ea conditio eſt quæ ſubſecivorum. de quibus

a F. Ducunt veteres æs in quia evenit ut.

b F. Scil.

c F. Itemque Veſ. virgines.

d F. Comperitur mos.

quibus Domitianus finem ſtatuit, id eſt poſſeſſoribus ea conceſſit. Subſecivorum diximus *a* hanc conditionem eſſe factam, quod ſilvæ & loca aſpera in aſſignationem non venerunt. Comperimus verò in aliquibus regionibus & paſcua & ſilvas aſſignatas eſſe, adſcriptumque in formis ita: ILLI, ET ILLI TOT SILVAS ET PASCUA, JUGERA TOT. Territoria inter civitates, id eſt inter municipia & colonias, & præfecturas, alia fluminibus finiuntur, alia ſummis montium jugis ac divergiis aquarum, alia etiam lapidibus poſitis præſignibus (qui à privatorum terminorum forma differunt) alia etiam inter binas colonias limitibus perpetuis diriguntur. De quibus id eſt territoriis, ſi quando quæſtio movetur, reſpiciuntur leges civibus datæ, id eſt coloniis municipiiſque & præfecturis. Nam invenimus ſæpe in publicis inſtrumentis ſignificanter deſcripta territoria. vocabulis enim aliquorum locorum comprehenſis, incipiunt ambire territoria. Illud verò compertum eſt, pluribus municipiis ita fines datos, ut cum pulſi eſſent populi, & deducerentur coloniæ in unam aliquam electam civitatem, multis, ut ſupra & ſæpe commemoravimus, erepta ſint territoria & diviſi ſint complurium municipiorum agri, & in una limitatione comprehenſi ſint, factáque eſt pertica *b* omnis, id eſt omnium territoriorum coloniæ ejus in qua *c* colonia deducti ſunt. Ergo fit, ut plura territoria confuſa unam faciem limitationis accipiant. *d* Aliquibus verò auctores diviſionis reliquerunt aliquid agri eis quibus abſtulerunt, quatenus haberent juriſdictionem, aliquos intra muros cohibuerunt. Itaque, ut frequenter diximus, leges datæ coloniis municipiiſque intuendæ erunt. Nam & compluribus locis *e* certos dederunt fines, intra quos juriſdictionem habere deberent. Cum non potuerit univerſus ager in aſſignationem cadere, propter aut aſperitatem locorum

a F. Hinc.
b F. Communis.
c F. Coloni.
d F. Aliquando.
e F. Curtos.

locorum, aut prærupta montium, quamvis excederent fines lege datos, tamen quoniam vacabant, conceſſi ſunt his quorum finibus ſumpti erant, nec tantum juriſdictio conceſſa eſt. ſæpe etiam Reipublicæ ager donatus eſt. Si quando tamen, ut ſupra diximus, quæſtio de his moveatur, leges coloniarum aut municipiorum reſpiciendæ erunt. Sed & pagi ſæpe ſignificanter finiuntur, de quibus non puto quæſtionem futuram, quorum territoriorum ipſi pagi ſint, ſed quatenus territoria. Quod tamen intellegi poteſt, vel ex hoc magiſtri pagorum quo*a*d pagos luſtrare ſoliti ſunt. uti trahamus quatenus luſtrarent. Si verò de ipſis pagis quæſtionem quis moveat, amplæ rei negotium movebitur. reſpiciendum tamen, ut ſæpe diximus, *a* quibus ex utroque locantur. Nam & quoties militi prætereunti aliive cui comitatui annona publica præſtanda eſt, ſi ligna aut ſtramenta deportanda, quærendum quæ civitates quibus pagis hujuſmodi munera præbere ſolitæ ſint. Præterea & regiones ſolent etiam diverſa ſacra facere. Ita videndum erit, qualiter *b* pagi ſacra faciant. Gracchanorum & Sillanorum limitationum mentio habenda eſt. In quibuſdam etiam regionibus, ut opinamur, iiſdem lapidibus limitibuſque manentibus, poſt aſſignationes *c* poſteriores, duces facti ſunt. Quibuſdam autem, limitibus inſtitutis *aliis* alii lapides ſunt poſiti, etiam eis manentibus quos Gracchani aut Sillani poſuerunt. De qua re diligenter intuendum erit, ut eos lapides eoſque limites comprehendamus, qui poſtremò per auctores diviſionis poſiti ſunt. Præterea auctores aſſignationis diviſioniſque non ſufficientibus agris coloniarum, quos ex vicinis territoriis ſumpſiſſent, aſſignaverunt quidem futuris civibus coloniarum, ſed juriſdictio *d* eis agris qui aſſignati ſunt, *e* per eos remanſit, ex quorum territorio ſumpti erant. quod ipſum diligenter intuendum erit, & leges reſpiciendæ.

a F. à quibus evocantur.

b Al. pagis.

c F. Poſteriore à duce factæ ſ.

d F. Eis agros.

e S. Penes.

INCIPIUNT NOMINA AGRORUM.

Ager Aſſignatus.
Ager Centuriatus.
Ager Subſicivus.
Ager Dextratus.
Ager Siniſtratus.
Ager Citratus.
Ager Ultratus.
Ager Tetragonus.
Ager Teſſellatus.
Ager Cultellatus.
Ager Normalis.
Ager Epipedonicus.
Ager Triumviralis.
Ager Solitarius Syllanus.
Ager Neronianus podiſmatus.
Ager Cæſarianus adſignatus.
Ager Jugarius in quinquagenis jugeribus.
Ager Meridianus in xxv. jugeribus.
Ager Commutatus ex beneficio Auguſti.

INCIPIUNT NOMINA LIMITUM.

Limites Orientales.
Limites Septentrionales.
Limites Maximi.
Limites Actuarii.
Limites Intercisivi.
Limites Quintani.
Limites Cultellati.
Limites Nonani.
Limites Maritimi.

Limi-

Limites	Gallici.
Limites	Temporales.
Limites	Regales.
Limites	Subruncivi.
Limites	Lineares.
Limites	Sextanei.
Limites	Teſſellati.
Limites	Diagonales.
Limites	Montani.
Limites	Auſtrinales.
Limites	Præfecturales.
Limites	Undecimani.
Limites	Colonici.
Limites	Paſſivi.
Limites	Hypotenuſſales.
Limites	Duodecimani.
Limites	Egregii.
Limites	Solitarii.
Limites	Perpetui.
Limites	qui antica & poſtica dividunt.

SUNT LIMITES N. XXVIIII. AGR. N. XVIIII.

JULII FRONTINI
DE AGRORUM QUALITATE.

Julius Frontinus Celso.

NOTUM eſt omnibus, Celſe, penes te ſtudiorum noſtrorum manere ſummam. Ideoque primum ſedulitatis meæ impendium judiciis tuis offerre propoſui. Nam cum ſibi inter æquales quendam locum depoſcat æmulatio, neminem magis conatibus noſtris profuturum credidi, quàm qui in hac parte plurimum poſſit. Itaque quo cultior in *a* quorundam notitiam veniat, omnia tibi nota perlaturus ad te primum liber iſte feſtinat, ut apud te tyrocinii rudimenta deponat, tecum conferat, quicquid à me inter ipſas armorum exercitationes accipere potuit. Nam ſi meretur publica converſatione ſufferre univerſorum oculos, à te potiſſimum incipiat. Quod ſi illi parum diligentem adhibitam curam eſſe credideris, & ſi in aliqua ceſſaſſe videamur parte, non exiguum laboris mei conſequar fructum, quòd te monente malignorum lucrifecerim exiſtimationem. Quæſo itaque, ſi non eſt improbum, habeat apud te quandam excuſationem, quòd non potuerit eo tempore conſummari, *b* quo genus hoc inſtrumenti ſtudiis noſtris *c* diſputatum eſt. Omnium enim, ut puto, liberalium ſtudiorum [ars] ampla materia eſt, cui ne quid deſit in hac modica re *d* ingenti animo admoveram vires. * * * Interea venit clara ſacratiſſimi Imperatoris noſtri expeditio, quæ me in ipſa ſcribendi feſtinatione præpediit. Nam dum armorum magis exerceor curis, totum hoc negocium velut oblitus intermiſeram, nec quicquam aliud quàm belli gloriam cogitabam.

a F. Eorundem.
b F. Quoi.
c F. Deputatum.
d F. Ingenii.

gitabam. *a* at poſtquam primum hoſticam terram intravimus, ſtatim Celſi Cæſaris noſtri opera menſurarum ratione *b* exercere cœpi. Erant dandi interveniente certo itineris ſpatio duo rigores [ordinati] quibus in tutelam commeandi ingens vallorum adſurgeret moles. Hos interventu operis ad aciem deciſa parte, ferramenti uſus explicuit. Nam quod ad notitiam pontium pertinet, & fluminum latitudinem, diſcernere etiam ſi hoſtis infeſtare voluiſſet, ex proxima ripa poteramus. Expugnandorum deinde montium altitudines ut ſcirem, mihi veneratis Diis ratio monſtrabat, quam ego in omnibus temporibus annotabam. At poſtquam magnarum rerum experimenta religioſius colere cœpi, ad conſummandum hunc librum, velut ad vota reddenda properavi. Poſtquam ergo maximus Imperator *c* victoriam Dacicam proximè reſeravit, ſtatim ad ſeptentrionalem plagam tranſire permiſit. Ego ad ſtudium meum tanquam ad otium ſum reverſus, & multa velut ſcripta foliis & ſparſa, in artis ordinem laturus, recollegi. Fœdum enim mihi videbatur, ſi genera angulorum, quot ſint interrogatus, reſponderem multa. Ideóque rerum ad profeſſionem noſtram pertinentium in quantum potui occupatus, ſpecies, qualitates, conditiones, modos, & numeros excuſſi. per quæ ſatis ampla mediocritatis meæ opinio ſervabitur, ſi illa vir tantæ auctoritatis judicaveris ſtudentibus profutura. Ergo ne quid nos præteriiſſe videamur, omnium menſurarum appellationes conferamus. *** Nam menſura non tantùm iſta de qua loquimur appellatur, ſed & quicquid pondere, aut capacitate, aut animo finitur, menſuram æquè quàm longitudinem appellant. Quid ergo menſura ſit, de qua quæritur, tractemus. Menſura eſt complurium, & inter ſe æqualium intervallorum longitudo finita. *Finitur*, ut pes per uncias, per pedem decempeda,

a F. Ac.

b Al. exigere.

c R. Victoria Daciam.

 per

per decempedam actus, [per actum paſſus,] per paſſus ſtadium, per ſtadium milliarium. & his ſimilia. Menſurarum rationes quibus utimur ſunt duodecim. Digitus, uncia, palmus, ſextans, pes, cubitus, gradus, paſſus, decempeda, actus, ſtadium, milliarium. Minima harum menſurarum [pars] eſt digitus. ſi quid enim intra digitum metiamur, partibus reſpondemus, ut dimidiam aut tertiam. Uncia habet digitum unum & tertiam partem digiti. Palmus habet digitos iiii. uncias iii. Sextans, quæ eadem dodrans appellatur, habet uncias viiii. dig. xii. In pede porrecto ſemipedes ii. palm. iiii. unc. xii. dig. xvi. in conſtrato ſemip. iiii. pal. viii. unc. cxliiii. dig. cclvi. in pede quadrato ſemip. viii. pal. lxiiii. unciæ ∞dccxxviii. dig. $\overline{\text{iiii}}$xcvi. Cubitus habet ſeſquipedem, ſext. ii. pal. vi. unc. xviii. Gradus habet ped. ii. s. Paſſus habet pedes v. Decempeda, quæ eadem pertica appellatur, habet ped. x. Actus habet in longitudinem p. cxx. Stadium habet p. dcxxv. paſ. cxxv. Milliarium habet paſs. m. ped. v. m.] ſtad. viii. [Menſuræ aguntur generibus duodecim: digitis, unciis, palmis, ſextantibus, pedibus, cubitis, gradibus, paſſibus, decempeda, actibus, ſtadiis, milliar.] Digitus eſt in pede pars xvi. Uncia eſt in pede pars xii. Palmus iii. Sextans, quæ eadem dodrans appellatur, habet uncias viiii. dig. xii. Pes palmos iiii. Cubitus pedem i. s. Gradus habet p. ii. s. Paſſus habet p. v. Decempeda p. x. Actus p. cxx. Stadium habet p. dcxxv. Milliarium habet p. m. Pes proſtratus ſic obſervatur. longitudinem per latitudinem metiemur, & fient pedes conſtrati. Pes quadratus ſic obſervatur, longitudinem per latitudinem metimur, deinde totam per craſſitudinem, & ſic efficiemus pedes quadratos ſeu ſolidos. Pes quadratus concavus capit amphora trimodia *** Centuria agri jugera cc. mod. dc. in circuitu ped. viii. dc. *** Men-

*********** Menſuræ aguntur generibus tribus per longitudinem, latitudinem & craſſitudinem: hoc eſt, rectum, planum, ſolidum. Rectum eſt, cujus longitudinem ſine latitudine metimur, ut lineas, perticas, ſtadia, milliaria, fluminum longitudines, & his ſimilia.

Planum eſt, quod Græci ἐπίπεδον appellant, nos conſtratos pedes, in quo longitudinem & latitudinem habeamus: per quæ etiam agros, ædificiorum ſola, ut *&* opera tectoria, inauraturas, tabulas, & his ſimilia, in quibus altitudo aut craſſitudo non proponitur.

Solidum eſt, quod Græci ϛερεὸν appellant, nos quadratos pedes appellamus: cujus longitudinem & latitudinem & craſſitudinem metimur, ut parietum ſtructuras, pilarum, pyramidum, aut lapidum macerias, & his ſimilia. Omnis autem menſurarum obſervatio & oritur & deſinit in ſigno: ſignum eſt, cujus pars nulla eſt. Hæc omnium extremitatum finitima contemplatio. Signum autem ſuæ partis eſt initium, à quo omnia incipiunt. Extremitas eſt quouſque unicuique poſſidendi jus conceſſum eſt: aut quouſque quiſque ſuum ſervat. Extremitatum genera ſunt duo: unum quod per rigores obſervatur; alterum quod per flexus. *a* Rigor eſt, quicquid inter duo ſigna *b* vel in modum lineæ *c* rectum perſpicitur. [Per] flexus qui ſecundum locorum naturam curvantur, ut in agris arcifiniis ſolet. Decumani eſt longitudo rationalis *d* it. q. cardo conſtitui ſi omnem binis rigoribus, ſingulis ſpatiis intervenientibus, per quos itinera plerumque pergunt. Nam quicquid in agro à menſore operis cauſa ad finem directum fuerit, rigor appellatur, quicquid ad horum imitationem in forma ſcribitur, linea appellatur.

a B. Ms. Rigoris.
b F. Veluti.
c Al. directum.
d F. Ita quoque cardo conſtitui ſolet binis.

Linea eſt longitudo ſine latitudine, lineæ autem fines, ſigna ordinata. Rectæ lineæ æquidiſtantes ſunt, quæ in eadem

dem planitie poſitæ ejectæ in utramque partem in infinitum, non concurrunt. Linearum genera ſunt tria, rectum, circumferens, flexuoſum. Recta linea eſt, quæ æqualiter ſuis ſignis *inter*poſita eſt. Circumferens, cujus inceſſus à conſpectu ſignorum ſuorum *æqualiter* diſtabit. Flexuoſa linea
a F. Lignorum. eſt multiformis, velut arborum aut *a* ſignorum, aut fluminum: in quorum ſimilitudine & arcifiniorum agrorum extremitas finitur, & multorum ſimiliter quæ natura inæquali linea formata ſunt.

Summitas eſt ſecundum geometricam appellationem, quæ longitudinem & latitudinem habet tantummodo. Summitatis fines, lineæ. Summitatum genera ſunt duo, ſummitas & plana ſummitas. Plana ſummitas eſt, quæ æqualiter rectis lineis eſt *inter*poſita. Omnium autem ſummitatum
b Sc. in metiundo. *b* metiundi obſervationes ſunt duæ, enormis & liquis. Enor-
c V. Ms. lineis. mis, quæ in omnem actum rectis *c* angulis continetur. Liquis, quæ minuendi laboris cauſa, & ſalva rectorum ratione angulorum ſecundum ipſas extremitates ſubtenditur.

Genera angulorum rationalium ſunt tria, rectum, hebes, & acutum. Hæc habent ſpecies viiii. rectarum linearum iii. rectarum & circumferentium iii. circumferentium iii. Rectarum ergo linearum ſpecies angulorum tres, recta, hebes, acuta. Rectus angulus eſt ὀρθόγραμμος, id eſt, ex rectis lineis comprehenſus, qui Latinè normalis appellatur, quoties autem recta ſuper rectam lineam ſtans circum ſe angulos pares fecerit, ut ſinguli anguli recti ſint, exſtans perpendicularis ejus lineæ ſuper quam inſiſtit vertex eſt. cujus ſede ſi ſubtendens linea perpendicularia fuerit juncta, efficit triangulum recto angulo. Hebes angulus eſt
d F. Normali. plus *d* normalis, hoc eſt excedens recti anguli poſitionem. quia etſi triangulus ſecundum hanc poſitionem conſtitutus fuerit, perpendicularem extra finitimas lineas habebit. A-

cutus

cutus angulus eſt compreſſior recto. qui ſi à recta linea quæ ſedis loco fuerit, rectam lineam ſecundum ſuam inclinationem emiſerit, ſimilique *a* cohibitione rectam lineam in occurſum exceperit, efficiet triangulum qui perpendicularem inter finitimas lineas habebit. Rectus ergo angulus eſt normalis, hebes plus *b* normalis, acutus minus normalis.

a G. conjunctione.

b F. normali.

Rectarum linearum & circumferentium ſpecies angulorum ſunt tres generis ſui. recta, hebes, acuta. Quæcumque autem linea in dimenſione medium ſecans circulum, punctum *c* transferet ad circumferentem lineam *d* pares alteros ſecundum ſuam ſpeciem rectos angulos faciet. Hebetes angulos faciet generis ſui, quæcumque ordinata dimenſione linea intra ſemicirculum erit, in eo tamen ſpatio quod inter ſe & lineam, quæ per punctum ſemicirculi tranſiet, interiacebit. Quoties autem *e* infra ſemicirculum in ea fuerit ordinata dimenſione, acutos angulos faciet generis ſui, *f* quos in circumferentia cludet. Rectarum ergo & circumferentium linearum anguli, ut diximus, ſunt rectus, hebes, acutus. Rectus, quoniam recta linea quæ per punctum ad circumferentiam pervenit, medium ſecat circulum, & utraque parte pares angulos dividit. Cæteros autem ideo quod ordinata dimenſione à recta linea intra ſemicirculum inferiores facit angulos majores. quos vero intra circumferentiam cludit, minores.

c F. tranſecat.

d G. parem alterutrum.

d F. pares alteri.

e F. intra.

f G. Quos & circumcludit.

Circumferentium linearum ſpecies angulorum generis ſui tres, recta, hebes, acuta, hoc modo fiunt. Quoties ex uno duorum punctorum diaſtemate duo pares circuli exeunt, ad connexionem circumferentiarum interiores rectos angulos faciunt, hebetes exteriores, qui ſunt contrarii rectis. Acuti anguli ſunt lunati, qui inter rectos & hebetes includuntur. Circumferentium linearum rectus angulus, hebes, & acutus dicuntur ideo, quòd ſi tres circuli

pares fuerint inter ſe æquali diaſtemate connexi, intra ſe ſcriptos angulos pares alteri habebunt, per quorum ſigna ſi rectæ lineæ intra ſe ſcribantur, in partes quas circulorum connexio conſumet, medios divident hebetes angulos & exteriores, qui ſunt omnibus intra ſcriptis majores. Lunati autem acuti dicuntur quod exiliſſima tenuitate finiuntur. Rationalium igitur linearum genera angulorum hæc ſunt. quibus ſi flexuoſa linea injungatur, faciet ſpecies angulorum ſecundum ſuam inæqualitatem. Omnes tamen illæ inæqualitates rationalibus lineis comprehendi & dividi poſſunt. Flexuoſa autem linea, ſicut helicis aut cornualis.

Angulus autem omnis ſpecies capit duas, planam & ſolidam. Planus angulus eſt, in planitia duarum linearum attingentium, ſed non in rectum poſitarum, alterius ad alteram inclinatio. Solidus augulus eſt, cujus planitiæ altitudo adjungitur aut æquatur.

Forma ſive figura eſt, quæ ſub aliquo aut aliquibus finibus continetur. Formarum genera ſunt quinque, unum quod ex flexuoſa linea continetur: alterum, quod flexuoſa, & rationalibus: tertium, quod ex circumferentibus: quartum, quod ex circumferentibus & rectis: quintum, quod ex rectis. * * * *

Circumferentium formarum aliquæ ſint ſine angulo, aliquæ unius, aliquæ duorum, aliquæ trium, aliquæ quatuor, aliquæ ſuper hunc numerum ſingulis angulis accedentibus uſque in infinitum. Forma eſt ſine angulo circuli unius pluriúmve. Circulus autem eſt plana forma ſub una linea comprehenſa, ad quam ab uno ſigno intra formam poſito, omnes accedentes rectæ lineæ ſunt inter ſe pares. Ex pluribus circulis forma ſine angulo, ut harenæ ex quatuor circulis. Ex pluribus quàm quinque, ut in opere picturarum, aut architectura. Forma anguli unius, ex uno circino,

cino, & duorum angulorum ex duobus circinis, trium ex tribus circinis, quatuor angulorum ex quatuor circinis. reliquæ ex multis in infinitum.

Rectarum linearum & circumferentium forma, ſine angulo, vel cum unico angulo non datur. Duorum laterum totidemque angulorum forma eſt, ex recta linea & circumferenti ſemicirculo. Trilatera forma eſt, trium laterum totidémque angulorum, ex duabus rectis lineis & una circumferenti, vel ex duabus circumferentibus & una recta. Quadrilatera forma eſt, quatuor laterum totidemque angulorum, ex duabus circumferentibus lineis & duabus rectis.

Plurilatera forma eſt quæ plus quam quatuor lineis comprehenſa eſt. ut quinque laterum totidemque angulorum, ex duabus rectis & tribus circumferentibus. Et *a* quæcumque huic formæ accidentibus angulis ſingulis & lateribus ſimilis fuerit, plurilatera appellatur.

a F. Quibuſcunque h. f. accedentibus a. ſ. e. l. ſimiliter ut fuerit,

Planarum autem & rectis lineis comprehenſarum alia erunt trilatera, alia quadrilatera, alia ſingulis adjectis ſuper hunc numerum plurilatera in infinitum.

Trilatera forma eſt, quæ tribus rectis lineis continetur. Trilaterarum formarum & ex rectis lineis comprehenſarum ſpecies ſunt tres: una quæ rectum angulum continet, & efficit triangulum recto angulo, quem Græci orthogonion appellant. Altera quæ angulum hebetem comprehendit, & efficit triangulum obtuſo angulo, quem Græci amblygonion vocant: tertia quæ acutis angulis continetur, & efficit triangulum, quem Græci oxygonion appellant.

Quadrilatera forma eſt, quæ in rectis lineis continetur, & æquilatera eſt, quam quadratum nominamus. Altera quæ rectis quidem lineis continetur, ſed non eſt æquilatera, & vocatur altera parte longior. Tertia quæ

quidem æquilatera eſt, ſed rectos non continet angulos, & dicitur rhombus. Quarta quæ nec æquilatera nec rectangula eſt, ſed tantum adverſa latera & oppoſitos angulos æquales habet, & appellatur Rhomboides.

Plurilatera forma eſt quæ plus quam quatuor rectis lineis ſub qualicunque ſpecie continetur. * * *

Circuli ratio magis artificialis eſt quanquam numeros non præfinit. habemus enim apud Euclidem quinque, quam formam Græci pentagonon appellant. amplioribus quoque formis apud Græcos nomina angulis dantur, ut hexagonon, heptagonon, & ſuper hunc numerum compluribus. hæc nos plurilatera appellamus, adjecto angulorum numero. ut ſexangulorum & ſeptem quantumcumque ſuper hunc numerum auxerit eadem appellatione metiamur.

Aliæ ſpecies & formæ per quas frequenter arcifiniorum agrorum *a* quadratura concluditur, ex rectis angulis & pluribus quam quinque accidentibus ſuper hunc numerum in quantacunque multitudine cogitaveris qualemcumque rectorum angulorum formam rectis lineis comprehendet.

a F. Pedatura.

Ex data recta linea ducere poſito ſigno dato in utraque parte circino æquali junctorum diaſtemate circulos ſcribere oportet, per quorum connexionem recta linea tranſeat factura normalis in recta linea angulos. ſed quoniam rectarum linearum forma circularis linea non interveniat rectis à circumferentiarum parte chiaſmis ejuſdem rationem utamur. quæ ſi ab eadem recta linea ducenda fiunt quæ rectum angulum faciat ex quolibet juncto qui per caput recta linea tranſeat factura in data linea rectum angulum.

In hac autem ratione ſublata circumferentia chiaſmis utendum eſt. nam quod ad extremam lineæ normationem pertinet, vulgaris conſuetudinis eſt ſex, octo, & decem.

hæc de

hæc de qua ſupra diſputavimus quocumque loco ad circumferentem lineam ex ſignis dimenſionis duæ lineæ concurrunt normam facturas.

* * * * * * * * * * * * * * *

Pes habet palmos IIII. uncias XII. digitos XVI. Palmus habet digitos IIII. uncias III. Sextans quæ eadem dodrans appellatur, habet palmos III. uncias IX. digitos XII. Hæc omnis menſura diligenter & fideliter exquirenda eſt. Ideóque monemus, ut unuſquiſque ſuos fines teneat, non alienos laceſſat. Nam ideo limes agro poſitus eſt, ut litem diſcerneret arvis. Nam ante Jovem limites non parebant, qui dividerent agros. Vicinorum autem exempla ſumite, de quibus poſſitis inculpabiles proferre ſententias. Nam ideo ager pedibus menſuratur, ut veritas declaretur.

JULII FRONTINI
DE AGRORUM QUALITATE.

AGRORUM qualitates ſunt tres. Una agri diviſi & aſſignati: altera menſura per extremitates comprehenſi: tertia arcifinii, qui nulla menſura continetur. Ager ergo diviſus aſſignatus, eſt coloniarum. Hic habet conditiones duas: unam, qua *ut* plerumque limitibus continetur: alteram qua per proximos poſſeſſionum rigores aſſignatus eſt. ſicut in Campania Sueſſæ Auruncæ. Quicquid autem ſecundum hanc conditionem in longitudinem eſt delimitatum, per ſtrigas appellatur: quicquid *a* per altitudinem, per ſcamna. Ager ergo limitatus hac *dis*ſimilitudine decumanis & cardinibus continetur. Ager per ſtrigas & per ſcamna diviſus & aſſignatus eſt more antiquo in hac ſimilitudine, qua in provinciis arva publica coluntur. Ager eſt menſura comprehenſus, cujus modus univerſus civitati eſt aſſignatus, ſicut in Luſitania Salmaticenſibus, aut in Hiſpania citeriore *b* Palatinis, & compluribus provinciis, *quibus* tributarium ſolum per univerſitatem populis eſt definitum. Eadem ratione & privatorum agrorum menſuræ aguntur. Hunc agrum multis locis menſores, quamvis extremum menſura comprehenderint, in formam in modum limit*ator*um condiderunt. Ager eſt arcifinius, qui nulla menſura continetur. finitur, ſecundum antiquam obſervationem, fluminibus, foſſis, montibus, viis, arboribus antemiſſis, aquarum divergiis, & ſi qua loca, quæ antiquitus à poſſeſſore potuerunt obtineri. Nam ager arcifinius, ſicut ait Varro, ab arcendis hoſtibus eſt appellatus. qui poſtea interventu litium, per ea loca quibus finit, terminos accipere cœpit. In his agris nullum

a F. In latitudinem.

b H. Palantinis.

nullum jus ſubſecivorum intervenit. Subſecivum eſt quod à ſubſecante linea nomen accepit. Subſecivorum genera ſunt duo: unum quod in extremis aſſignatorum agrorum finibus centuria expleri non potuit. Aliud genus ſubſecivorum quod in mediis aſſignationibus, & integris centuriis intervenit. quicquid enim inter quatuor limites minus quàm intraclusum eſt, fuerit aſſignatum, in hac remanet appellatione, ideo quòd is modus, qui aſſignationi ſupereſt, linea cludatur & ſubſecetur. Nam & reliquarum menſurarum actus, & quicquid inter normalem lineam, & extremitatem intereſt, ſubſecivum appellatur. Eſt & ager ſimilis ſubſecivorum conditioni extracluſus & non aſſignatus, qui ſi Reipublicæ populi Romani, aut ipſius coloniæ, cujus fine circundatur, ſive peregrinæ urbi, aut locis ſacris, aut religioſis, æquè ad populum Romanum pertinentibus, datus non eſt, jure ſubſecivorum, in ejus qui aſſignare poterit, remanet poteſtate. Ager extracluſus eſt, qui intra finitimam lineam & centurias interjacet; ideóque extracluſus, quia ultra limites finitima linea clauditur.

DE CONTROVERSIIS.

MATERIÆ controverſiarum ſunt duæ, finis & locus: harum alterutra continetur, quicquid ex agro *a* de his intervenit. Sed quoniam in his quoque partibus ſingulæ controverſiæ diverſas habent conditiones, *b* propriæ ſunt nominandæ. Ut potui ergo comprehendere, genera ſunt controverſiarum numero xv.

a F. Litis interv.

b F. Propterea.

DE poſitione terminorum, De rigore, De fine, De loco, De modo, De proprietate, De poſſeſſione, De alluvione, De jure territorii, De ſubſecivis, De locis publicis, De locis relictis & extracluſis, De locis ſacris & religioſis, De aqua pluvia arcenda, De itineribus.

DE

DE poſitione terminorum controverſia eſt inter duos pluréſve vicinos. Inter duos, an in rigore ſit cæterorum *a* ſive rationis. Inter plures, trifinium faciat, an quadrifinium. De horum opinione cùm conſtitit menſori, *as inſpicit.* ſi ſecundum priſtini temporis poſſeſſionem non conveniunt, diverſas attiguis poſſeſſoribus faciunt controverſias, ſed ab integro alius fortè de loco, alius de fine litigat.

a F. Suæ.

DE rigore controverſia eſt finitimæ conditionis, quoties inter duos pluréſve terminos ordinatos, ſive quæ alia ſigna, ſecundum legem Mamiliam intra quinque pedes agitur. **

DE fine ſimilis eſt controverſia, nec dubium eſt, *b* quin ſupra de finis conditione dixerim. Nam & eadem lege continetur, & de quinque pedum agitur latitudine. Sed & de fine *eſt* quicquid per*tinet ad* flexus quibus arcifinii agri continentur, *c* ut per extrema promontoria, aut ſumma montium, aut fluminum curſus, aut locorum natura, quam ſupercilium appellant.

b F. Quum.
c F. Utpote ext.

DE loco controverſia eſt, quicquid excedit ſupra ſcriptam latitudinem, cujus modus *d* adpatentem non proponitur. Hæc autem controverſia frequenter in arcifiniis agris variorum ſignorum demonſtrationibus exercetur, ut foſſis, fluminibus, arboribus antemiſſis, aut culturæ diſcrimine. **

d F. Patenter.

DE modo controverſia eſt in agro aſſignato, agitur enim de antiquorum nominum propria defenſione. Ut ſi L. Titius dextra decumanum tertium, citra cardinem quartum acceperit ſortis ſuæ partes tres, ſive *e* quod huic ſimile, quartam habeat in quacunque proxima centuria. Huic enim univerſitati limes finem non facit, etiamſi publico itineri ſerviat. Nam in cæteris agris de modo fit controverſia, quoties promiſſioni modus non quadrat. **

e F. Quid.

DE

DE proprietate controverſia eſt plerumque ut in Campania, *ubi* cultorum agrorum ſylvæ abſunt in montibus, ultra quartum aut quintum fortè vicinum. Propterea proprietas ad quos fundos pertinere debeat, diſcutiatur. Eſt & paſcuorum proprietas pertinens ad fundos, ſed in commune, propter quod ea compaſcua multis locis in Italia COMMUNIA appellantur, quibuſdam provinciis PRO INDIVISO.... Nam per hæreditates aut emptiones ejus generis controverſiæ fiunt, de quibus jure ordinario litigatur.

DE poſſeſſione controverſia eſt, de qua ad interdictum, hoc eſt, jure ordinario litigatur.

DE alluvione fit controverſia, fluminum infeſtatione. hinc fundi multas habent conditiones. **

DE jure territorii controverſia eſt denique ad ipſam urbem pertinens, *a* ſive quòd intra pomerium ejus urbis erit, quod à privatis operibus obtineri non oportebit. Eum dico locum quem nec Ordo ullo jure à publico poterit amovere. Habet autem conditiones duas, unam urbani ſoli, alteram agreſtis. Agreſtis, quod in tutelam rei fuerat adſignatum urbanæ: urbani, quod operibus publicis datum fuerat aut deſtinatum. Hujus ſoli jus, quamvis habita *o*ratione Divus Auguſtus de ſtatu municipiorum tractaverit, in proximas urbes pervenire dicitur, *b* quarum ex voluntate conditoris maxima pars finium coloniæ eſt adtributa, aliqua*ve* portio mœnium extremæ perticæ aſſignationis incluſa. Sicut in Piceno fertur, *c* inter montium Præcutianorum quandam oppidi partem Aſculanorum fine circundari. [Quòd ſi ad hæc revertamur, hoc conciliabulum fuiſſe fertur, & poſtea in municipii jus relatum.] Nam non *d* omnia antiqua municipia habent ſuum privilegium. Quicquid enim ad coloniæ municipiive privilegium pertinet, territorii juris appellant. Sed ſi rationem

a F. Sicut.

b F. Quum.

c H Interamnii. F. Interamnatium.

d F. Omnia municipia habent ſua antiqua privilegia.

nem appellationis hujus tractemus, Territorium eſt *a* quicquid hoſtis terrendi cauſa conſtitutum eſt.

a F. quo quid.

DE ſubſecivis controverſia eſt, quoties aliqua pars centuriæ, ſive tota, non eſt aſſignata, & poſſidetur: aut *b* quicquid de extremitate perticæ poſſeſſor proximus aliúſve detinebit, *quod* ad ſubſecivorum *c* controverſiam pertinebit. * *

b F. Quum quid.
c F. conditionem.

DE locis publicis ſive populi Romani ſive coloniarum municipiorúmve controverſia eſt, quoties ea quæ neque aſſignata, neque vendita fuerint, aliquis poſſederit, ut alveum fluminis veterem populi Romani, quem vis aquæ interpoſita inſula, & diviſi proximi poſſeſſores finibus reliquerint. *d* aut ſylvæ quas ad populum Romanum multis locis pertinere ex veteribus inſtrumentis cognoſcimus, ut ex proximo in Sabinis in monte Mutela. Nam & coloniarum aut municipiorum ſimilis eſt conditio, quoties loca quæ Reipublicæ data aſſignata fuerant ab aliis obtinebuntur. ut ſubſeciva conceſſa.

d F. Aut ſylvas.

DE locis relictis & extracluſis controverſia eſt in agris aſſignatis. Relicta autem loca ſunt, quæ ſive locorum iniquitate, *e* ſive arbitrio conditoris relicta limites non acceperunt. Hæc ſunt juris ſubſecivorum. Extracluſa loca ſunt æquè juris ſubſecivorum, quæ ultra limites, & *f* ultra finitimam lineam erunt. Finitima autem linea menſuralis eſt, quæ aut aliqua obſervatione, aut terminorum ordine ſervatur. Multis enim locis aſſignationi agrorum immunitas ſuperfuit ſicut in Luſitania finibus Auguſtinorum.

e Al. ſive in arbitrium.
f F. Intra.

DE locis ſacris & religioſis controverſiæ plurimæ naſcuntur, quæ jure ordinario finiuntur, niſi ſi de locorum eorum modo agitur, ut *g* locorum [publicorum] in montibus, aut ædium, quibus ſecundum inſtrumentum fines reſtituuntur. Similiter locorum religioſorum, quibus ſecundum

g F. Lucorum.

cundum *a* cautiones modus eſt reſtituendus. Habent e-nim & Mœſilea juris ſui hortorum modos circumjacentes, aut præſcriptum agri finem.

a Al. cautionis modum finis eſt r.

DE aquæ pluviæ tranſitu controverſia eſt, in qua ſi *b* collectus pluvialis aquæ tranſverſum ſecans finem *finem* alterius *c* fundi influit, & diſconvenit, ad jus ordinarium pertinebit. Quod ſi per ordinationem finis ipſius agitur, exigit menſoris interventum.

b Al. collectio.
c Al. flumen.

DE itineribus controverſia eſt, quæ in arcifiniis agris jure ordinario finitur, in aſſignatis, menſurarum ratione. Omnes enim limites ſecundum legem colonicam itineri publico ſervire debent. Sed multi exigente ratione per cliva & confragoſa loca eunt, quà iter fieri non poteſt, & ſunt in uſu agrorum eorum locorum. Ubi proximus poſſeſſor, cujus fortè ſylva limitem detinet, tranſitum inverecundè denegat. cùm itineri limitem aut locum limiti debeat. Eſt & controverſiæ genus quod ad ſolum non pertinet, de arborum fructibus earum quæ in fine ſunt, [ſive intra] nec ullam ad radicem habent controverſiam, quoties inclinatæ in alterutram partem fructum jactaverint, inter affines movent diſputationem. Sunt & aliæ limitum conditiones, quæ ad ſolum non pertinent, hoc eſt ad artem noſtram. Solum autem quodcunque coloniæ eſt aſſignatum, id univerſum pertica appellatur. Quicquid huic univerſitati applicitum fuerit, ex alterius civitatis fine, ſive ſolidum, ſive *d* cultellatum fuerit, præfectura appellatur.

d Al. utulatum, mutulatum, & titulatum. F. tutulatum.

CULTELLANDI ratio quæ ſit, ſæpe quæritur. *Hic* *e* cujus præmenſi ſoli ſpatium conſummamus, & [illam] clivorum inæqualitatem planam eſſe cogi*t*amus, dum menſuræ lateribus inſervimus. Cultellamus ergo agrum eminentiorem, & ad planitiei redigimus æqualitatem. Hanc

e F. cum preſſi ſ.

 nobis

nobis rationem ipſa ſeminum natura monſtravit. Omnis enim illa ſoli inæqualitas colligi poterit, niſi quod de terra quicquid naſcitur, in aërem rectum exit, & illam terræ obliquitatem creſcendo atterit, nec majorem numerum occupat, quàm ſi ex plano naſcatur.

AGGENI URBICI IN JULIUM FRONTINUM COMMENTARIUM.

SUSCEPIMUS qualitates agrorum tractandas, atque plano ſermone & lucido exponendas, & volumus ea, quæ à veteribus obſcuro ſermone conſcripta ſunt, apertiùs & intelligibiliùs exponere, ad erudiendam poſteritatis infantiam, & quo dulcius poſſint diſciplinam appetere quàm timere. Nam primævæ ætati quàm ſint radices amariſſimæ literarum, ſcientes literas non ignorant. Ideóque ita planum facimus iter, ut exeuntes à prioribus ſtudiis literarum, in his ſecundis ac *a* liberalibus venientes, diſciplinam hanc velut ſuavitatem quandam poſt amaritudinem concupiſcant. Jam nunc ergo pergamus exponere. Agrorum qualitates tres eſſe Julius Frontinus oſtendit dicens, ,, UNAM AGRI DIVISI ET ASSIGNATI. Videamus qui ſit hic ager diviſus & aſſignatus. Sine dubio video alicujus formam agri magnam, quæ diviſa eſt atque aſſignata in tempore. Et niſi eſſet quædam materialis agri forma, quomodo poterat dividi? an totum mundum aut provinciam totam unius poſſumus agri, qui ſit diviſus, qualitatem accipere? Et quia hoc ita intelligere omnino mihi videtur abſurdum, eo quod ſubjungit continuo idem Frontinus, ALTERA MENSURA PER EXTREMITATEM COMPREHENSI. Video ergo illum agrum qui dum in ſe ducenta, & eo amplius, jugera contineret, poſtea juſſu principum

a Sc. bellariis.

pum interciſivis limitibus diſtributus quinquagenis jugeribus, vel amplius,ut qualitas locorum inventa eſt Quæ interciſiones per trifinia & quadrifinia ſive intervenientium,vel interpoſitorum ratione ſignorum cernuntur eſſe diſpoſitæ. Alteram qualitatem dicit menſura per ejuſdem agri extremitatem comprehenſam. Juxta hunc agrum,de quo locuti ſumus,videmus confinem eſſe modum menſura comprehenſum ſubſecivi,qui frequenter in extremitatibus aſſignatorum agrorum incidens,*a* menſura lineæ cernitur comprehenſus. De hoc inferius ſuo loco apertius diſputabimus. Nam quidam centuriam volunt intellegi menſuram dictam per extremitatem comprehenſam. quod & ipſum poteſt accipi,quia [& ſi] centenis hominibus duo centena jugera data legimus, quorum propter numerum ſit appellata centuria. [Legimus in quibuſdam locis ab uno mille & trecenta jugera fuiſſe poſſeſſa.] Tertiam arcifinii agri qualitatem aſſignat. ARCIFINIUS AGER AB ARCENDIS HOSTIBUS NUNCUPATUR, ſicut paulo inferius ſubſequens lectio manifeſtat. Hic & occupatorius ager dicitur,eo quòd in tempore occupatus eſt à victore populo,territis exinde fugatiſque hoſtibus. Quia non ſolùm tantum occupabat unuſquiſque,quantum colere præſenti tempore poterat, ſed quantum in ſpe colendi habuerat,ambiebat. Fines verò his ſignis inter ſe dividebant,foſſis manufactis, arboribus antemiſſis, fluminum intervenientium curſu, jugis quoque montium (quæ ex eo nomine accipiuntur,quòd continuatione ipſa jungantur) ſuperciliis,nec non itineribus,vel divergiis aquæ,quæ aut loci natura, aut ſolers procuravit antiquitas. Ager ergo diviſus aſſignatus eſt coloniis ſive municipiis. unicuique poſſeſſioni modus ſecundum terræ qualitatem. HIC AGER HABET CONDITIONES DUAS : UNAM QUA *ut* PLERUMQUE LIMITIBUS CONTINETUR. ALTERAM QUA PER PROXIMOS POSSESSIONUM RIGORES ASSIGNATUS EST.

a F. Menſurali lineæ.

Limes ergo eſt quodcunque in agro opera manuum factum eſt ad obſervationem finium, rigor, verò ſuæ rectitudinis naturalis nomen accepit. QUICQUID AUTEM SECUNDUM HANC CONDITIONEM IN LONGITUDINEM EST DELI*mi*TATUM PER STRIGAS APPELLATUR, QUICQUID *a* PER ALTITUDINEM, PER SCAMNA. Strigatus ager, eſt qui à ſeptentrione in longitudinem in meridianum decurrit. Scamnatus autem, qui eo modo ab occidente in orientem creſcit: & altitudinem hanc ſecundum idioma artis voluit Frontinus in orientem intellegi. Nam dum ſuperficiales nunc qualitates tantummodo, vel menſuras exponat, quomodo nos poſſumus ſoliditatis corpus advertere, in quo altitudo aut craſſitudo ponatur? AGER ERGO LIMITATUS HAC SIMILITUDINE DECUMANIS ET CARDINIBUS CONTINETUR. Ergo hic ager quem in hac ſimilitudine aſſerit contineri decumanis atque cardinibus, in re præſenti conſiderari poterit. Nam decumanum limitem traxerunt, ſicut Hyginus deſcribit, ab occidente in orientem. Cardinem verò à meridiano in ſeptentrionem duxerunt: quidam verò ex adverſo eos aſſerunt conſtitutos. Nam & alibi limites facti ſunt ab his qui ſolis ortum & occaſum ſecuti ſunt, quos fefellit ratio geometriæ. mihi tamen ſicut Hyginus conſtituti decrevit limites, ita rationabile videtur, ut decumanus maximus in orientem creſcat, & cardo maximus in meridianum. AGER PER STRIGAS ET PER SCAMNA DIVISUS ET ASSIGNATUS EST MORE ANTIQUO IN HAC SIMILITUDINE QUA IN PROVINCIIS ARVA PUBLICA COLUNTUR. Ager ergo ſive per ſtrigas, ſive per ſcamna diviſus ſit, ſive quocunque alio ordine ſuccedenti aſſignatus eſt more antiquo, atque antiquo arbitrio in hac ſimilitudine, qua in diverſis provinciis arva publica coli perſpicimus. Nam quòd publica arva coli dicit, ne ammiremini. Nam ideo publica hoc loco eum dixiſſe æſtimo, quòd omnes

a F. in latitudinem.

omnes etiam privati agri tributa atque vectigalia perſolvant. Nam paulo inferius dicit: EADEM RATIONE, ET PRIVATORUM AGRORUM MENSURÆ AGUNTUR. ut apertiùs oſtenderet publicum cum privato eſſe conſortem. Quia dum privatus laborat in proprio, & tributum publico, & ſibi alimoniam arva excolendo procurat. AGER EST MENSURA COMPREHENSUS, CUJUS MODUS UNIVERSUS CIVITATI EST ASSIGNATUS. Iſtius agri menſuram in unum modum quodammodo video comprehendi. Nunc hic modus univerſalis ſagacius à nobis inveſtigari debet. Videmus igitur modum per terminos territoriales, & limitum curſus, & titulos, id eſt inſcriptis lapidibus, plerumque fluminibus, nec non aris lapideis claudi territorium atque dividi ab alterius territorio civitatis. Idcirco quicquid intra hunc modum eſt menſura diviſum, ſuæ conſtat civitati modis omnibus aſſignatum. SICUT IN LUSITANIA SALMATICENSIBUS. Luſitania provinciæ nomen eſt. Salmaticenſes enim vicani propriè nuncupantur. Ita & IN HISPANIA CITERIORE a PALATINIS ET COMPLURIBUS PROVINTIIS TRIBUTARIUM SOLUM PER UNIVERSITATEM POPULIS EST DEFINITVM, EADEM RATIONE ET PRIVATORVM AGRORUM MENSVRÆ AGUNTUR. HVNC AGRUM MULTIS LOCIS MENSORES QUAMVIS EXTREMUM MENSURA COMPREHENDERINT, IN FORMAM IN MODUM LIMIT*ator*UM CONDIDERVNT. Formarum quinque ſunt genera: unum quod ex flexuoſa linea continetur: alterum quod ex flexuoſa & rationalibus: tertium quod ex circunferentibus: quartum quod ex circunferentibus & rectis: quintum quod ex rectis. horum ſunt ſpecies infinitæ. Hunc ergo agrum ne in formis videamus tantummodo conditum continuo ſubjungit: IN MODUM LIMIT*ator*UM. ut ſciamus pleniſſimè non poſſe formam cujuſlibet agri ſine limitum rectura ſubſiſtere. Sed *b* prævidere formam diligentiùs admonemur, ut originem *c* cujus interfuerit limitis efficaciter prædice-

a H. Palantinis.

b F. Pervidere.

c F. Cujusvis qui int.

dicemus: ſeu Decumani maximi, ſeu Cardinis maximi. quinti quoque atque quintarii: nec non & illos *a* omnibus demonſtrare qui ſolis ortum & occaſum ſecuti ſunt. Ut noſtra profeſſio coram artificibus integra, & omnem veritatem indagans approbetur. EST AGER ARCIFINIUS, QUI NULLA MENSURA CONTINETUR. Hic eſt de quo ſuperius diximus, qui & arcifinius & occupatorius nominatur. FINITVR ERGO SECVNDVM ANTIQVAM OBSERVATIONEM, FLVMINIBVS, FOSSIS, MONTIBVS, VIIS, ARBORIBVS ANTEMISSIS, AQVARVM DIVERGIIS, ET PER EA LOCA QVÆ ANTIQVITVS A POSSESSORE POTVERVNT OBTINERI. Menſura ergo hunc agrum minimè actum eſſe conſpicimus, ſicut cæteros agros. INTERVENTV VERÒ LITIVM POSTEA PER EA LOCA QVIBVS NVNC FINITVR, ex arbitrio TERMINOS ACCEPIT. IN HIS AVTEM AGRIS NVLLVM JVS SVBSECIVORVM INTERVENIT. Rectè ergo ſubſecivum intervenire non potuit, quia menſura actus non eſt, de quo remanere aut ſubſecari aliquid potuiſſet. SVBSECIVUM EST QVOD A SVBSECANTE LINEA NOMEN ACCEPIT SUBSECIVUM. Horum SVBSECIVORVM DVO SVNT GENERA: VNVM QVOD IN EXTREMIS ASSIGNATORVM AGRORVM FINIBVS CENTVRIA EXPLERI NON POTVIT. Hoc invenitur L. & LX. contineri jugeribus. Et quamvis exigua parte *b* minore fuerit inventum, de modo centuriæ ſubſecivum dicitur. Ita tamen ſi ſpatium majus fuerit, nomine centuriæ non carebit. Nam hæc ſubſeciva & conceſſa plerunque inveniuntur, & reddita, aliqua aſſignata. nam & cenſum quædam pro ſuo modulo ſuſceperunt. Secundum verò illam majorem aſſignationem, ſubſecivum majus centum jugera dictum eſt: ſubſecivum minus L. jugera nuncupatum. In extremis verò aſſignatorum agrorum finibus, ut ſit aſſignatum, aut quæ ſit extremitas videamus. Extremitas finitima linea eſt, quæ intervenit aut per iter publicum, quod tranſcendi non poteſt, ſecun-

a F. Nominibus.

b f. Minus.

ſecundum legem colonicam.quia omnis limes itineri publico ſervire debet: aut per limites ſive terminos aliáque ſigna, quibus territoria finiuntur: aut ubi Inſoluta loca remanſerunt. Hæc autem ſunt loca quæ inſoluta dicuntur, quæ aut in ſaxoſis & ſterilibus locis ſunt, aut in paludibus, ubi nulla potuit exerceri cultura. quia dum non eſſet quod excoli potuiſſet, nullis neceſſe fuit limitum regulis obligari. Propterea & ſoluta loca vocata ſunt. ALIVD GENVS SVBSECIVORUM QVOD IN MEDIIS ASSIGNATIONIBUS ET INTEGRIS CENTURIIS INTERVENIT. QVICQUID ENIM INTER QVATUOR LIMITES MINUS, QUAM INTRACLVSVM EST, FUERIT ASSIGNATUM, IN HAC REMANET APPELLATIONE. Benè igitur & rectè ſubſecivum vocari debet, quicquid inter quatuor limites fuerit aſſignatum minus, quàm intra eiſdem potuit claudi limitibus. quia unuſquiſque limes, centuriæ ſuæ modum claudens, adductus eſt. at ubi omnes quatuor æquis menſuris centurias continentes uno in loco convenerunt, ſicut in ſubſequenti libello noſtro deſignavimus, quem Diazographum nuncupavimus, poterit agnoſci: & minus clauſerunt agri ſpatium quàm quod centuriæ ſingulæ, quibus ſervitutem præſtabant, poterant continere, ſubſecivum juſté meruit appellari. IDEO QUÒD IS MODVS QVI ASSIGNATIONI SUPEREST, LINEA CLAUDATUR ET SUBSECETUR. NAM ET RELIQUARUM MENSURARUM ACTUS *& quic*QUID INTER NORMALEM LINEAM ET EXTREMITATEM INTEREST, SUBSECIVUM APPELLATUR. De hoc ſuperius diſputavimus. Normalis linea menſuralis dicitur: extremitas vero, ubi centuria, ut expleretur, tranſire non potuit.

Eſt ager ſimilis ſubſecivorum conditioni EXTRACLUSVS ET NON ASSIGNATVS, QUI SI REIPVBLICÆ POPVLI ROM. AVT IPSIUS COLONIÆ, CVJVS FINE CIRCVNDATVR, SIVE PEREGRINÆ URBI, AVT LOCIS SACRIS ET

RELIGIOSIS, ÆQUE AD POPVLVM ROMANVM PERTINENTIBVS, DATVS NON EST, JVRE SVBSECIVORVM IN EJVS QVI ASSIGNARE POTVERIT REMANET POTESTATE. In ambiguo videtur hic ager & velut indefinitè remanſiſſe. Si enim his omnibus ſupradictis datus non eſt, utique in aſſignantis remanet poteſtate. Hunc agrum Frontinus ita remanſiſſe teſtatus eſt, ſed videamus ne fortè poſtea juſſu principis alicui datus ſit qui terram metiri denuo præceperit, ſicut Cæſaris Auguſti temporibus factum eſt. Nam alia ſubſeciva Veſpaſianus vendidit: alia autem quæ remanſerunt, Domitianus donavit atque conceſſit. propterea hic ager ſuccedentibus hucuſque temporibus, ita, hoc eſt in ambiguo, non potuit remanere. qui ſi remanſit, in ejus poteſtate profecto, qui aſſignare potuerit, hoc eſt, qui acceperit à principe aſſignandi licentiam. Nam agrimenſor omnis doctus centurias delimitare poteſt, ac ſuis redintegrare limitibus, aſſignare autem nullo modo poteſt, niſi ſacra fuerit præceptione firmatus.

AGGENI URBICI
COMMENTAR.
DE CONTROVERSIIS AGRORUM.

PARS PRIOR.

SUSCEPIMUS quoque tractandos controverſiarum ſtatus cum Divino præſidio. MATERIÆ, inquit, CONTROVERSIARVM SVNT DVÆ, FINIS ET LOCVS. HARVM ALTERVTRA CONTINETVR. SED QUONIAM SINGVLÆ CONTROVERSIÆ DIVERSIS CONDITIONIBVS OBLIGANTVR, *a* PROPRIÆ NOMINANDÆ SVNT. GENERA AUTEM CONTROVERSIARVM, ut ait Frontinus, SVNT NVMERO XV. Sed quia his gene-

a F. propterea.

generibus ſpecies non dedit, & quia ſecundum regulam dialecticam, nequegenus ſine ſpecie, neque ſine genere ſpecies poteſt dici, omnino dixit impropriè. Nos tamen ſuum illi idioma relinquentes, ad intelligendas eas atque exponendas, ſicut promiſimus, tranſeamus.

DE POSITIONE TERMINORUM CONTROVERSIA EST INTER DUOS PLURESVE VICINOS. INTER DUOS AN IN RIGORE SIT POSITUS TERMINUS CÆTERORUM *a* SIVE RATIONIS: INTER PLURES, TRIFINIUM FACIAT AN QUADRIFINIUM. Cum ergo poſſeſſor invenerit terminum in poſſeſſione ſua aliter formatum, aut aliter poſitum quàm cæteri qui in ea poſſeſſione ſunt, aut *non* inſcriptum ut adſolet, agit de eo in qua ſit poſitus ratione, ſeu ipſe trifinium faciat, ſive ab alio lineam procedentem excipiat. Dúmque vicinus poſſeſſor huic extiterit ambiguitati contrarius, magna inter utroſque controverſia agitatur. Solent enim hæ controverſiæ de comportionalibus naſci terminis. Nam ſi de eorum latere linea quaſi ex præſcripto artificis manu compoſita videatur exire, atque in unius termini angulum impingere, qui in limite eſt poſitus, IN ISTIS, ut ait Frontinus, VELUT INSTANTIUM ARGUMENTORUM OPPORTUNITAS CONTROVERSIALIS APTATVR. hoc enim plerumque poteſt in *his* limitibus inveniri. Nam ſi veteranus filiis ſuis unam poſſeſſionem dividens in tres aut quatuor portiones, terminos voluit intereſſe, potuit quiddam tale contingere, ut ex multis *b* quicunque reſpiceret angulum illius termini qui in maximo eſt limite conſtitutus. Hos ſiquidem terminos qui intra poſſeſſionum fines inveniuntur, comportionales appellavit antiquitas. QUI SI SECVNDVM PRISTINI TEMPORIS POSSESSIONEM NON CONVENIUNT, DIVERSAS ATTIGVIS POSSESSORIBVS CONTROVERSIAS GENERABVNT. SED ALIVS FORTE DE LOCO ALIUS DE FINE LITIGAT. Videndum hoc diligenti cura, & cir-

a F. Suæ.

b F. Qualiſcunque.

circuiri agrum ante omnia oportet, de quo intentio vertitur, & redintegrato ſuis fundo limitibus, per maximorum limitum rationem, tum de comportionalium terminorum poſitione, quos vice tabellarum antiqui intercidendis portiunculis inter filios ſuos defigebant, integra ab artifice ratio proferatur.

De rigore atque de fine licet ſimilem poſuerit controverſiam, unamque eis conditionem eſſe firmaverit, tamen credo inter eos aliquid poſſe differre. Rigor enim naturalis eſt. qualiſcunque enim rigor intervenit conſtituentibus limites, rarioribus locis terminos poſuerunt, & ſervari jubetur. RIGOR SI INVENTUS FUERIT DE TRIGINTA PEDUM LATITUDINE, UT NE AB UTROQUE POSSESSORE TANGATUR. QUOD SI PLUS DE XXX. PEDIBUS PATUERIT, JAM COLLIS EST, QUI EXIGIT UT SUPERIOR POSSESSOR IN PLANUM USQUE DESCENDAT, ET SIBI DEFENDAT OMNEM DEVEXUM LOCUM. Hoc enim lex propter malignitatem inferioris poſſeſſoris inſtituit: ne aut arando, aut fodiendo ſuperioris poſſeſſoris terras invaderet. Termini quoque quibuſdam locis poſiti ſunt, ut ab uno ad unum dirigantur, per pedes à CCCXX. & ſupra, uſque ad CCCCLXXX. & infra. hoc ſi licet. Nam Tiburtini diſtant à ſe in pedibus, à CCXL. & ſupra, uſque ad DCLX. & infra. Quòd ſi ſpiſſiores non ſunt, riparum & rigorum curſus ſervabunt. Harum tamen quæ per multa milia pedum recturas, ſeparationē ſive agrorum ab initio ſuo uſque ad occaſum cuſtodiunt. Et ne eas ripas aut rigores ſequendos obſervarent, quæ intra corpus agri naſcuntur, & in ſuo latere *a* decidunt, lex limitum eas prædamnavit. ne id aliquando ſequamini, quod major poteſtas limitum recturarumve curſus non confirmat Sed ſi convētionis cauſa eas partes inter ſe conſervandas cenſuerunt, non recturæ imputandum, ſed concurrenti definitioni fides eſt adhibenda.

a Al. deciduntur.

DE

DE fine enim lex Mamilia quinque aut ſex pedum latitudinem præſcribit. quoniam hanc latitudinem vel iter ad culturas accedentium occupat, vel circumactus aratri, quod uſucapi non poteſt. Non enim iter quâ ad culturas perveniatur, capitur uſu, ſed id quod in uſu biennio fuit. Finis enim multis documentis ſervabitur, terminis & arboribus notatis, & foſſis, & viis, & rivis, & vepribus & ſuperciliis, & rigoribus ſæpe normalibus, &, ut comperi aliquibus locis, inter arva marginibus quibuſdam tanquam pulvinis: ſæpe etiam limitibus. Item petras notatas quæ in finibus ſunt, pro terminis habebitis. Si arboribus notatis fines obſervabuntur, videndum quæ partes arborum notatæ ſint. Notæ enim in propriis arboribus [à] foras ponuntur, ut arbores liberas in parte interiore [à] nota relinquat. Si communes ſunt arbores, mediæ notantur, & ad utrumque pertinent. Nam ſi foſſa erit finalis, videndum utrum unius, an utriuſque ſit partis, & ſi in extremo fine facta. Itémque utrum publica, an vicinalis. Si jugis montium quæ ex eo nomine accipiuntur, quòd continuatione ipſa jungantur. Hæc autem omnia genera finitionum putato in uno agro poſſe ſine dubio reperiri.

DE loco ſi agitur, quæ res hanc habet quæſtionem, ut nec ad formam, nec ad ullum ſcripturæ *a* revertatur exemplum. *b* niſi tantum hunc locum, hinc dico *ab*eſſe & alter è contrario ſimiliter. Quæ res ex ſimilitudine ferè culturæ comparationem accipit. Id eſt; ſi ſylva, cujus ſit ætatis, par*ilitatis*, cæſuræ, [& ætas arborum, ut ſolent relinqui, quas antemiſſas vocant: & ſylvarum quoque ætates an ſint pares] Si vineæ *c* ſimiles erunt in comparatione; an ordines æquidiſtantes, an pari conſtitutione, & an ſimile genus vitium. Conſtabit tamen rem magis eſſe juris, quàm noſtri operis. quoniam ferè uſucapiuntur loca quæ biennio

a F. Referatur.
b F. Mihi.
c F. Similiter.

poſſeſſa fuerint. Reſpiciendum erit tamen, quemadmodum ſolemus videre quibuſdam regionibus particulas quaſdam in mediis aliorum agris, num quid ſimile huic interveniat. quod in agro diviſo accidere non poteſt, quoniam continuæ poſſeſſiones & aſſignantur, & redduntur. Et ſi fortè acciderit tale quid, commutatur locus pro loco, ut continua ſit poſſeſſio. Ita ut dixi in aſſignatis fieri non poteſt. Argumentum itaque prudentiæ eſt, quam profeſſionis. Præterea ſolent quidam complurium fundorum continuorum domini duos aut tres agros uni villæ contribuere, & terminos qui finiebant ſingulos agros relinquere. Præterea qui contributi ſunt vicini *a* non contenti ſuis finibus, tollunt terminos quibus poſſeſſio *b* eorum finitur, & eos qui inter fundos unius domini ſunt, ſibi defendunt. ita & hæc diſpicienda erunt.

a F. Fundi, cont.
b F. Singulorum. vel: priorum.

DE modo quæſtiones ferè in agris diviſis & aſſignatis naſcuntur: item quæſtoriis, & vectigalibus ſubjectis. Quoniam ſcilicet in æreſcriptura modus comprehenſus eſt, [quod] ſemper erit ad formam reſpiciendum. & hoc *niſi* duobus poſſeſſoribus conveniat. Alioqui *qui* ex modo illo, qui æreſcriptura continetur, forma liquebit, etiam ſi dominus aliquid vendidiſſet? Namque hoc comperi in Samnio, ut agri quos Divus Veſpaſianus veteranis aſſignaverat, eos ab ipſis, quibus aſſignati erant, jam aliter poſſideri. Quidam enim emerunt aliqua loca, adjecerúntque ſuis finibus, & ipſa vel via finiente, vel flumine, vel alio quolibet genere. Sed nec vendentes ex acceptis ſuis, aut ementes adjicienteſque ad acceptas ſuas certum modum taxaverunt, ſed ut quiſque modus aliqua, ut dixi, aut via, aut flumine, aut aliquo genere finiri potuit, ita vendiderunt emerúntque. Ergo ad æs quomodo revocari poteſt, ſi duobus, inter quos controverſia eſt, convenerit. *c* In eis autem

c F. Ex.

autem, qui vectigalibus ſubjecti ſunt, proximus quiſque *quid* poſſeſſioni ſuæ junxit. Nam ſoliti erant antiqui in conductiones, & in emptiones modum comprehendere, atque ita cavere: FUNDUM ILLUM, JUGERA TOT. IN SINGULIS LATERIBUS TANTUM. Itaque ſi in ea regione agitur, ubi hæc erit conſuetudo, aut cautiones ſcilicet, aut emptiones intuendæ erunt, inter quos diſputabitur acta utriuſque menſura. Si nihil ad cautionem conveniat, & neutrius poſſeſſio modum cautione comprehenſum impleat, magna erit rei confuſio, quærendúmque numquid in univerſa regione magis opinione quàm menſura modum *a* complecti ſoliti ſint. a Al. Taxent.

DE PROPRIETATE CONTROVERSIA EST PLERUMQUE, UT IN CAMPANIA UBI CULTORUM AGRORUM SYLVÆ ABSUNT IN MONTIBUS, ULTRA QUARTUM AUT QUINTUM FORTE VICINUM. Nam ubi mons fuit proximus aſper ſeu ſterilis, ſuper quo fundi conſtitui nequiverunt, aut fortè aquæ inopia habitatio hominibus prorſus negata eſt, ſylvæ tamen dum eſſent glandiferæ, ne earum fructus perirent, diviſo monte particulatim datæ ſunt proprietates quædam fundis in locis planis & uberibus conſtitutis, qui parvis finibus ſtringebantur. Nam & in Sueſſano culti ſunt, qui habent in monte Marico plagas ſylvarum determinatas, quarum proprietates ad quos fundos pertinere debeant, diſcutiantur. Nam & formæ antiquæ declarant ita eſſe. Reſpiciendum erit & illud, ſicut dixi ſuperius, quemadmodum ſolemus videre quibuſdam regionibus particulas in mediis aliorum agris. Hoc argumentum prudentiæ eſt quam profeſſionis. Videndum quoque quoniam EST ET PASCUORUM PROPRIETAS PERTINENS AD FUNDOS, SED IN COMMUNE. PROPTER QUOD EA COMPASCUA MULTIS LOCIS COMMU-

MV-

MVNIA APPELLANTVR, IN QVIBVSDAM PROVINCIIS PRO INDIVISO. Hæc ferè paſcua certis perſonis data ſunt depaſcenda, ſed in communi. quæ multi per potentiam invaſerunt, & colunt. De eorum proprietate jus ordinarium ſolet moveri, atque interventu menſurarum demonſtratur, ut ſit aſſignatus ager. NAM PER EMPTIONES VEL HEREDITATES HVJVS GENERIS CONTROVERSIÆ FIVNT. Quædam loca feruntur ad perſonas publicas attinere. nam perſonæ publicæ etiam coloniæ appellantur, quæ habent aſſignata in alienis finibus quædam loca, quæ ſolemus præfecturas appellare. Harum præfecturarum proprietates manifeſtè ad colonos pertinent, non ad eos quorum fines ſunt diminuti.
a F. beneficio. Solent & privilegia quædam habere *a* beneficia principum,
b F. quo. *b* quod longè & remotis locis ſaltus quoſdam reditus cauſa acceperunt, quorum proprietas ad eos quibus data eſt, indubitatè pertinet. Sunt & aliæ proprietates quæ municipiis à principibus ſunt conceſſæ.

DE poſſeſſione fit controverſia, quoties de totius fundi ſtatu per interdictum, hoc eſt jure ordinario litigatur. Hoc non eſt diſciplinæ noſtræ judicium, ſed apud præſidem pro-
c F. patuerit. vinciæ agitur,& ex lege reſtituitur poſſeſſio cui *c* poterit adtinere. In his ſecundum locum habet diſciplina noſtra, ſicut lex ait, NISI DE POSSESSIONIS STATV QVÆSTIO FVERIT TERMINATA, NON LICET MENSORI PRÆIRE AD LOCA.

DE alluvione obſervatio hæc eſt, ſi in occupatoriis agitur agris. quicquid vis aquæ abſtulerit, repetitionem nemo habet. Quæ res neceſſitatem ripæ muniendæ injungit. ita
d F. uti ne alt. tamen *d* ut ſine alterius damno quicquam fiat. Si vero in diviſa & aſſignata regione tractabitur, nihil amittet poſſeſſor, quoniam formis per centurias certus cuique modus adſcriptus eſt. Circa Padum autem cum ageretur (quod flumen

flumen torrens & aliquando tam violentum decurrit, ut alveum mutet, & multorum latè agros trans ripam, ut ita dicam, transferat, ſæpe etiam inſulas efficiat) Caſſius Longinus vir prudentiſſimus [juris auctor] hoc ſtatuit, ut quicquid aqua lambendo abſtulerit, id poſſeſſor amittat. quoniam ſcilicet ripam ſuam ſine alterius damno tueri debet. Si verò majore vi decurrens alveum mutaſſet, ſuum quiſque modum agnoſceret. quia non poſſeſſoris neglegentia, ſed tempeſtatis violentia abreptum apparet. Si verò inſulam feciſſet *a* à cujus agro feciſſet id poſſideret, at ſi ex communi, quiſque ſuum reciperet. Scio enim quibuſdam regionibus cum aſſignarentur agri, adſcriptum aliquid per centurias & flumini. Hoc autem providit auctor dividendorum agrorum, ut quoties tempeſtas fluvium concitaſſet, non per regionem excedens alveum vagaretur, ſed ſine injuria cujuſquam deflueret, ſi vero ſuis finibus curreret proximus quiſque uteretur *b* mūm fluvium adſcriptum. Nec rati iniquum, quoniam majores imbres aliquando excedere aquam jubent ultra modum fluvium adſcriptum, *&* proximos cujuſque vicini agros inundat. Hos tamen agros, id eſt hunc omnem modum qui flumini adſcriptus eſt, *c* R.P. quibuſdam vendidit. Hæ quæſtiones maximè in Gallia togata moventur, quæ multis contexta fluminibus immodicas Alpium nives in mare tranſmittit, & ſubitarum regelationum repentinas inundationes patitur. Aliquibus locis impetraverunt poſſeſſores à præſide provinciæ, ut aliquam latitudinem flumini daret. Nam & in Italia Piſauro flumini latitudo eſt aſſignata eatenus quouſque alluebat.

a F. e.

b F. Munere fluvii ut adſcr.

c Al. Populus Romanus.

DE Jure territorii controverſia eſt, cum quidam privatorum, aut pomerium ejus urbis privatis operibus inverecundè vult pervadere, aut cum arare *&* de locis publicis, hoc eſt ad ipſam urbem pertinentibus, *d* quidam privatorum

d F. Quidquam privatim.

rum uſurpare tentaverit. Pomerium autem urbis eſt, quod ante muros ſpatium ſub certa menſura dimiſſum eſt. Sed & aliquibus urbibus & intra muros ſimili modo eſt ſtatutum, propter cuſtodiam fundamentorum, quòd à privatis operibus obtineri non oportebit. Hic locus eſt qui à publico nullo jure poterit amoveri. „ HABET AUTEM „ CONDITIONES DUAS: UNAM URBANI SOLI, ALTE„ RAM AGRESTIS: AGRESTIS SOLI, QUOD IN TUTE„ LA REI URBANÆ ASSIGNATUM EST: URBANI, QUOD „ PUBLICIS OPERIBUS DATUM EST AUT DESTINA„ TUM. In tutelam rei urbanæ aſſignatæ ſunt ſylvæ, de quibus ligna in reparationem publicorum mœnium traherentur. Hoc genus agri tutelatum dicitur. Nam aliquarum urbium maxima pars finium coloniæ eſt adtributa. Coloniæ ſunt, quæ ex eo *a* nomine accipiuntur, quòd Romani in eiſdem civitatibus colonos miſerunt. Illarum ergo urbium maxima finium pars data eſt coloniis, quæ in remotiora loca, & longè à mari poſitæ videbantur: ut numerus civium, quem multiplicare divus Auguſtus conabatur, haberet ſpatia in quæ ſubſiſtere potuiſſet. Nam & „ IN PICENO FERTUR *b* INTER MONTIUM PRÆCU„ TIANORUM QUANDAM PARTEM OPPIDI ASCULA„ NORUM FINE CIRCUNDARI. SED HOC CONCILIA„ BULUM FUISSE, ET POSTEA FERTUR IN MUNICI„ PII JUS RELATUM. NAM OMNIA ANTIQUA MUNI„ CIPIA *non* HABENT SUUM PRIVILEGIUM. Ut Tudertini qui apud principes egerunt ut Faneſtres incolæ, ſi eſſent alienigenæ qui intra territorium incolerent, honoribus fungi in colonia non deberent. Sed Faneſtres hoc poſtea impetraverunt, ut eis liceret fungi honoribus. Territorii æquè juris controverſia agitatur, quoties propter exigenda tributa de poſſeſſione litigatur: cùm dicat una pars in ſui eam fine territorii conſtitutam, & altera è contrario ſimi-

a F. Nomina accipiunt.

b H. Interamnii. F. Interamnatium.

ſimiliter quæret. Hæc autem controverſia territorialibus eſt finienda terminis. Nam invenimus ſæpe in publicis inſtrumentis ſignificanter inſcripta territoria: ut, Ex *a* COLLEGIO QUOD APPELLATUR ILLORUM AD FLUMEN ILLUD, ET SUPER FLUMEN ILLUD, AD RIVUM ILLUM, AUT VIAM ILLAM, ET PER VIAM ILLAM, AD INFIMA MONTIS ILLIUS, QUI LOCUS APPELLATUR ILLE: ET INDE PER JUGUM MONTIS ILLIUS, IN SUMMO, ET PER SUMMUM MONTIS, PER DIVERGIA AQUÆ, AD LOCUM QUI APPELLATUR ILLE: ET INDE DEORSUM VERSUS AD LOCUM ILLUM, ET INDE AD COMPITUM ILLIUS, ET INDE PER MONUMENTUM ILLIUS AD LOCUM ILLUM, unde primum cœpit ſcriptura *b* eſſe. Sæpe enim quorundam aut monumenta, aut foſſæ, aut quorundam *c* ſacellorum, aut fontium, unde rivi fluminàque incipiunt, obſervantur fines territoriorum. Si autem RATIONEM APPELLATIONIS HUJUS TRACTEMUS, „TERRITORIUM EST *d* QUICQUID „HOSTIS TERRENDI CAUSA CONSTITUTUM EST.

a F. Colle illo, qui app. ille, tum ad.

b F. Iſſe.

c F. Scatebellarum.

d F. Quoquid.

DE jure ſubſecivorum ſubinde quæſtiones moventur. Subſeciva autem ea dicuntur quæ aſſignari non potuerunt. Id eſt cum ſit ager centuriatus & in loca culta diviſus, quæ in *e* centurias erant, cum centuria expleri non potuit, ſubſecivum appellant. Hæc aliquando auctor diviſionis aut ſibi reſervavit, aut aliquibus conceſſit, ut Rei P. aut privatis perſonis, quæ ſubſeciva quidam vendiderunt, quidam vectigalibus certo tempore locant. Inſpectis igitur perſcrutatiſque omnibus conditionibus, inveniri poterit quid ſequi debeamus. Nam Domitianus per totam Italiam ſubſeciva poſſidentibus donavit: edictóque hoc univerſis notum fecit. Leges itaque ſemper curioſè legendæ interpretandæque erunt.

e F. Centuriis ſupererant, & quodcunque cent.

„ DE LOCIS PUBLICIS SIVE POPULI ROMANI, SIVE „ COLONIARUM MUNICIPIORUMVE CONTROVER-

„ SIA EST, QUOTIES EA LOCA QUÆ NEQUE ASSIGNA-
„ TA, NEQUE VENDITA FUERINT, AB ALIIS OBTI-
„ NEBUNTUR, ut ſubſeciva conceſſa. Multis enim locis
„ comperimus loca publica *a* reperiri, ut ex proximo in
„ Sabinis in monte Mutela, qui nunc à privatis operibus obtinetur. Nam & regione Reatina itidem ſunt loca Reipublicæ. Loca autem quæ ſint publica videamus. Sunt ſylvæ, de quibus lignorum copia in lavacra publica miniſtranda cæduntur. Sunt & loca publica, quæ in paſcuis ſunt relicta quibuſcunque ad urbem venientibus peregrinis. Sunt in ſuburbanis loca publica, inopum deſtinata funeribus, quæ loca culinas appellant. Sunt & loca noxiorum pœnis deſtinata. Ex his locis cum ſint ſuburbana, ſine ulla religionis reverentia, ſolent privati aliquid uſurpare, atque hortis ſuis applicare. Sunt autem loca publica uti coloniarum, ubi prius fuere conciliabula, & poſtea ſunt in municipii jus relata. Sunt & alia loca publica, quæ præfecturæ appellantur..... Nam & pomeria urbium, de quibus jam ſuperius ſuo loco diſputavimus, publica loca eſſe noſcuntur. Multis modis loca publica dici poſſunt: ſed dum diverſis conditionibus conſtringuntur, non poſſunt niſi ſua ſuis locis incedere. Nam & ubi vis aquæ alvei Tiberis populi Romani tantummodo inſulam fecit, locus & publicus. ſilvæ ſunt etiam juxta hunc alveum ſuis circundatæ terminibus, quæ caſalia *b* non utuntur.

a F. Obtineri.

b Sc. nominantur.

„ DE LOCIS RELICTIS ET EXTRACLUSIS CON-
„ TROVERSIA EST IN AGRIS ASSIGNATIS. RELICTA
„ AUTEM EA LOCA SUNT, QUÆ SIVE INIQUITATE
„ LOCORUM ASSIGNARI NEQUIVERUNT, SIVE EX
„ VOLUNTATE CONDITORIS, [hoc eſt menſoris] RE-
„ LICTA, LIMITES MINIME ACCEPERUNT. Dicuntur & ea relicta loca quæ vis aquæ obtinuit. Hæc loca & inſoluta vocantur, & juris ſubſecivorum eſſe noſcuntur.

„ Ex-

MENSURA SEMIPEDIS ROMANI,

Secundum diverſos Auctores Medietas autem tranſverſarum lineolarum index eſt Menſuræ.

1 2 3 4 5 6

Menſura Semipedis Colotiani et Statiliani, expreſſa ex Philandri annotationibus in Vitruvium, editis Anno 1544 quæ editio Omnium eſt Prima.

1 2 3 4 5 6

Ejusdem Semipedis menſura, ſed ut eam exhibuit G. Agricola libro de ponderibus et menſuris Anno 1550.

1 2 3 4 5 6

Menſura Semipedis quam pro legitima habuit Lucas Pætus.

1 2 3 4 5 6

Semipes Sebaſtiani Serlij, expreſſus ex editione Veneta Anni 1618 quoniam ea quæ eſt prima deſtituebamur. Collegit autem eum ex menſura Thermarum Diocletiani, deprehenditque antas ſive pilas latitudine eſſe pedum quatuor, et diſtare pedes duodecim.

1 2 3 4 5 6

Dimidium altitudinis congij Farneſiani, quem repreſentare pedis menſuram opinatus eſt B. Villalpandus ad Ezechielem: et L. Marius ad Exodum.

1 2 3 4 5 6

Ipſa Semipedis menſura, quam ex eodem illo congio formavit Villalpandus.

1 2 3 4 5 6

Semipes Pariſienſis exhibitus à G. Agricola, quem Romano parem credidit Budeus de Aſſe.

1 2 3 4 5 6

Semipedis Rhenolandici menſura, quam cum Romano convenire opinatus eſt Snellius.

„ EXTRACLUSA LOCA SUNT ÆQUE JURIS SUBSECI-
„ VORUM, QUÆ ULTRA LIMITES, ET *a* ULTRA FINI- *a* F. Intra.
„ TIMAM LINEAM ERUNT. FINITIMA AUTEM LINEA,
„ AUT MENSURALIS EST, AUT ALIQUA OBSERVATIO-
„ NE, AUT TERMINORUM ORDINE SERVATUR. Ergo fines coloniæ incluſi *ſi* ſunt montibus, propterea hæc loca quòd aſſignata non ſint, Relicta appellantur, & Extracluſa, quòd extra limitum ordinationes ſint, & tamen fine cludantur. Hæc plerunque proximi poſſeſſores invadunt, & opportunitate loci irritati agrum *b* obtinent, cum his controverſiæ à rebus publicis ſolent moveri. *b* F. Obtinent eum. His.

„ DE locis ſacris & religioſis controverſiæ plurimæ jure ordinario finiuntur. Si enim loca ſacra ædificabantur, quam maximè apud antiquos in confinio conſtituebantur, ubi trium vel quatuor poſſeſſionum terminatio conveniret: & unuſquiſque poſſeſſor donabat, certum modum ſacro illi ex agro ſuo: & quantum donaſſet ſcripto *c* faciebat, *c* F. Sanciebar. ut per diem ſolennitatis eorum privatorum agri, nullam moleſtiam inculcantis populi ſuſtinerent: ſed & ſi quid ſpatioſius cedebatur, ſacerdotibus templi illius proficiebat. In Italia autem multi creſcente religione ſacratiſſima Chriſtiana, lucos profanos ſive templorum loca occupaveruut, & ſerunt: ſed hoc ideo exiſtimavi dicendum, ut magiſterium ſuum ſi vult menſor oſtendere, modum conceſſum fano illi demonſtret. „ LOCORUM AUTEM RELIGIO-
„ SORUM SIMILIS EST CONDITIO. ET HIS NAMQUE
„ SECUNDUM CAUTIONEM MODUS RESTITUEBATUR antiquitus. Nam ſanctum eſt plerunque, ut incorruptum, & à ſanciendo ſanctum dicitur. religioſum à religando mentes, ne malè agant homines, vel à relinquendo. Sacrum autem propriè Dei eſt: religioſum hominum. Profanum autem, quod dum ſanctum fuiſſet, poſtea in uſu hominum factum, hoc eſt extra fanum, extra ſanctua-

rium profanum dictum eſt. „ MOESILEA verò HABENT „ JURIS SUI HORTORUM MODUM CIRCUMJACEN- „ TEM, VEL PRÆSCRIPTUM AGRI FINEM. Nam lucos frequenter in triſinio & quadriſinio invenimus, ſicut in ſuburbanis & circa publica itinera conſtitutum eſſe perſpicimus.

„ DE aquæ pluviæ tranſitu controverſia eſt in QUA „ SI *a* COLLECTUS PLUVIALIS AQUÆ TRANSVERSUM „ SECANS FINEM *finem* ALTERIUS FUNDI INFLUIT. Si aqua ex pluvia collecta rivum fecerit, per longinquitatem temporum, & ut ſolet *b* videri, ripam ex utraque parte, *c* mediam ſecans, erexerit; & hoc intra fines alterius, dumque rivus ille limite includitur, poſſeſſor vicini agri calumnioſè ſibi velit fines ad rivum uſque defendere, non mediocris exinde controverſiæ genus exoritur, ſed hoc menſoris eſt peritia finiendum.

a Al. Collectio.

b F. Fieri.

c F. Medium.

„ DE ITINERIBUS CONTROVERSIA EST, QUÆ IN „ ARCIFINIIS AGRIS JURE ORDINARIO FINITUR, IN „ ASSIGNATIS MENSURARUM RATIONE. SED MULTI „ LIMITES EXIGENTE RATIONE PER CLIVA ET CON- „ FRAGOSA LOCA EUNT, QUA ITER FIERI NON PO- „ TEST, ET SUNT IN USU AGRORUM IN EIS LOCIS, „ UBI PROXIMUS POSSESSOR EST, CUJUS FORTE SYL- „ VA LIMITEM DETINET, ET TRANSITUM INVERE- „ CUNDE DENEGAT, CUM ITINERI LIMITEM, AUT „ LOCUM LIMITI DEBEAT. Nam plerumque via dum cum limite currit, etiam ſi vicinalis eſt, aut lignaria, aut privata, finem præſtat. regammante verò via vel limite dum à ſe utrique diſceſſerint, *an d* deſit via finem præſtare, erit controverſia. Sed inſpectio artificis eam finiet. Satis ut puto dilucidè genera controverſiarum, vel*ut* primùm agri qualitatem expoſui. Nam & ſimplicius enarrare conditiones earum *neceſſarium diſcentibus* exiſtimavi, quo faci-

d F. Deſiit.

facilius ad intellectum pervenirent. Nunc quemadmodum ſingula pertractari debeant perſequendum eſt: vel *uti* quot ſint ſtatus eorum, id eſt injectivus, expoſitivus, ſubjectivus, recuperativus, aſſumptivus, initialis, materialis, effectivus. Sunt enim VIII. ex his omne genus controverſiarum exoritur. Injectivus ergo ſtatus eſt generalis. nam ſive de poſſeſſione, ſive de fine controverſia naſcatur, per hoc repetitio juſta injuſtáque injicitur. Expoſitivus eſt ſtatus controverſiæ, quoties finitimorum argumentorum caret demonſtratione, & partium magis exigit narrationem, per quam exponendum ſit, quo ſint genere terminandæ, aut perſuadendum judici, etiam ſi loci natura finitimam exhibeat ſimilitudinem. Subjectivus ſtatus eſt controverſiæ, cum relinquitur ſtatus generalis, & alio quolibet ſtatu controverſia defenditur. Recuperativus eſt ſtatus, quoties non à trifinio, aut quadrifinio, ſed ex quolibet alio finis loco incipientis termini recturam dirigit, & per inceſſum definitionis loca quædam alteri fundo adquirit, aut ſolum auferet, & *aliud* ejus loco redditur. Aſſumptivus primæ controverſiæ ſtatus eſt, qui eſt de poſitione terminorum, in rigorem aut in finem tranſcendit. Initialis controverſiæ ſtatus de rigore pertinens ad materiam, tranſcendit in controverſiam, quæ eſt loco tertio: de fine ſtatus materialis ſpeciem non conditionem mutat, neque materiam efficit. Materialis ſtatus eſt, ex quo omnes controverſiæ incipiunt de loco duntaxat. nam tranſcendentiam non habet de hoc effectivus, ſed dum conſummatus fuerit naſcitur. Nam effectivus eſt, cum de loco litigatur, & idoneas partes ad litigium advocationes inſtituunt. Reſpicio etenim quantum ſit quod menſoris providentiæ injungatur. Sed nec minus advocatis, quorum ars licet diverſa ſit, prudentiam tamen & ſimplicitatem eandem habere debent & qui judicaturi

caturi ſunt, & qui advocationes ſunt præſtaturi. In judicando autem menſor bonus vir & juſtus agere debet, nulla ambitione aut ſordibus moveri, ſervare opinionem, & arte & moribus omnis illi artificii veritas cuſtodienda eſt, excluſis illis ſimilitudinibus quæ falſæ pro veris ſubjiciuntur. Quidam enim per imperitiam, quidam per imprudentiam peccant. Totum autem hoc judicandi officium hominem bonum, juſtum, ſobrium, caſtum, modeſtum & artificem egregium exigit. Hoc autem poſſeſſores æquo animo ferre non poſſunt. Nam cum his veritas expoſita fuerit, adverſus ſinceritatem artis facere cogunt. Multa ſunt enim in profeſſione quæ generaliter pro veris obſervantur, multa quæ ſpecialiter, quædam quæ argumentaliter, quædam conjecturaliter etiam metiri artifices coguntur.

AGGENI URBICI
COMMENT.
DE CONTROVERSIIS AGRORUM.
PARS ALTERA.

* * * * * * * *

* * * * * * *

DE MODO.

** CUM per omnium Auguſtinorum jugerum hæc in *a* diſcrimine evenerunt, omnia ſupradicta convenienter habere debent, ut illa ſit quæ ſecundum formam proponitur. *b* Memini in provinciis *is* modus aliquo*ties* poſſidetur, ab alio ne quidem ſimplex. Quemadmodum autem fieri ſoleat tractare non alienum judico. poteſt enim fieri ut illa mille jugera ſecundum ordinationem ſermonis à luco *Feroniæ* quidem incipiant, & in diverſam regionem *incidere videantur.* quod falſum manifeſto apparet demonſtratione. Sed imperitis obſcuriſſimum eſt dinoſcere an ſecundum formam regio conveniat præſens, *c* itaque diffuſè regiones pateant, & argumentis aut arborum aut aliarum rerum careant, ſicut in Africa ubi ſpatioſitas & inundatio camporum ejuſmodi controverſias facillimè in errorem deducit. Quod ſi eadem mille jugera in eodem ſane loco *d* formam dictat, co*ad*hibitis angulis, nihil deeſt in re præſenti *ſi* minoribus lineamentis deformetur: at *ſi* modum non expleant, ſequitur falſum futurum, quando nihil amplius demonſtratione formæ quam locus conveniat [&] ſpecie diſconveniente. Velut *ſi* ad proce*dentem lineam* adſcripta *conveniant*, modus au-

a F. diſcrimen devenerint.

b F. Non nemini.

c F. quia.

d F. forma.

tem diſconveniat. Aut ſi in eodem loco velit eadem mille jugera aliis lineamentis deſcribere, convenient quidem mille jugera, & ad lucum Feroniæ eſſe conveniet, ſed ſpecie diſconveniente inter peritos manifeſtè falſum apparebit. Memineram & ſuperius ut aliquid verum adprobari poſſit, minimè ei quicquam falſi poſſe intervenire. Nam & hæc *a* expoſitio declarat quamvis duæ conſentiant partes, ab una diſſentiente vincantur. neque verum eſſe poſſit, niſi illis quoque tertia pars illa conſenſerit. Convenire autem omni homini reſtitutione formarum omnia debent, ut ſecundum ſigna in formis nominata locus quicunque erat reſtituatur, aut artificio ſignorum loca requirantur. Si erunt (ut frequenter evenit) turbata, docere nos angulorum poſitiones poterunt. Sic erit ut & artis ſinceritas ſervetur, & ordo veteris adſignationis non prætermittatur.

a F. propoſitio.

DE PROPRIETATE.

Controverſia eſt ſtatus effectivi. efficitur enim ex omnibus antedictis controverſiis, ſed quarum ſtatus in hac propoſitione inriti habentur, *ut* dixi & ſupra. De proprietate agitur plurimum jure ordinario. neque enim hic menſuræ interventus, niſi cum quæritur quatenus *b* agatur. Proprietas uno genere vindicatur ea. Sunt plerumque agri ut in Campania in Sinueſſano culti qui habent in monte Marico plagas ſilvarum determinatas, quarum ſilvarum proprietas ad quos pertinere debeat *c* vindicatur. Nam & formæ antiquæ declarant ita eſſe adſignatum, quoniam ſolo culto *non*nihil fuit ſilveſtre junctum quod adſignaretur. Relicta ſunt & multa loca quæ veteranis data non ſunt. Hæc variis appellationibus per regiones nominantur. in Etruria communalia vocantur, quibuſdam provinciis, pro-

b F. flagitatur proprietas. U.

c F. indicatur.

proindiviſo. Hæc ferè paſcua certis perſonis data ſunt depaſcenda tunc cum agri adſignati ſunt. Hæc paſcua multi per potentiam invaſerunt & colunt, & de eorum proprietate ſolet jus ordinarium moveri, non ſine interventu menſurarum, quoniam demonſtrandum eſt quatenus ſit adſignatus ager. Nam per emptiones quaſdam ſolet proprietas *a* quarundam poſſeſſionum ad perſonas pertinere, quæ jure magis ordinario quam menſuris explicantur. Nunc ut ad publicas perſonas reſpiciamus, Coloniæ quoque loca quædam habent adſignata in alienis finibus, quæ [loca] ſolemus præfecturas appellare. Harum præfecturarum proprietas manifeſtè ad colonos pertinet, non ad eos quorum fines ſunt diminuti. Solent & privilegia quædam habere beneficio principum, ut longè & remotis locis ſaltus quoſdam reditus cauſa acceperint; quorum proprietas indubitate ad eos pertinet, quib. eſt aſſignatum. Alia beneficia etiam quædam municipia acceperunt, & privatæ perſonæ, quæ de principibus illis temporibus bene meruerunt. In hac controverſia plus poteſtatis habet jus ordinarium quam ars menſoria. Ab eo enim ſtatu lis incipit, ut de proprietate agatur, non de loco. Menſura autem nihil amplius quam ſecundum formam locum declarat. In hac autem controverſia ars menſurarum locum ſecundum habet, quoniam prius alii vacandum eſt, quam agenda ſit menſura.

a F. earundem.

DE POSSESSIONE.

Controverſia eſt ſtatus effectivi, quoniam primum poſſeſſio tempore efficit. Deinde ut ad ſolum reſpiciamus, omnes antedictas controverſias capit. ſi enim ſolum cogitemus ut legitima poſſeſſio impleri poſſit, indubitate locus definiatur neceſſe eſt. Et de hac controverſia plurimum

interdicti formula litigatur, de quo & in ſuperiore parte meminimus. ideoque non puto eam iterum retractandam.

DE SUBSICIVIS.

Controverſia eſt ſtatus effectivi, quoniam ſubſiciva nominari aut ſentiri ſine quadam loci latitudine aut modo non poſſunt. ideoque manifeſtè apparet ſupradictarum controverſiarum ſtatus in *his habere* locum. Subſicivorum autem genera ſunt duo. unum quod extremis adſignatorum agrorum finibus centuriam non explet. aliud etiam integris centuriis intervenit, de quo maxime controverſiæ agitantur. Cum autem adſignatio in agro adſignato fieret, *a* non potuit omnis modus intra quatuor limites veteranis adſignari, in ea remanſit aliquid quod à ſubſecante linea nomen accepit ſubſicivum. In his ſubſicivis quidam iterum miſerunt quibus agri aſſignarentur. Quidam & ſubſiciva coloni*i*s conceſſerunt. ideoque ſemper hoc genus controverſiæ à Rebus publicis exercetur. Per longum enim tempus adtigui poſſeſſores vacantia loca, quaſi invitante loci oportunitate invaſerunt, & per longum tempus impune commaluerunt. Horum ſubſicivorum multæ reſp. etſi ſero menſuram repetierint, non minimum ærario publico contulerunt. In Italia pecuniam etiam quarundam coloniarum Imp. Veſpaſianus exegit, quæ non habuerunt ſubſiciva conceſſa. Non enim fieri poterat, ut ſolum illud, quod nemini erat adſignatum, alterius eſſe poſſet, quam qui poterat adſignare. Non autem exiguum pecuniæ fiſco contulit venditis ſubſicivis. Sed poſtquam legationum miſeratione commotus eſt, quia quaſſabatur univerſus Italiæ poſſeſſor, intermiſit, non conceſſit. Æquè & Titus Imp. aliqua ſubſiciva in Italia recollegit. Præſtantiſſimus poſtea Domi-

a F. nec.

Domitianus ad hoc beneficium procurrit, & uno edicto totius Italiæ metum liberavit. Hæc controverſia nunquam à privatis exercetur.

DE ALLUVIONE.

Controverſia eſt ſtatus effectivi, efficitur enim ſubinde, & per tempora mutatur. In hac controverſia plurimum ſibi vindicat jus ordinarium. agitur enim de eo ſolo quod alluat flumen. Et ſubtiles introducuntur quæſtiones. an ad eum pertinere debeat cui in alter*ut*ra ripa recedente aqua ſolum crevit, *an* hic qui aliquid agri ſui deſiderat, tranſire, & poſſidere illa debeat quæ flumen reliquit. niſi quod illud ſubtiliſſimè profertur, *a* cujus ſolum amiſit, non ſtatim tranſire in alteram ripam, ſed abductum *b* eſſet elotum. Et illud contra, vicinum longè diſſimilem agrum habere, quod hic fortè cultum & pingue ſolum amiſerit, apud illum autem harenæ, lapides & limus abluvio invectum remanſerit. Illud præterea, quem finem illis ſemper aqua fecerit, & nunc quoque facere debeat. Sunt & multa de quibus ſubtiliter tractatur. Sed nec uno tantum genere per alluvionem flumina poſſeſſoribus injurias faciunt, ſicut Padus relicto alveo ſuo per cujuſlibet fundum medium irrumpit & facit inſulam inter novum & veterem alveum. Item de hac re tractatur, ad quem pertinere debeat illud quod reliquerit, *c* cujus injuriam proximus poſſeſſor non mediocrem patiatur, per cujus ſolum amnis publicus præfluat? niſi quod juriſperiti aliter interpretantur, & negant illud ſolum quod [ſolum] Populi R. eſſe cœpit, ullo modo uſucapi à quoquam mortalium poſſe. & eſt veriſſimile. Ita neuter poſſeſſor excedere finem illum veteris aquæ ullo jure poteſt aut debet. Hæ quæſtiones maximè

a F. quod quis ſol.

b F. eſſe & elot.

c Vide not.

in Gallia togata moventur, quæ multis contexta fluminibus immodicas Alpium nives in mare tranſmittit, & ſubitarum regelationum repentina inundatione patitur injurias. Quæritur tamen qualia, quanta*ue* ſint flumina in quibus alluvio obſervari debeat.... Nam & jure continetur, ne quis ripam ſuam cum injuria vicini munire velit. Multa flumina & non mediocria in adſignationem menſuræ antiquæ ceciderunt. Nam & deductarum coloniarum formæ ita dictant, ut multis fluminibus nulla latitudo ſit relicta. Sequitur in his fluminibus artem menſoriam aliquem locum ſibi vindicare, quando ex acto limite accepta finiatur, quæ vel aquam vel agrum vel utrumque habere debeat. *a* unus fuit enim fortaſſe tunc ratio non ſimplex, qua deberet quiſque deductorum etiam *a*quam accipere. Primum quod exiguitas agrorum conditorem ita ſuadebat: deinde non erat ingratum poſſeſſori proximum eſſe aquæ commodo: tertio quod ſi ſors ita tulerat æquo animo ferendum habeat. In his agris exigitur ferè menſura ſecundum *b* poſtulationem ejus formarumque quo pertica cecidit e*t qu*atenus acceptæ deſignantur. Videamus an inter menſores & juriſperitos eſſe de hoc quæſtio debeat, curſum *fluminis* an *c* pretium etiam ſi qua uſque potuit veteranis eſt adſignatum ſcio in Luſitania finibus Emeritenſium non exiguum per mediam coloniæ perticam pro flumine Ana, circa quod agri ſunt adſignati quouſque tunc ſolum utile viſum eſt. Propter magnitudinem enim agrorum veteranos circa extremum ferè finem velut terminos diſpoſuit, pauciſſimos circa coloniam & circa flumina, reliquum ita remanſerat, ut poſtea repleretur. Nihilominus & ſecunda & tertia poſtea facta eſt adſignatio, nec tamen agrorum modus diviſione vinci potuit, ſed ſuperfuit inadſignatus. In his agris cum ſubſiciva requirerentur, impetraverunt poſſeſſores à

præſide

a F. Hujus.

b F. poſtulationem formarum eouſque quo.

c An perticam ſequi uſque decuit veteranis. Et adſ.

præſide provinciæ ejus ut aliquam latitudinem & flumini daret. quoniam *quum* ſubſiciva, quæ quis occupaverat, redimere cogebatur, iniquum judicatum eſt, ut quiſpiam emeret ſterilia, aut quæ amnis publicus alluebat. Modus itaque flumini eſt conſtitutus. Hoc exempli cauſa referendum exiſtimavi, nam & in Italia Piſauro flumini latitudo adſignata eſt eatenus quouſque allambebat.

DE JURE TERRITORII.

Controverſia eſt ſtatus injectivi, injicitur enim ſolo quædam controverſia, perſonarum præcipuè. Quidquid eſt illud de quo agitur aut locus aut modus, generalem ſtatum jure ordinario trahit, etiamſi multis locis menſurarum exigat interventum. Hæc tamen controverſia non tantum inter reſpub. ſed & inter remp. & privatos exercetur, nec tantum jure ordinario, ſed & arte menſoria componitur. Inter reſp. autem controverſiæ ejus generis moventur, ut quidam ſui territorii *aut* juris eſſe dicant, quamvis ſint intra alienos fines. munificentiam quoque coloniæ aut municipio ex his locis deberi defendant. Sed & quædam coloniæ aut beneficio conditorum perceperunt, ut Tudertini, aut poſtea apud principes egerunt, ut Faneſtres, ut incolæ etiamſi eſſent alienigenæ qui intra territorium colerent, honoribus fungi in colonia deberent. Hoc Faneſtres nuper impetraverunt, Tudertini autem beneficio habent conditoris. Inter reſp. & privatos non facilè tales in Italia controverſiæ moventur, ſed frequenter in provinciis, præcipuè in Africa ubi ſaltus non minores habent privati quam Reſpublicæ territoria. Quinimo multi ſaltus longè majores ſunt territoriis. Habent autem in ſaltibus privati non exiguum populum, amplos etiam vicos circa villam in modum

dum municipiorum. Reſpublicæ controverſias de jure territorii ſolent movere, quod aut indicere munera dicant oportere in ea parte ſoli, aut legere tironem ex vico, aut vecturas aut copias devehendas indicere, & aliquando ex quadam parte ſoli, quamvis alium ſtatum generalem controverſiæ accipere debeant, quæ de loco non exiguo moventur. Res tamen publicæ cum privatis ſi agunt, quaſi jure territorii ſolent vindicare, & hunc ſtatum generalem conſtituunt eis locis, quæ [loca] Rebuspublicis adſerere conantur. Ejuſmodi lites non tantum cum privatis hominibus habent, ſed & plerumque cum Cæſare, qui in provincia non exiguum poſſidet. Non eſt dubium neceſſarias eſſe menſuras in ejuſmodi controverſia, quamvis alio nomine appellatur, *ſi* Locorum nimirum facit quæſtionem.

DE LOCIS PUBLICIS.

Controverſia æque eſt ſtatus injectivi, Sunt autem loca publica complura, ſed ex his quædam loca privatam exigunt defenſionem, & quamvis hæc loca diverſis appellationibus contineantur, unam tamen habent controverſiam conditionis. Sunt autem loca publica hæc quæ inſcribuntur, ut SILVÆ ET PASCUA PUBLICA AUGUSTINORUM. Hæc videntur hominibus data quæ etiam vendere poſſunt. Eſt alia inſcriptio qua diverſa ſignificatio videtur eſſe in quo loco inſcribitur, SILVA ET PASCUA AUT FUNDUS SEPTICIANUS COLONIÆ AUGUSTÆ CONCORDIÆ, hæc inſcriptio videtur ad perſonam coloniæ ipſius pertinere quæ nullo modo abalienari poſſunt à Repub. Ut ſi quid in tutelam aut templorum publicorum aut balnearum adjungitur. Habent & Reſpublicæ loca ſuburbana inopum funeribus deſtinata; quæ loca culinas appellant:

lant: habent & loca noxiorum pœnis deſtinata. Ex his locis cum ſint ſuburbana, ſine ulla religionis reverentia ſolent privati aliquid uſurpare & hortis ſuis applicare. De his locis ſi Reſp. formas habet cum controverſia mota eſt, ad modum locum *menſor* reſtituit: ſin autem, utitur teſtimoniis & quibuſcunque poteſt argumentis.

DE LOCIS RELICTIS ET EXTRACLUSIS.

Controverſia eſt ſtatus injectivi, manifeſtum eſt enim de loco agi, ſed per aliam perſonam. Loca autem relicta & extracluſa non ſunt niſi in finibus coloniarum, ubi aſſignatio *non* pervenit, *ſed* uſque qua *a* cultum fuit, quatenus*ve* ordinatio centuriarum intermiſſa finitur. Ultra autem ſilveſtria ferè fuerunt & juga quædam montium, quæ viſa ſunt finem coloniæ non ſine magno argumento facere poſſe. Ergo fines coloniæ incluſi ſunt montibus: propter quod hæc loca quæ adſignata non ſunt, relicta appellantur: extracluſa, quod extra limitum ordinationem ſunt, & tamen fine cludantur. Hæc plerunque proximi poſſeſſores invadunt, & oportunitate loci *b* invitati agrum obtinent. cum his controverſiæ à rebus pub. ſolent moveri.

a al. cluſum.

b al. inritati.

DE LOCIS SACRIS ET RELIGIOSIS.

Controverſia eſt ſtatus æque injectivi, agitur enim de locis. ſed cum aut ſacra aut religioſa nominentur, ſtatum generalem à jure ordinario accipiunt. Primum enim quæritur an ea loca ullo modo uſucapi poſſint: deinde, quatenus poſſint, ſecundum locum habent menſuræ. Locorum autem ſacrorum ſecundum legem Populi Romani magna religio & cuſtodia haberi debet. Nihil enim

magis in mandatis etiam legati provinciarum accipere ſolent, quam ut hæc loca quæ ſacra ſunt cuſtodiantur. Hoc facilius in provinciis ſervatur. in Italia autem denſitas poſſeſſorum multum improbè facit & lucos ſacros occupant, quorum ſolum indubitatè Populi Romani eſt, etiamſi in finibus coloniarum aut municipiorum. De his ſolet quæſtio non exigua moveri, inter *a* P. R. & privatos. Sed & inter reſpublicas frequenter hujuſmodi *b* ſententia agitatur de his locis in quibus conventus fiunt majores, & aliquod genus vectigalis exigitur. Nam & de rebus ſacris quæ conſtitutæ ſunt in agris *privatis* mutata tantum perſona ſimiles oriuntur quæſtiones. ſicut in Africa inter Adrumetinos & Tyſdritanos de æde Minervæ, de qua jam multis annis litigant. Sunt & loca ſacra, quæ re vera privatis finibus P. R. coli debent. hæc plerumque interventu longæ oblivionis à privatis obtinentur, quamquam in tabulariis formæ earum plurimæ extent. Hæc maximè aut in loco urbis aut ſuburbanis locis à privatis detinentur.

a al. R. Pub.
b F. diſſidentia.

DE AQUA PLUVIA ARCENDA.

Controverſia eſt ſtatus injectivi, per quodcunque enim ſolum tranſit. ad jus ordinarium magis reſpicit conditio ejus quam ad menſuras. Niſi ſi per extremitatem finis vadat. Propter quod ſtatum generalem vel etiam alium accerſire debet, & quaſi geminatione quadam defendi, quod & per finem eat, & ſit lis de pluvia arcenda. Hæc controverſia per regiones variis generibus exercetur, ſed quaſi ad eandem reſpicit conditionem. In Italia aut*em &* quibuſdam provinciis, non exigua eſt injuria ſi in alienum agrum aquam immittas, in provincia autem Africa, ſi tranſire non patiaris. Ejusdem conditionis eſt controver-

ſia

ſia de cloacis ducendis & foſſis cæcis. quod totum, niſi per finem agatur, ad jus ordinarium pertinet.

DE ITINERIBUS.

Controverſia eſt ſtatus injectivi. injicitur enim loco quæſtio & defenditur populo quod fortè à privatis poſſidetur. Hæc quæſtio multipliciter tractatur. nam in agris centuriatis excipitur limitum latitudo cauſa itineris. ſed cum illi recturas ſuas per qualiacunque loca extendant, hoc eſt, qua ratio dictavit per devia & montuoſa *eunt* qua iter nullo modo fieri poteſt, quæ loca fortaſſe poſſeſſoribus ſilvæ cauſa ſunt utilia. Horum loco non iniquè per quæ poſſunt loca commodiora iter commutant. nam quæ ſit conditio itinerum non exigua juris tractatio eſt. agitur enim utrúmne actus ſit iter an ambitus. per quæ loca quid liceat populo jure continetur. Satis ut puto dilucidè genera controverſiarum expoſui. Nam & ſimplicius enarrare conditiones earum exiſtimavi quo facilius ad intellectum *a* pertinerent. [Nunc quemadmodum ſingula pertractari debeant perſequendum eſt.] Reſpicio enim quantum quod menſori injungatur. & puto diligentius exequenda quæ ad providentiam pertinent [nunc] artificis. difficillimus autem locus hic eſt, quod menſori judicandum eſt. Sed nec minus ille exactus, quod eſt advocatio præſtanda, quanquam diverſa ſint & longè inter ſe diſcernere debeant. prudentiam tamen eandem artifices habere debent, & qui judicaturi ſunt, & qui advocationes ſunt præſtaturi.

a F. pervenirent.

LIBER SIMPLICI.

NON prætermittimus nominata ſententia condicionibus poſſeſſionum. prima enim condicio poſſidendi hæc eſt per Italiam, ubi nullus *a* ajugerum tributarius, ſed aut colonicus, aut municipalis, aut alicujus caſtelli, aut conciliabuli, aut ſaltus privati. *b* ac ſi ad provincias reſpiciamus, habent agros colonicos quidem *c* juris habent & colonicos ſtipendiarii qui ſunt in communem habentem, & colonis ſtipendiarios. habent autem provinciæ & municipales agros, aut civitatium peregrinarum, & ſtipendiarios, qui nexum non habent, neque *d* poſſidendi ab alio quam poſſident poſſidente tamen à privatis ſed alia condicione *e* eveniunt. ſed nec mancipatio eorum legitima poteſt eſſe. poſſidere enim illis quaſi fructus tollendi cauſa & præſtandi tributi condicio conceſſa eſt. vindicant tamen inter ſe non minus fines ex æquo ac ſi privatorum agrorum. etenim *f* ſimele eſt debere eos *g* deſertum finem habere, quo unuſquiſque aut colere ſe ſciat oportere, aut ille quo jure poſſidet, poſſidere. Nam & controverſias inter ſe tales movent, quales in agris immunibus & privatis ſolent evenire. Videbimus tamen an interdicere quis poſſit, hoc eſt, ad interdictum provocare de ejuſmodi poſſeſſionem. Multa enim & varia incidunt, quæ ad jus ordinarium pertinent per provinciarum diverſitatem. Nam cum in Italia ad *h* aquæ pluviam arcendam controverſia non minima concitetur, diverſè in Africa ex eadem re tractatur, *i* quam ſit enim regio aridiſſima nihil magis in querela habet, quam ſi quis inhibuerit aquam pluviam in ſuum influere. Nam & aggeres faciunt, excipiunt, & continent eam, ut ibi potius conſumatur, qùam *k* adfluat. In omnibus

a F. agrorum.

b F. At.

c F. juris ſui, habent & colonicos ſtipendiarii. Stipendiarii qui ſunt in commune rem habent inter colonos ſtip.

d F. poſſidentis abalienatio quum poſſident, poſſidentur tamen.

e F. non veneunt.

f F. veriſimile.

g F. direptum.

h F. aquam.

i F. quum.

k F. abfluat.

bus his tamen agris ſuperius nominatis, quot genera controverſiarum exerceantur, tractare incipiamus. Nam & qualia ſint, & quot ſtatus habeant generales, diligenter intueri debemus. Etenim ad artificium defendendi plurimum proderit, ſi perſecuti *a* hujus omnis diligentia fuerimus. Non enim aquilibet parte adgrediendum eſt in controverſiam: ſed diſpiciendum *b* quid poſtulationi abſoluti proxima ſit, ne *c* in publicationem aliquam & judicem impediamus, & controverſiam faciamus obſcuriorem. Nihil puto deformius eſſe, quam *ſi* de ejuſmodi cauſis imperiti ſecundum locorum naturam *non* moveant cauſas. ſi vero in alio loco terminus tranſlatus eſt, uſurpandi finis *d* cauſam, nunquam non utique locum deſignavit. Non enim cito quiſquam propter exiguam partem terminum movet. Erit in providentia menſoris ſecundum angulorum finitimorum *e* poſſeſſionum arbitrari in quantum ſit terminus tranſlatus & qua ratione *f* ſed in locum ſuum reſtituendus facillimum eſt *g* imperitia artifici. alia verentur non putant rationi ineſſe ordinem. Nam & frequenter evenit, ut imperitia menſorum, an audacia, poſſeſſionibus præbeat, *h* nunquam non concurrentium inter ſe finium anguli non tantum recti, verum etiam hebetes aut acuti habeant aliquam rationem, in qua ſi non diſſimulemus, facile quod imperiti turbaverunt, artificio reſtituemus. hæc controverſia moti termini *i* nullus in ſe aliæ controverſiæ ſtatum recipit. eſt enim anticipalis, & quaſi *k* commune quædam litium declarans aut loci aut modi *l* futura controverſia.

De rigore controverſia eſt ſtatus initialis pertinentis ad *m* maleriam operis, nec ſine prioris controverſiæ comparatione. Nam cum de rigore agatur, poteſt fieri, ut ante motus ſit terminus. Ideoque hæc ſecunda controverſia prioris quoque controverſiæ capax apparet. quanquam & ſine

a F. hoc jus omni dil.
b F. quæ.
c F. implicatione aliqua.
d cauſa.
e F. poſitionem.
f ſit. Arc.
g F. cum peritia.
h F. negotium.
i F. multum.
k communio. Arc.
l F. futuras controverſias.
m F. incuriam.

ſine prioris controverſiæ interventu privatim de rigore controverſia ſuſcitari poſſit. Nec enim omnibus locis agrorum aut capientibus aut non capientibus termini ponuntur, *a* referent in quo agro agatur, ſi limitatus eſt, *b* aut ordo limites ordinari deſideratur, aut ſubruncivi aut linearis aut interjectivi rigoris inceſſus. *c* ac ſi in agro arcifinio *d* ſint, qui nulla menſura continetur, ſed finitur aut montibus aut viis, aut aquarum devergiis, aut notabilibus locorum naturis, aut arboribus, quas finium cauſa agricolæ relinquunt, & antemiſſas appellant, aut foſſis, aut quodam culturæ diſcrimine agetur, cum [enim] loci ſit tanta iniquitas, *e* ſed aut prærupta aut abrupta, quæ aut ruere aut minui poſſent, vetus conſuetudo eſt *f* terminus relatis pedibus in ſolido agro ponere. quanquam non erat neceſſarium cum ipſa loci natura talis eſſet, ut neque inferiorem vicinum admitteret in partem ſuperiorem, neque ſuperiori deſcenſum ullo modo præberet. *g* ſed licentia agricolæ propter impudentiam vicinorum conſuetudinem *h* perſecutus, credunt niſi ita *i* fidaverint agros, ut etiam *k* aliquod extra menſurarum ordinem faciant. In ſuperciliis autem majoribus non *l* defuerit qui ita finem præſtari *l* vellent, ut quatenus attingere unuſquiſque poſſeſſor *m* poſſideat in uſu poſſidere, videbimus an aliquam rationem ſint ſecuti, cum ſit *n* tutum ſupercilium ſuperioris agri fundamentum, nec ſi ſubruatur, poſſit ſine injuria ſuperioris fieri. ideoque magis certior ratio illa videtur, ut fundamento tenus in agro arcifinio poſſeſſio ſervari debeat, ſi termini deſint. frequentur inter ſe poſſeſſores propter loci difficultatem totum ſupercilium *o* quod augentur ipſa ſubjacet, inferioribus ceſſerunt, & contenti fuerunt terminos per ſummum jugum diſponere nullam ſecuti rationem. Hæc tamen ſi occurrunt, non quaſi nova intueri debebimus. plurimis deinde

a F. referet.
b F. ut ordo limitis ordinati deſ.
c at. Arc.
d F. ſive.
e F. ſcil.
f terminos. Arc.
g F. ſed diligentia.
h F. perſecuti minus cr.
i F. fundaverint.
k F. aliquid, quod.
l F. defuerunt.
m F. poſſit, id uſque poſſideret.
n totum. Arc.
o F. qua augetur ipſis ſubjacentibus, inferioribuſve ceſſ.

de locis terminos ſacrificales non in fine ponunt ſed ubi illud ſacrificii potius oportunitas ſuadet, hoc eſt, loci commoditas, in quo ſacrificium abuti commode poſſint. hos terminos non ſtatim finitimos obſervare debebimus, etiamſi non longe à fine poſiti fuerint. frequenter enim viæ finiunt, juxta quas arbores ſolent eſſe *a* lætiores, ſub quas defigere terminos ſacrificii cauſa poſſeſſores conſueverunt. verum tamen multi non tantum ſacrificii ſequuntur conſuetudinem, ſed etiam rationem, & ipſo fine defigunt, propter quod adimi fides ſacrificalibus palis in totum non debet *nec* haberi.

a latiores. Arc.

b Ordinem legis Maniliæ exceſſum plurimum, præcipuæ *c* magis archifiniis, ſed nec minus inadſignatis. cujus enim loci modum nulla forma præſcribit, & controverſia oritur *d* nulla, alio ſtatum ad litem deduci debet, quod ut de loco agatur. ſolent quidem per imprudentiam menſores arbitros conſcribere aut ſortiri judices finium regundorum cauſa, quando in re præſenti plus quidem, quam de finium regundorum agatur, *e* ſi ſit ut poſſent jam irritum ſit reſcindi *f* poſſit, quod aut judex aut arbiter pronuntiaverint, neque ullum commiſſum faciat, qui *g* ſententia non ſit ſecutus, quando de alia re *h* judicum aut arbitrum ſumpſerint. de hoc loco ſi poſſeſſio petenti firma eſt, etiam interdicere licet dum cetera ex interdicto diligenter peraguntur. Magna enim *i* alia eſt litem ad interdictum deducere, cujus eſt exſecutio perplexiſſima. ſi vero *k* poſſio minus firma eſt mutata formula jure Quiritium peti debet proprietas loci. Judicari præterea ſi locus de quo agitur, aut terminis, aut arboribus, aut aliquo argumento finem aliquem agri declaret; & à continuatione ſoli, quaſi quibuſdam argumentis eximatur *ne*. Præterea nos illud etiam tractare debemus, ſi arbores finitimas habet, & locus

b F. Ordiemur.
c F. in agris arcifin.
d F. nullo alio ſtatu a. l. d. d. quam ut.
e F. ſic ſit ut paſſim jam.
f F. poſſitque quod.
g ſententiam.
h judicem. Arc.
i alea. Arc.
k F. poſſeſſio.

cus eſt fere ſilveſter, quo in genere eſt poſſeſſio minus fir-
ma, *an* decernatur *a* ideo, quod ſi ſilva cædua ſit poſt quin-
tum annum partes ſumere petatur. qui autem appellant
arbores notatas, ſcire debemus in ingonia regionis qui cla-
vicatas vocant, quas fines declarandi cauſa, denotantur in
Brittiis, alii in Piceno ſiti, agitat, in aliis regionibus inſi-
gnis aut notas. ſi verò paſcua ſit, & dum hæc loca pene
ſolitudine derelicta multo *b* minorum poſſeſſionis habent
fidem. propter quod minime de his locis ad interdictum
iri debet. de quibus autem locis ad interdictum ire poſſunt
ſunt fere culta, quæ poſſeſſionem brevioris temporis teſti-
monio adipiſcuntur, aut *c* arbor aut vineæ, aut prata, aut
aliut aliquod genus cultum. Hæc tamen cum in demonſtra-
tione *d* ablegabuntur etiamſi partes *e* quadam proximæ &
injacentis culturæ fuerint, *f* propria non erint ſatis illa ſua
generis agro adſignare, ſed circuire oportebit totum *g* fun-
dum, finem & ita obligare ne de monſtratione *h* negle-
genter ſoluta appareat. De modo controverſia ſtatus *eſt* ef-
fectivi ante enim locus eſt tibi, quam modus nominetur,
æque recipiens antedictarum controverſiarum omnes ſta-
tus: ſed ut ſuperius ſignificavi, irritus & non neceſſarius.
Hæc controverſia frequenter in agris adſignatis exercetur.
agitur enim ut ſecundum acceptam ejus *i* æterni, qui in il-
lud ſolum deductus eſt modus reſtituatur, aut ſi quando
præſcriptus eſt lege aliqua agri modus. *k* quæ autem in ad-
ſignato agro ſecundum formam modus ſpectetur, *l* ſolet
tempus inſpici & agriculturæ, ſi jam exceſſit memoriam
abalienationis ſolet juris formula non ſilenter intervenire
& inhibere menſores *m* & alii controverſiæ concipiat *n* ne-
que quietem tam longæ poſſeſſionis *o* inrepere, niſi & me-
moria ſit recens, & jam modus ſecundum centuriam con-
veniat, & loci natura inretetur, & cultura nihil impediet,
ſecun-

a F. vindicatio q.
b minorem. Arc.
c F. arboreta.
d F. allegab.
e quædam. Arc.
f F. propterea non erit ſatis illas ſui g.
g F. fundorum.
h F. negligenti.
i F. æris ei q.
k F. Quum.
l F. Solet & t. i. a.
m F. ſe tali c.
n ne queant q.
o F. interrumpere. Si & m.

ſecundum formas *a* nec eſt inritum decernere. lex eſt modo petitis definita præſcribit, cum antequam menſura agri agatur, modus ex forma pronuntiatus cum loco conveniat. Hoc in agris adſignatis evenit. Nam ſi aliqua lege venditionis exceptus ſit modus, neque adhuc in menſuram redactus, non ideo fide carere debebit, ſi non demunſtratio ejus in agro non ante finiri potuerit, quam de ſententia *b* locutus ſit, deſignatus. *c* Dragma. In hac controverſia quod inter privatos tractatur, *d* nam inter res *e* precas non medioniter ejuſmodi controverſia ſolet exerceri quam frequenter coloniæ habent cum colonis, aut municipiis, aut ſaltibus cæſaris, aut privatis, *f* non & ſupradictæ controverſiæ omnes evenire, & rebus publicis poſſunt. Nec enim referri cujus *g* ſint ſolum, aut cujus juris ad movendam controverſiam. tunc autem habent differentia prius alii adigent, tractatur. obſervari in hac controverſia *h* menſore debebit in eis, dum in ſimilitudinem diſſimile illorum veniat. quoniam nulla poteſt veritas adprobari, ſi illi qui*d* vel exiguum falſi interveniat, veritas *nunquam* non habere debet ſuam ſimilitudinem per omnia momenta. falſum ſi quid eſt multa varietate confunditur, & habet in ſe quibus formam *i* redigit, cujus modus in crimine *k* deſide, pars triplici adteſtatione firmatur. habere enim debet in ſe primò locum, deinde modum, deinde ſpeciem. ut ſi *l* inter agatur aurum præca & cæſarum inſtrumentis fovet veteribus continebatur, ut ſolet; *m* adjuratione falſa veris diſſimilia *n* ſint, ſed *o* perſuaſiones ſimilia fiant, hoc eſt falſa *p* probaveris adprobentur. in comparatione tamen hoc intereſt, quod falſa perſuadendo adprobentur *pro* veris, *q* qua adprobatio in promptu eſt. & *r* quod ad modo in prima acie fertur, falſis *ſ* latentius. hoc vero adprobetur, ita ut ſi parare quis velit homines probationem & ſtatuam, & cum

a F. non.
b F. locus.
c F. Diagramma.
d F. etiam.
e F. publicas.
f F. nam.
g ſit. Arc.
h F. menſura debebit lineis, dum ne in ſ.
i F. redarguit.
k F. reſidet. Veritas tr.
l F. interrogatur utrum prædia & c. i. forte vet. contineatur.
m F. adunatione.
n F. ſunt.
o F. perſuaſione ſ. fient.
p F. pro veris.
q F. quum.
r F. quodammodo.
ſ F. latentibus.

& cum autem hominum omnibus vivere & ambulare, alii conſtet, ſi quis inquirere velit annuebat. non poteſt illinc ab ipſis probationibus perſuaderi ideo quod vibat quod ambulet, quod loquatur adſtantium, multumque mens infrigenda eſt, ut ſimilitudo veritatis animum habere videat, de cujus ſimulatione eſt perfecta prius, quam de tranſcendentia controverſiarum tractare incipit, alii ſtatus earum *a* exponendus exiſtimo quoniam in priorem partem libri ſequentium rerum ordo abſoluti de his diſputari inhibuit. Reddendum itaque hic locum tam neceſſariis partibus exiſtimo. Omne genus controverſiarum ex quadam materiali *b* vipertitione generatur. conſtat autem hæc bipertitio aut in fine, aut in loco, non ſine illa controverſia, quæ de poſitione terminorum præſcribitur, quemadmodum unum extrapoſitum eſt, quo ſeparato à cetero numero duo primum numeraturi, in hoc quoque numero controverſiarum de poſitione terminorum ad unius nomimine condicionem reſpicit. & quamvis ſit origo quædam litium, minime tamen adjungi materialibus controverſiis videtur poſſe, quoniam ſingulariter omnium vitium anticipalis exſiſtit, & ſi querela ejus ad ſolum deſcendit deſint controverſia de poſitione terminorum. Finis enim incipit eſſe, aut locus. Ergo legitimi materialis ſtatus controverſiarum hi duo videntur exſiſtere, de fine aut de loco. reliquæ controverſiæ, quæcunque ſunt, ex hac materia oriuntur, aut ordinem menſurarum, aut partibus juris ad ſtatus generalis privatus revocatur. Namque in ordinem controverſiarum, hæc quoque materialis locum ſuum obtinet. De fine ſubtilior exigitur diſputatio, quæ à rigore nullo modo diſtat niſi ſpecie, de quibus eſt diligentius diſputandum. quotiens enim de fine aut de rigore dicimus, non plus illa quæſtio oritur *c* una plureſve lineas *d* ſentiamus, ne

a exponendos. Arc.
b bipert. Arc.
c unam. Arc.
d F. ſentiamuſne. Præt.

ne præterea lex Manilia fini latitudinem præſcribat. de qua lege juriſperiti adhuc habent queſtionem. neque antiqui *a* ſermones ſenſus proprie explicare poſſunt, quini pedes latitudo dati ſint. an in tantum *b* quinque, videntur tamen his quinque pedum *c* eſſe latitudinem, ita ut dupondium *d* & ſemiſſem una quæque pars *ad* agri finem pertinere patiatur. Ergo ſi corpus habet *e* fines aliter ſentire debemus *quam* ut ſingularem tantum lineam intueamur. In omni enim genere diſterminationis, qui vel ſingularis linea interveniat, & ex uno *f* duabus dividat partes ipſius mediæ lineæ ſecutus, ſingularem habet contemplationem, ſed efficit duas partes horum locorum *g* diverſorum. & ſi proprius ſentire velimus triplex incipit eſſe contemplatio rei *h* diverſæ, videbimus tamen an tota ſint corporalis. Nam quidquid terreni eſt diviſum, ſequitur ut & animo corporale eſſe conſtet. Inter verſuras autem duas illud genus lineamenti, quod *i* menſura diſtinxit, *k* quam ex inferiore parte terreno *l* finiatur, etiam ſi graciliter, in modo tamen ſulci per ſupplimentum heres conſpicitur, ſecundum rationem quorundam philoſophorum aut geometrarum non duplex. Illud quoque quod hæres diſtinguit, corporale eſſe decernitur. Nunc quemadmodum poſitio eſt, cum controverſia alium habeat ſtatum generalem, & alio ad litem deducatur, vera propoſitio eſt, cum præſtat generalem controverſiam ad litem deducitur. ex falſo ergo in verum tranſcendentia eſt, cum à quolibet alio ſtatu ad generalem ſtatum controverſia revocatur. ex vero in falſum tranſcendit, fit ut relicto generali ſtatus quolibet alio ſtatu controverſia inſtruitur. ex non ſtante propoſitione in reſtante tranſidunt controverſiæ, quotiens loci de quo agitur ſpecialia argumenta nulla exiſtunt, neque ullum finitimæ ſimilitudinis momentum, ſed tantum aboliti *m* fines, querela

a F. ſermonis.
b F. quiſque? v. t. limitis q.
c F. dediſſe.
d F. aut.
e F. finis.
f F. duas.
g F. diviſorum.
h F. diviſæ. Vid.
i F. menſuras.
k F. quum.
l F. ſumatur.
m F. finis.

rela exponitur & excipient exſtantium argumentorum quoddam ea poſitione defenditur. Nam nec uno genere, ſed ex ſi proximietas aliqua naturalis fuit quæ ſimilitudine fines adferre poſſint, in illam quoque velut extantium argumentorum oportunitas aptatur, res exſtanti non ſtante fit tranſcendentia, cum certus agro finis, qui aut loci natura, aut terminorum diſtinctione firmatus eſt, relinquitur, & per vanas demonſtrationes controverſiæ includitur. Hoc modo controverſiæ plerumque ab *a* ambitio poſſeſſoribus pro ſuis moventur. Evenit autem ut ejuſmodi demonſtratio niſi ratione defendatur, in terribilis fiant, ſi natura pro veris habeantur, & in terribilis in prodentia judicantium fiant, videlicet finem à quocumque autem controverſia de agris moventur, effectus habent, aut conjunctivus aut dejunctivus aut ſpectibus aut expoſcit aut ſubjectivus, aut reciperet. Conjunctivus eſt effectus, quotiens conſentientibus angulis exploratus agrorum fines admodum rationes accepit determinationem in læſo utroque agri ſolo. genus finitionis utrique inter convenientes potius quam judices ſentiret factum conſignare malunt. disjunctib. eſt effectus cum determinatio alterius partis ſolum deſæcata eſt à æqualitate agri diviſis, ac ſimili ſolo applicat, ut plerumque evenit, ex prato ſilvæ aliquid adjungatur, aut ex ſilva *b* fine diſtincto adplicetur ad pratum, & ſimiliter per alias agrorum qualitates. ſpectivus eſt effectus, cujus eſt demonſtratio finitimis argumentis ex maxima parte fundata, ita ut & dubiis quoque locis adſpectum præbeat finitionis. Nam quæ animum non tantum ratione orationis [intravit] ſed etiam contemplandi poteſtate confirmat. expoſitivus eſt effectus controverſiæ, quotiens finitimorum argumentorum caret demonſtratione, & partes magis exigit *c* narrationes, per quas exponendum ſit, quod in genere terminandæ ſit, aut perſuadendum judici etiam ſi loci

a F. initio.

b F. ſine diſtinctione.

c F. narrationis.

ſi loci natura finitimum exhibeat, ſimilitudinem quomodo ſint reponendi. ſubjectivus effectus eſt controverſiæ cum relinquitur ſtatus generalis, & alio quolibet ſtatu controverſia defenditur. reciperativus eſt effectus controverſiæ, quotiens atrifinia aut quadrifinia ex quolobet alio finis loco in excipientem terminum rectura dirigit, & per incenſum definitiones loca quædam alteri fundo adquiri, aut quotiens ſolum auferet, ejus loco redditus utrique fundo effectus quos ſe reciperativus exiſtit, per hos effectus omnium controverſiarum ſtatus invicem habent tranſcendentia aut neceſſarias, aut quæ euntes, aut neque euntes, ſæpe interribilis. Cum enim ſtatus generales adſumptivus primæ controverſiæ, qui eſt de poſitione terminorum in rigorem, aut in finem tranſcendit, & quidem neceſſarius cauſa argumentorum, ſed in illo genere controverſiæ, neque enim habetur. at ſi vero de fine agatur, & omnino terminus *a* diſtinctio ei deſit, manifeſte tranſcendentia ejus non tantum neque his ſed interribilis apparet. eadem ratione in cæteris controverſiis habet tranſcendentia adfigitur, ut aut non neceſſaria, aut neque interribilis appareat. ſecunda controverſia de rigore ſtatus initialis pertinentis ad materiam deſcendit in controverſiam, quæ eſt loco tertio de fine ſtatus materialis ſpeciem non condicionem mutat, neque materia efficit. ſecunda controverſia de rigore ſtatus initialis, quam tranſcendit in controverſia, qui eſt loco materialis, tranſcendentia ejus non neceſſe eſt, efficitur ſecunda controverſia, quæ eſt loco quinto de modo ſtatus effectivi, tranſcendunt, idoneas volunt exhibere advocationes. quocumque autem in artificio generaliter veniunt, colligi utcumque poſſunt, reliqua omnia ſunt infinita, in quantum potero tamen à generalibus ſpecialia argumentis tractabo, cum ab exiguo quidem exemplo ſecundorum

a F. diſtinctioni d.

natura coligere poſſint, quia potiſſimum ſequi debeat, quanquam omni quoniam in profeſſores immodica controverſia cum quæſtione frequenter agitata neceſſariam ſtudii exercitationem hujus quoque partis exiſtimavi. Unum enim libro ſubſtituimus artificem, alio de arte diſputavimus cujus tripertitionem ex libris, ut puto, ſatis commodis ſumus exſecuti. exigit enim pars ſcientiam meti una dudatur libra tertia pars quam quinto & ſexto libro *a* conminuavimus. & de adſignationibus, & partitionibus agrorum, & definitionibus terminorum hactenus de putato artis menſoriæ ordine meminimus. ſupereſt nunc ut de controverſiis diſponam. quæ pars quamvis quarta ſit univerſitati ſejungitur, quoniam communis eſt, quam aliis artibus & privatæ diſputationis exigit, cum qua ita capere ac perſequi poterimus. ſi anticipalia quoque, quibus inita ſubſtituuntur, non prætermiſerimus. omnium igitur honeſtarum artium, quæ ſibi naturaliter aguntur ſibi à naturæ imitationem proferuntur, materiam obtinet rationis artificium. Geometria principio ardua ac difficilis inceſſu, delectabilis ordine, plena præſtantiæ, *b* effectum ſeparabilis. manifeſtis enim rationibus, executionibus declarationalium materiam, ita ut geometria in eos ſe artibus, aut arte ex geometria eſſe intelligat. ſi enim rationis incrementa tractamus & ſimplicibus ac planis ſolidiſque adhibita etiam nomen poteſtate cognoſcimus, quam ut geometrica analogia, aut harmonica, aut arithmetica, aut contraria aut quinta, aut ſexta, & ceteros ordines exercemus, ut non tantum artificiorum, verum etiam omnium rerum qualitates probabiliter oſtendat. ſed quoniam tantum a naturalium rerum magnitudo exercitatiores communem in his exigit curam, non facile geometria vulgari tegitur opinionem, & ad intellectum ſui. niſi quod ad naturalem philoſophiam probeat admitti

a combinav. Arc.

b effectu inſeparabilis. Arc.

admitti ordinem naturalium rerum ſubſtituunt & geometricæ exercitationis abdicant, ſæpe credunt ut vetuſtatem reſervet ſpeciebus alia qua quoque cum de agri qualitate aut incurbi aut angulari *a* ſuccurrunt, & ad direptum lineis diſcerpuntur ſubſiciva appellantur, hoc eſt, quæ à ſubſecantibus lineis remanent, *b* natura extremitatum ſervantis, quæ cum vel communis juris aut publici eſſent poſſeſſionibus vicinis tunc Domitianus imperator præfudit, hoc eſt ut ex lineariæ *c* finalem vel occupatiorium licentia tribueret.

d Archiſinalis agri dicuntur, qui arcendo, hoc eſt prohibendo, vicinum nomen acceperit *e* occupaturi. vero ideo, hoc [eſt] vocabulo utuntur, quod vicini urbium populi ſeu poſſeſſores, cum adhuc nihil limitibus terminaretur, præſumptione certaminis cum de locis adverſum ſe *f* repugnantis agerent, quouſque pulſi vel cederent vel reſtitiſſent, victoriæ terminus fieret, & victos aut præſidium collis aut rivi interſtitium aut foſſæ munimen reſiſtere pateretur. Et hoc genere naturæ aut curſus docti ſecuti perpetuitatem poſſeſſionis effecerint. Agrorum quæ ſit inſpectio, quotiens *g* quod inter vicinum extiterit quantis niſi ab agri menſoris promtus, hoc quærendum partium antiqui menſoris quemadmodum tenuerint, aut teneant, oſtendant vicinæ poſſeſſiones, quæ ſine lite *h* poſſidere videntur, ut quærantur quo generum definitio vicinorum perſeverat, eadem quaſi magiſtrata ſit eorum, quæ eſt, in quæſtionem ſunt conſiderent. ſic *i* avis, ſi ſuperciliis, clivis, magrinibus, antemiſſis arboribus, ita ut ipſa vicinitas terminatur, ut & his quæ in quæſtionem veniunt, præſtet exemplum. ſed ſi cava defecerit aut tergo arbores antemiſſæ, ſolent termini occurrere, qui lapides *k* quam longioris ſunt, quam qui latioris, ſequendi, hoc eſt, aut ſi curſum dirigunt, lineare, aut ſi *l* gemma faciunt, tranverſi oppo-


a F. ſuccidunt.
b F. naturam e. ſervantia.
c F. finalium vel occupatoriorum licentiam tr.
d F. Arcifinales.
e F. occupatorii. Occupatorii vero.
f F. repugnantes.
g F. quid.
h F. poſſideri.
i F. aris.
k F. quæ longiores ſ. q. qua latiores ſ. h. e. ut ſic curſum dirigant liniarem.
l F. gammam.


opponuntur ut quam longitudinem fecerint, hanc ut li-
a F. ſequamur. mitem *a* ſequantur. ſed ipſa poſitio terminorum pro regio-
b F. ut. nibus immutatur, *b* aut tiburtini uſque ad finem ex ordine
c F. dolati, nam ſ. de omni parte *c* do latinam, ſi ſuperior pars tantum do la-
ta eſt, & inferior ſubulis inpolita derelicta cippus nomi-
d F. & not. Silices. nandus eſt monumentalis, *d* eſſe non terminatus, ſiciles
pro ſua natura ponuntur, igniferique aut lapidis de tibur-
tinus dictum eſt, per longitudinem judicant petræ natura-
les occurrunt, ipſæ naturales petræ pro ſignis habentur,
e F. decus habent aut lineam. Sub. ſed de ipſis excepta aut *e* de jus habent aut linea, ſub ter-
minis *eſſe* ſigna ſolent, quæ ſunt in imo poſita, ea quæ
f F. qui. exquiri jubent, *f* quæ arti ſe dederunt. Antemiſſæ vero
g F. aut. arbores ſolent etiam plagatam antiquitus *g* in flexuoſam ſi-
melem corticibus oſtendere cicatricem, & hæ terebris fo-
ratam etiam tornutus intromiſſus, ſicut ſcriptum à veteri-
bus, habere dicantur, ſunt etiam & coronæ plerumque
vepribus qua limitibus ſerviunt, quarum & initium conſi-
derari oportet, & finem, & ut diximus, aliorum locorum
ſimilitudo vicinorum. ſi tabulis definitur, ſolent etiam or-
dines olivarum quotiens in utroque agro ſunt, vel utrius-
h F. arbores n. h. a. u. l. conſtitutas. que vicinæ, *h* ordines non habere ad unam lineam conſti-
tutos, ut cum ſibi conſentiunt lineæ utriuſque agri domi-
nium ſui juris eſſe teſtantur. ſunt & verſurarum & culturæ
i F. diſcrepaverint. diſcrimina, quæ cum *i* deſcripſerit non unius qualitatem
poſſeſſionis oſtendunt, ſed dividi omnia pollicentur. diver-
gia aquarum etiam pro limitibus occurrunt. Sæpe etiam,
ut evenit, in alliis poſſeſſionibus, nec ad proxima conjun-
ctis, in medio alterius agro ſeu ſilvæ, ſeu paſcua, ſeu vi-
neæ: oliveti, caſtaneti aliquid occurrat, quo*d* cum ſui ju-
ris aliquis vindicet direptum ſignis aut foſſis, aut terminis,
k F. indagare. ſequitur inſpector. Hæc enim vetuſtas illi qui *k* indigere
injunxit *perquirenda*, non de qualitatibus quam litatis poſi-
tionibus.


tionibus territoris, terminibus, ſignis, & his ſimilibus conſideranda ſunt *a* aboriginem, quemadmodum tenuerint, cœperint, deinde *b* aliquid uſque ad noſtram ætatem deſcenderit, aut permaneat, opera exquiri. Qualitas in *c* hac ſpecies dividitur, ut extremitatibus concludentibus aut quadrata ſit, aut circa flexa, aut coneata aut triangularis, aut modo curris, anfracta in flexuoſam; modo inter hæc dirigentibus linea porrecta, modo arctiorem latitudinem longior, modo minorem latitudinem prolixior, quorum pleraſque menſoris comprehenduntur, ex quantitate recipiunt, hoc eſt, ut & nominibus vetuſtis utatur, ut vectigalis ager virginum veſtæ, aris, templis, ſepulchris & his ſimilibus, quæ etiam uſum, hoc eſt, *pr*incipio & incrementis artis adverſantur, ne quid in rerum natura finitum eſſe videatur, ac ſi rationes artum univerſaliter adpræhenderet proponimus, ut ab initio quodam ad certa finium diſpoſitionem procedit.


a F. ab origine q. tenere c.
b F. qualiter id uſque.
c F. has.


AGGENI URBICI
IN
JULIUM FRONTINUM
COMMENTARIORUM
LIBER SECUNDUS,
QUI DIAZOGRAPHUS DICITUR.



Ager per extremitatem comprehenſus.
Ager diviſus et aſsignatus.






IMP.
C. AU-
GUS-
TUS









DE CONTROVERIIS.
De poſitione terminorum controverſia.
Rigor finalis. Latitudo eius uſque triginta pedes.











JULII FRONTINI
DE
COLONIIS LIBELLUS.

EX COMMENTARIO CLAUDI CÆSARIS SUBSEQUITUR.

AQUINUM, muro ducta colonia. à III. viris deducta. Iter populo debetur pedibus xxx. Ager ejus peregrinis militibus eſt aſſignatus.

Abellinum. muro ducta colonia. lege Sempronia deducta. Iter populo non debetur. Ager ejus veteranis eſt aſſignatus.

Antium. populus deduxit. Iter populo non debetur. Ager ejus in laciniis eſt aſſignatus.

Acerras. muro ducta. colonia. Divus Auguſtus deduci juſſit. Iter populo debetur pedibus LXXX. Ager ejus in jugeribus eſt aſſignatus.

Atella. muro ducta. colonia deducta ab Auguſto. Iter populo debetur pedibus cxx. Ager ejus in jugeribus eſt aſſignatus.

Atina. muro ducta. colonia. deduxit Nero Claudius Cæſar. Iter populo non debetur. Ager ejus pro parte in laciniis, ſtrigis eſt aſſignatus.

Alatrium. muro ducta. colonia. populus deduxit. Iter populo non debetur. Ager ejus per centurias & ſtrigas eſt aſſignatus.

Aricia, oppidum. lege Sullana eſt munitum. Iter populo non debetur. Ager ejus in præciſuras eſt aſſignatus.

Arretium. muro ducta. colonia. lege III. virali deducta. Iter populo non debetur. Ager ejus militibus eſt aſſignatus.

Anagnia,

Anagnia, muro ducta. colonia Druſi Cæſaris. populus deduxit. Iter populo non debetur. Ager ejus per ſtrigas veteranis eſt aſſignatus.

Abella, municipium. coloni vel familia Imperatoris Veſpaſiani. juſſu ejus acceperunt. Poſtea ager in jugeribus militi eſt aſſignatus.

a Affile. oppidum. lege Sempronia deductum. In centuriis & in laciniis ager ejus eſt aſſignatus. Iter populo non debetur.

a al. Altile.

Ardea, oppidum. Imperator Hadrianus cenſuit. Iter populo non debetur. Ager ejus in laciniis eſt aſſignatus.

Allife, oppidum. muro ductum. Ager ejus lege III. virali eſt aſſignatus. Iter populo non debetur.

Æſernia. colonia. deducta lege Juliâ. Iter populo debetur pedibus x. Ager ejus limitibus Auguſteis eſt aſſignatus.

Beneventum. muro ducta. colonia. dicta Concordia. Deduxit Nero Claudius Cæſar. Iter populo non debetur. Ager ejus lege III. virali veteranis eſt aſſignatus.

Bovianum. oppidum. lege Juliâ milites deduxerunt, ſine colonis. Iter populo amplius non debetur quàm pedibus x. Ager ejus per centurias & ſcamna eſt aſſignatus.

Bovilla, oppidum. lege Sullanâ eſt circumductum. Iter populo non debetur. Agrum ejus ex occupatione milites veterani tenuerunt in ſortem.

Caſuentinum. muro ducta. colonia. lege III. virali deducta. Iter populo non debetur. Ager ejus militibus eſt aſſignatus.

b Calagna. muro ducta. colonia. Juſſu Druſi Cæſaris populus deduxit. Iter populo non debetur. Ager ejus veteranis eſt aſſignatus.

b H. Calatia. F. Anagnia.

Capua. muro ducta. colonia, Julia Felix. Juſſu Imperatoris,

ratoris Cæſaris à xx. viris eſt deducta. Iter populo debetur pedibus c. Ager ejus lege Sullanâ fuerat aſſignatus. Poſtea Cæſar in jugeribus militi pro merito dividi juſſit.

Calatia, oppidum. muro ductum. Iter populo debetur pedibus LX. coloniæ Capuenſi à Sullâ Felice cum territorio ſuo adjudicatum olim ob hoſticam pugnam.

Caudium oppidum. muro ductum. Iter populo debetur pedibus L. à Cæſare coloniæ Beneventanæ cum territorio ſuo eſt adjudicata. Ager ejus veteranis fuerat aſſignatus, poſtea menſuratus limitibus eſt cenſitus.

Cumæ. muro ducta. colonia. ab Auguſto deducta. Iter populo debetur pedibus LXXX. Ager ejus in jugeribus veteranis pro merito eſt aſſignatus juſſu Claudii Cæſaris.

Calis. municipium. muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus limitibus Gracchanis antea fuerat aſſignatus, poſtea juſſu Cæſaris Auguſti limitibus nominis ejus eſt renormatus.

Caſinum, oppidum. milites legionarii deduxerunt. Iter populo non debetur. Et quiſque, prout agrum occupavit, tenet. Poſtea limites formari juſſit pro merito.

Capitulum, oppidum. lege Sullana eſt deductum. Iter populo non debetur. & quiſquis, prout agrum occupabit, tenet. & poſtea limites formari juſſit pro merito.

a Caſtrimonium. oppidum. lege Sullanâ eſt munitum. Iter populo non debetur. Ager ejus ex occupatione tenebatur. Poſtea Nero Cæſar tribunis & militibus eum aſſignavit.

a H. Caſtrum Juni. vel caſtrum novum.

b Cereate Mariana. municipium. familia C. Marii obſidebat. Poſtea à Druſo Cæſare militibus & ipſi familiæ in jugeribus eſt aſſignatum. Iter populo non debetur.

b F. Cære, ante Mariana.

c Cadatia. oppidum. lege Gracchanâ eſt munitum. Ager ejus veteranis eſt aſſignatus. Iter populo non debetur.

c H. Caieta. F. Collatia.

Dunos.

a Dunos. municipium. familia Divi Auguſti condidit. Ager ejus iiſdem eſt aſſignatus ſine lege.

a al. Divinos.

Eſernia, colonia. deducta lege Julia. iter populo debetur pedibus x. Ager ejus limitibus Auguſteis eſt adſignatus.

Forum *b* populi. oppidum. muro ductum. Iter populo debetur pedibus xv. Limitibus Auguſteis ager ejus in jugeribus eſt aſſignatus. Nam Imperator Veſpaſianus poſtea lege ſuâ agrum *c* cenſeri juſſit.

b H. Popilii.

c F. recenſeri.

Ferentium oppidum, muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus *d* præmii limitibus pro parte in jugeribus & in laciniis eſt aſſignatus.

d al perennis militibus. F. peregrinis mil.

Fruſinone, oppidum, muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus veteranis eſt aſſignatus.

Fabrateria. muro ducta. colonia. Iter populo non debetur. Ager ejus jure ordinario eſt diviſus.

Fundi, oppidum, muro ductum. Iter populo non debetur. Agri ejus cultura juſſu Auguſti veteranis eſt aſſignata. Ceterùm in ejus jure, & in publicum reſedit.

Formias, oppidum. III. viri ſine colonis deduxerunt. Iter populo non debetur. Ager ejus in abſoluto reſedit. Pro parte in laciniis eſt aſſignatus. Finitur terminis ſiliceis & Tiburtinis.

e Gabii, oppidum. lege Sullanâ munitum. Ager ejus militibus ex occupatione cenſitus eſt. Iter populo non debetur.

e al. Gavis.

Interamne, oppidum muro ductum, à III. viris eſt munitum. Iter populo non debetur. Ager ejus *f* militis merito eſt aſſignatus in laciniis limitibus interciſivis.

f al. militi metyco.

Laurum-Lavinia lege & conſecratione veteri manet. Ager ejus ab Imperatoribus Veſpaſiano, Trajano & Hadriano in laciniis eſt aſſignatus. Iter populo non debetur.

Liternum. muro ductum. colonia. ab Auguſto deducta.

Iter populo debetur pedibus CXX. Ager ejus in jugeribus veteranis eſt aſſignatus.

a al. Lanuvium.

a Lavinium. muro ducta. colonia. deducta eſt à Divo Julio. Ager ejus limitibus Auguſteis pro parte eſt aſſignatus militibus veteranis, & pro parte Virginum Veſtalium lege Auguſtanâ fuit aſſignatus. Sed poſtea Imperator Hadrianus colonis ſuis agrum aſſignari juſſit.

b al: Bæbianus & Cornelianus m. ductus.

Liguris *b* Bæbianis, & Corneliani muro ductis. III. virali lege. Iter populo non debetur. Ager ejus poſt bellum Auguſtianum veteranis eſt aſſignatus.

Minturna muro ducta. colonia. deducta à C. Cæſare. Iter populo non debetur. Ager ejus pro parte in jugeribus eſt aſſignatus, ceterùm in abſoluto eſt relictum.

Neapolim. muro ducta. Iter populo debetur pedibus LXXX. Sed ager ejus *ut* Syriæ Paleſtinæ à Græcis eſt in jugeribus aſſignatus, & limites interciſivi ſunt conſtituti. Inter quos poſtea & miles Imperatoris Titi lege modum jugerationis ob meritum accepit.

Nuceria Conſtantia. muro ducta. colonia. deducta juſſu Imperatoris Auguſti. Iter populo debetur pedibus LX. Ager ejus limitibus Julianis, lege Auguſtanâ, militibus eſt aſſignatus, & alibi in ſoluto reſedit.

Nola, muro ducta. colonia Auguſta. Veſpaſianus Auguſtus deduxit. Iter populo debetur pedibus CXX. Ager ejus limitibus Sullanis militi fuerat aſſignatus, poſtea interciſivis menſuris colonis & familiæ eſt adjudicatus.

Oſtienſis ager, ab Imperatoribus Veſpaſiano, Trajano, & Hadriano in præciſuris in laciniis, & per ſtrigas colonis eorum eſt aſſignatus. Sed poſtea Imperatores Severus, Antoninus, & Commodus aliqua privatis conceſſerunt.

Puteolis. colonia Auguſta. Auguſtus deduxit. Iter uno

latere

latere populo debetur pedibus xxx. Ager ejus in jugeribus veteranis & tribunis legionariis eſt aſſignatus.

Præneſte, oppidum. Ager ejus à v. viris pro parte in jugeribus eſt aſſignatus, ubi cultura eſt. Ceterùm in abſoluto remanſit circa montes. Iter populo non debetur.

Privernum, oppidum. muro ductum. colonia. miles deduxit ſine colonis. Iter populo debetur pedibus xxx. Ager ejus pro parte cultus in jugeribus eſt aſſignatus. Ceterùm in laciniis, vel in ſoluto remanſit.

Surrentinum, oppidum. Ager ejus ex occupatione tenebatur à Græcis *a* ob conſecrationem Nervæ. Sed & circa montes Syrenianos limitibus pro parte Auguſtanis eſt aſſignatus. Ceterum in ſoluto remanſit. Iter populo debetur pedibus xv. [ubi Syrena?]

a F. ab conſecratione Minervæ.

Sueſſula, oppidum. muro ductum. colonia. lege Sullanâ eſt deducta. Ager ejus veteranis militibus Sullanis in jugeribus eſt aſſignatus. Iter populo non debetur.

Sinueſſa, oppidum. muro ductum. colonia. Iter populo non debetur. Ager ejus in jugeribus limitibus interciſivis militi eſt aſſignatus.

Sueſſa Arunca. muro ducta. colonia. lege Semproniâ eſt deducta. Iter populo non debetur. Ager ejus pro parte limitibus interciſivis & in laciniis eſt aſſignatus.

Sæpinum, oppidum. muro ductum. colonia. ab Imperatore Nerone Claudio eſt deducta. Iter populo debetur pedibus L. Ager ejus in Auguſteis centuriis eſt aſſignatus.

Sora. muro ducta. colonia. deducta juſſu Cæſaris Auguſti. Iter populo debetur pedibus xv. Ager ejus limitibus Auguſteis veteranis eſt aſſignatus.

Signia. muro ducta. colonia. à militibus & III. viris munita. Iter populo non debetur. Ager ejus in præciſuris limitibus III. viralibus eſt aſſignatus.

Setia. muro ducta. colonia. III. viri munierunt. Iter populo debetur pedibus xxxv. Ager ejus in ſoluto ex occupatione à militibus tenetur.

Teleſia. muro ducta. colonia. à III. viris deducta. Iter populo debetur pedibus xxx. Ager ejus *a* militibus Augusteis in nominibus eſt aſſignatus.

a al. limitibus.

Teanum Sidicinum. colonia Cæſaris Auguſti. Iter populo debetur pedibus LXXXV. Ager ejus metycis hominibus IIII CL eſt limitibus Auguſteis aſſignatus.

b Tuſculum, oppidum. muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus menſurâ Sullanâ eſt aſſignatus.

b al. Tuſculi.

Terracina, oppidum. muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus in ſoluto eſt dimiſſus.

Tereventum oppidum. Ager ejus in præciſuras & ſtrigas eſt aſſignatus poſt tertiam obſidionem limitibus Julianis. Iter populo non debetur.

Trebula, municipium. Iter populo non debetur. Ager ejus limitibus Auguſteis in nominibus eſt aſſignatus.

Velitræ, oppidum. lege Semproniâ fuerat deductum, poſtea Claudius Cæſar agrum ejus limitibus Auguſteis cenſitum militibus aſſignari juſſit.

Ulubra, oppidum. à III. viris erat deductum. Poſtea à Druſo Cæſare *c* exſtinctum. Ager ejus in nominibus eſt aſſignatus. Iter populo non debetur.

c F. extructum.

Vulturnum. muro ductum. colonia. juſſu Imperatoris Cæſaris eſt deducta. Iter populo debetur pedibus xx. Ager ejus in nominibus villarum & poſſeſſorum eſt aſſignatus.

Venafrum, oppidum. v. viri deduxerunt ſine colonis. Iter populo debetur pedibus xx. Ager ejus in laciniis limitibus interciſivis eſt aſſignatus. Sed ſumma montium jure templi Ideæ ab Auguſto ſunt conceſſa.

Veru-

Verule, oppidum. muro ductum. Ager ejus limitibus Gracchanis in nominibus eſt adſignatus. Ab Imperatore Nervâ colonis eſt redditus. Iter populo non debetur.

Huic addendæ ſunt menſuræ Limitum & Terminorum, ex libris Auguſti & Neronis Cæſarum: ſed & Balbi menſoris, qui temporibus Auguſti omnium provinciarum & Civitatum formas & menſuras compertas in commentarios contulit, & legem Agrariam per *a* univerſitatem provinciarum diſtinxit ac declaravit. *a* al. diverſitates.

LIBER AUGUSTI CÆSARIS ET NERONIS.

PROVINCIA LUCANIA.

PRÆFECTURÆ Ulcianen*ſis*, Pæſtana, Potentina, *b* Athenas, & Conſiline*nſis*, Tegenenſis. quadratæ centuriæ, in jugera N. CC. Grumentine*nſis* limitibus Gracchanis quadratis in jugera N. CC. Decimanus in Orientem, Cardo in Meridianum. Velienſis actus N. X. G. P. XXV. *b* F. Atinas.

PROVINCIA BRUTIORUM.

CENTURIÆ quadratæ in jugera cc. & cetera in laciniis ſunt præciſa poſt demortuos milites. Ager Buxentinus *c* Sextertianus eſt aſſignatus in cancellationem limitibus maritimis. *c* al. Seſtertianus.

Ager *d* Conſtantinus ab Imperatore Auguſto aſſignatus limitibus Gracchanis in jugera N. cc. Cardo in Orientem, Decimanus in Meridianum. *d* al. Conſentinus.

Ager Vibonenſis. actus N. *e* X. G. P. XXV. Cardo in Orientem, Decimanus in Meridianum. *e* F. XVI.

Ager Campanus. limitibus Gracchanis. in jugera N. CC. Cardo in Orientem, Decimanus in Meridianum.

a F. xvi. Ager Beneventanus. actus N. *a* XC. P. XXV. Cardo in Orientem, Decimanus in Meridianum.

PROVINCIA APULIA.

Ager Æclanenſis. Iter non debetur. actus N. XX. P. XXIV. in jugera N. CCXL. Decimanus in Orientem, Cardo in Meridianum.

Ager Venuſinus. cum limitibus Gracchanis unius ſcamni.

Ager Canuſinus. Iter populo non debetur. in jugera N. CC. Item *b* Eberdona, Auſcelinus, Arpanus, Collatinus, Sipontinus, Salpinus, & qui circa montem Garganum ſunt, centuriis quadratis in jugera N. CC. *ut* lege Semproniâ & Juliâ. Cardo in Meridianum, Decimanus in Orientem. Item & Theatinus Apulus. Iter populo non debetur.

b F. Herdonianus.

Ager Lucerinus Cardinibus & Decimanis eſt aſſignatus, ſed curſum Solis ſunt ſecuti, & conſtituerunt centurias contra curſum Orientalem actus N. *c* LXXX. & contra Meridianum actus N. *d* XC. efficiunt jugera N. DC. XL. Iter populo non debetur.

c F. xxxx.
d F. xvi.

PROVINCIA CALABRIA.

Territorium Tarentinum, *e* Lypienſe, *f* Auſtranum, Varium in jugera N. CC. limitibus Gracchanis. & cetera loca vel territoria in ſaltibus ſunt aſſignata, pro æſtimo ubertatis ſunt præciſa: Nam variis locis menſuræ actæ ſunt, & jugerationis modus collectus eſt. Cetera autem prout quis occupavit poſteriore tempore cenſita ſunt, & ei poſſidenti aſſignata: ab Imperatore Veſpaſiano cenſita

e al. Lipienſe.
f F. Oſtranum.

ex

ex juſſione. Iter populo non debetur. Nam eadem provincia habet muros, macerias, *a* corroſiones, congerias, & terminos Tiburtinos, ſicut in Piceno fertur.

a F. ſcorpiones.

PROVINCIA SICILIA.

Territorium Panormitanum Imperator Veſpaſianus aſſignavit militibus veteranis, & familiæ ſuæ. Ager ejus finitur terminis Tiburtinis pro parte ſcriptis: Nam ſunt cippi & oleaginei, qui loco termini obſervantur, & diſtant à ſe P. CL. CC. CCL. CCCC. DL. prout ratio poſtulabit. Nam ſunt termini proportionales, quos milites inter ſe veterani poſuerunt, & cuſtodiunt lineas conſortales idem *b* Sereſtanorum ut ſupra, vel ad Leucopetram.

b F. Segeſtanorum.

PROVINCIA TUSCIA.

Lex agrorum ex commentario Claudii Cæsaris.

Lex agris limitandis metiundis partis Tuſciæ priùs, *c* & Campaniæ, Apuliæ, & Va*le*riæ regionis, vel*uti* acta territoria. *d* Variat autem regiones non habent æquales centurias vel menſuras. In agro Florentino in centurias ſingulas jugera CC. *e* Qui conduxerit Decimanum latum P. XL. Cardinem latum P. XX. facito & certos limites ſubruncivos latos pedes VIII. In quos limites poni facito terminos lapideos ex ſaxo ſilice aut molari, aut *ne* deteriore ſupra terram ſeſquiped*al*em facito, craſſum pedem. [A Decimano & Cardine quintum quemque facito P. XII. ceteros limites ſubruncivos.] Item politum rotundum facito, in terram dimittito ne minus P. III. ceteros terminos, qui in*ſuper* opus erunt, robuſtos ſtatuito, ſuper terram P. II. craſſum

c F. dein.

d F. Variant a. r. nec h.

e F. Quum duxeris D.

a F. ped. I. S.

b al. ſcribito ita ut juſſero.

craſſum *a* pedem, ſi in terram dimitto ne minus P. III. eoſque circumcalcatos *b* ſcriptos, ita ut juſſiſſent. Quod ſubſicivum minus jugera C. erit, per centuriam procedit. quod ſubſicivum minus jugera L. id pro dimidia centuria procedit. Hoc opus omne arbitratu OCTAVII CÆSARIS, ANTONII, ET LEPIDI III. VIRUM.

COLONIA Florentina deducta à III. viris, aſſignata lege Juliâ. centuriæ Cæſarianæ in jugera CC. per Cardines & Decumanos. termini. rotundi, pedales. & diſtant à ſe P. IICCCC. Sunt & medii termini, qui dicuntur Epipedonici, pedem longum craſſum, & diſtant à ſe P. ∞CC. Cæteri proportionales ſunt, & intercíſivos limites ſervant, quos veterani pro obſervatione partium ſtatutos cuſtodiunt. qui non ad rationem vel recturas limitum pertinent, ſed ad modum jugerationis cuſtodiendum, & diſtant à ſe alius ab alio P. DC. Quorum limitum curſus nullâ intrajectâ diſtantiâ in utroque laterum territorii concurrunt, ut infra monſtravi, * * *

Colonia Fida Tuder eâ lege quâ & ager Florentinus, in centuriis ſingulis jugera CC. termini lapidei alii ſaxei, alii molares, craſſi ſemipedem longi dodrantem. diſtant à ſe P. DC. & DCCXX. Quòd ſi fuerit craſſus GY. dodran. 5III. aut 52y. deun. XI. & alius ab alio P. DCCCCLX. ∞LXXX. ſcriptus tyſilogrammus fuerit terminus, & alius ab alio P. ∞CC.

Colonia Volaterana lege III. virali. in centurias ſingulas jugera CC. Decimanis & Cardinibus eſt aſſignata, quam omnem veterani in portionibus diviſam pro parte habent. in qua limes recepit intervallos P. II. CCCC. in quibus centuriis unuſquiſque miles accepit jugera XXV. & LXXXV. & LX. termini eâ lege ſunt conſtituti quâ ſuperiùs diximus.

Colonia Arretium lege Auguſteâ cenſita limitibus Gracchanis, qui recturas maritimas & montanas ſpectabant.

Poſtea

Poſtea per *a* Cardinis, id eſt decimano & duodecimo eſt aſſignata, & numerus centuriarum manet. quæ quadratæ, ſunt in P. IICCCC. quæ pro parte terminos lapideos recipit *b* ſenis ſale diſtant à ſe P. CCCL. III. 22. diſtant à ſe P. CCXL. ſi fidrodam P. CCCCLXXX. fidodram P. DC. ſi ∞ 22. diſtant X. P. DCCCXL. ſi P. ∞ unus in P. ∞ CXX. *c* habet rationem in eadem regione numeri eſt. pro parte enim pro modo jugerationis pedaturæ numerus eſt aſſignatus.

a Cardines & Decimanos eſt aſſ.

b F. ſemiſſales diſtant à ſe p. ccc. alii diſt.

c al. Hæc ratio in eadem regione &c.

Colonia Ferentinenſis lege Semproniâ eſt aſſignata, ſed quoad ante limitibus centuriatis eſt aſſignata, poſtea deficientibus veteranis, juxta fidem poſſeſſionis eſt recenſita numeris uncialibus termini ſunt conſtituti: id eſt, alii ſilicei craſſi ∞ CL, 22, longi. diſtant à ſe P. ∞ CCCCXL. alii albi 22IIII. id eſt aut à ſe P. DC. ceteri, prout natura locorum invenit, poſiti ſunt.

Colonia *d* Capis. pro æſtimo ubertatis & naturâ locorum agri aſſignati ſunt. termini variis locis ſunt depoſiti, id eſt, in planicie, ubi miles habuit *e* proportionem. qui termini diſtant à ſe in P. LX. LXXX. CXX. CXL. CL. CLX. CLXXX. CCXX. CCXL. CCC. &, ſi longiùs natura loci tendatur, ſunt in P. DC. DCCCXL. DCCCL. ∞ LXXX. CCCCXL. ∞ D. ceteris autem locis vias, cavas, itinera, coronium, & ante coloniam coroninas nominata; quæ ſi ita ſunt, exſequi oportet. ne id ſequaris, quod aliqua pars poſteriori tempore, pacti diciſioniſve cauſſa inter ſe ſunt cenſiti.

d al. Gabis.

e al. portionem.

Colonia Junonia, quæ appellatur Faliſcos, quæ à III. viris eſt aſſignata, & modus jugerationis eſt datus. In quâ limites interciſivi ſunt directi & lege Agrariâ ſunt menſuræ collectæ. Termini ſunt autem non omnibus cenſiti, ſed numero pedaturæ ſunt limites conſtituti in locis quibusdam. *Quibuſdam* rivi finales, & cavæ, [quæ] ex pactione ſunt deſignatæ. hæ tamen quæ recturam limitum recipiunt.

P Nam

Nam termini ſunt ſilicei pro parte, & diſtant à ſe P. CCXL. CCC. CCCLX. & CCCCLX. & CCCCLXXX. & DC. ceterum normalis longitudo per *a* rivorum curſus ſervatur.

a F. rigorum.

b al. Nepet.

COLONIA *b* Nepis eadem lege ſervatur, quâ & ager Faliſcorum.

COLONIA Sutrium ab oppidanis eſt deducta. ante limites contra Orientalem recturam *c* dirigebantur. Poſtea ex omni latere ſunt extenuati. &, licet omnes agri ad modum jugerationis ſint aſſignati, tamen pro parte naturam loci ſecuti artifices agros cenſuerunt, id eſt, fecerunt gammatos, & ſcamnatos, riparum & coronarum naturam, & juga collium [ſunt] emenſi. Terminos autem pro parte lapideos poſuerunt, alios verò ligneos, qui ſacrificales pali appellantur. qui diſtant à ſe P. CCCC. P. D. P. DC. P. DCC. P. DCCC. P. DCCCC. P. ∞. P. ∞ CC. ceterum pro naturâ loci deſignatum eſt in ripis.

c al. dirigebant.

CAMPI Tiberiani in jugeribus vicenis quinis [XXV.] ſunt aſſignati à Tiberio Cæſare, & termini Tiberiani nuncupantur. qui diſtant à ſe P. DC. P. ∞ CC. P. DCCC. P. CCC. P. alibi P. DC. alibi DC. P. D. P. DCCXX. qui recipiunt menſuram ſexenis P. CCL. ij. p. ij. 525. duaſela P. IIII. ceterum limitibus normalibus recturæ *d* concurrunt.

d F. concurrentibus.

COLONIA Tarquinius lege Semproniâ eſt aſſignata. cujus agri menſura in tetragono variis locis eſt collecta, & termini ſilicei ſunt appoſiti, quorum menſura eſt ped. II. per longum diſtant à ſe in P. DCCLX. alii longi ped. III. diſtant à ſe P. DCCCLXX. DCCCLX. hoc in montibus, vel locis montanis, in quibus alii juxta loci naturam ſpiſſiores ſunt ſiti, ſine menſura ſive numero podiſmati. ſunt inter P. CXX. inter P. CLX. in P. CLXXX. in P. CC. & CCXL. nam circa regionem maritimam limites rectos cenſuerunt, & lapidibus [his] compactis curſum demonſtraverunt, aliis vero locis [eſt] convallium *e* ordinari diſpoſuerunt.

e F. ordine.

COLO-

Colonia Graviſcos ab Auguſto deduci juſſa eſt. nam ager ejus in abſoluto tenebatur. Poſtea Imperator Tiberius Cæſar jugerationis modum ſervandi cauſa lapidibus *re*menſis Reipublicæ loca aſſignavit. nam inter privatos egregios terminos poſuit. qui ita à ſe diſtant, ut brevi intervallo facilè reperiantur. nam ſunt & per recturas foſſæ inter rectæ, quæ communi ratione ſingulorum jura ſervant.

Colonia Vejus, priuſquam *a* oppugnaretur, ager ejus militibus eſt aſſignatus ex lege Juliâ. Poſtea deficientibus his, ab Urbana civitate aſſociandos cenſuerat Divus Auguſtus. Nam variis temporibus & à Divis Imperatoribus agri ſunt aſſignati. Cujus ratio ſic oſtenditur.

a F. oppidum ſuppleretur.

Circa oppidum Vejus ſunt naturæ locorum, quæ vicem limitum ſervant, ſed non per multa millia pedum concurrunt, in quibus etiam termini ſiti ſunt pro parte ſilicei, & alii Tiburtini. Silicei verò diſtant à ſe in P. CCXX. CCCLX. CCCCXX. CCCCLXXX. DLX. DC. Tiburtini verò in P. CCL. CCLXXX. CCCXL. CCCC. CCCCXX. DC. quòd ſi ſpiſſiores, DLXXX. DCXL. DCLX. non ſunt riparum curſus ſervantur. harum tamen quæ per multa millia pedum recturas ſeparationéſve agrorum ab initio ſuo uſque ad occaſum cuſtodiunt. Et ne eas ripas ſequendas *b* perarent, quæ intra corpus agri naſcuntur, & in ſuo latere decidunt, Lex Limitum eas prædamnavit. ne id aliquando ſequamini, limitum, recturarúmve quod major poteſtas non confirmat. Sed ſi conventionis cauſſa [eo] partes inter ſe conſtituendas cenſuerunt, non recturæ imputandum eſt, ſed concurrenti definitioni fides adhibenda. quod enim viarum, riparum, cavarum, *c* multorum agrorum ſeparandorum *fuerit*, permeantium curſus ſervandus.

b al. ſperarent. F. putarent.

c F. cultorum.

Pars verò camporum & ſilvæ regionis Campaniæ, vel totius Aureliæ, antea Divo Auguſto veteranis pro parte

data fuit. in quâ regione limites maritimi appellantur, ubi non ſunt termini lapidei, ſed lignei ſacrificales exordio [ſunt] conſtituti. Nam poſtea juſſu Imperatoris Hadriani *eorum* vice numero limitum termini poſiti ſunt lapidei, qui ab uno incipiunt numerum continere:. ut puta terminus I. item termin. II. terminus III quartus IV. terminus quintus V. uſque ad numerum *a* ſuum [facit,] vel concluſionem angulorum agri aſſignati. quorum menſura licet *b* adverſa ſit, tamen diſtant à ſe in P. C. in CXL. in P. CC. in P. CCXL. in P. CCC. in P. CCCXL. in P. CCCC. in P. CCCCLXXX. in P. D. in P. DLX. in P. DC. nam pars agri, quæ circa portum eſt Tiberis in jugeribus aſſignata, atque oppidanis eſt tradita, & pro æſtimo ubertatis profeſſionem acceperunt. Media autem pars inter Romam & portum actis quidem menſuris eſt aſſignata, & ſtipitibus oleagineis affixis muneri ad ſingulos angulos ſunt aſſignati. [ad] quorum loco poſtea lapides græcales [ob] numero podium cuſtodiendo ſunt appoſiti. quibus colonis etiam præceptum eſt, ut pali annui ſacrificales renovarentur. Poſtea variis locis, deficientibus *veteranis* juſſu Imperatoris Cæſaris Trajani, agri terminis lapideis ſunt aſſignati. qui termini recipiunt menſuram parallelogrammam, & diſtant à ſe in P. DC. DCCCXL. DCCCCLX. ∞ XX. ∞ CC. ∞ CCCCXL. ∞ DLXXX. ∞ DCCC. Hujus enim territorii forma in tabula æris ab Imperatore Trajano juſſa eſt deſcribi, quòd limitibus normalibus maritimiſque ſit aſſignatus. Pars autem intra Etruriam *c* proximæ coloniæ Vejos [omnes] limitibus interciſivis eſt aſſignata, ut ſuprà oſtendi. in quo territorio omnis ager jugerationis modum habet collectum, ſicut in ære eſt nominatum.

a F. ſummum.
b al. diverſa.
c F. proxime coloniam V.

AGER Lunenſis ea lege, qua & ager Florentinus. limites in horam ſextam converſi ſunt, & ad occidentem plurimùm dirigunt curſum. Termini aliqui ad diſtinctionem

nem numeri poſiti ſunt, alii ad recturas linearum monſtrandas.

Ager *a* Tiferinus in centuriis fuit aſſignatus: Poſtea, juſſu Imperatoris Tiberii Cæſaris, *b* quis prout occupavit miles. deficientibus his, aliis paucioribus eſt aſſignatus. termini pleurici poſiti ſunt, qui rationem obſervationis *c* tantummodo oſtendunt quàm recturam limitum.

a al. Tiferrnus.
b F. prout quiſque mil. occ.
c F. tam.

Ager *d* Speltinus lege Julia eſt aſſignatus in modum jugerationis. termini lapidei. diſtant à ſe p. ∞cc522. diſtant à ſe p. ∞dcccxxl. i. 5152. p. 11513. p. ii. diſtant à ſe p. iiccc. ea lege & menſura ſervari à noſtris viſum eſt.

d F. Spoletinus.

Ager *e* Amerinus lege Imperatoris Auguſti eſt aſſignatus & veteranis [eſt] quidem adjudicatus, & pro æſtimo *f* libertatis legem ſunt ſecuti. ubi termini ambiguum nunquam receperant circa ipſum oppidum. ſed extra tertium milliarium lex Cæſariana operata eſt in abſoluto. termini ſiti ſunt, id eſt diſtant à ſe 55. p. 3. p. dccc. p. d22. ∞cc. alii 525. p. 522. p. ∞ccccxl.

e al. Armetillus.
f F. ubertatis.

PARS PICENI.

Ager Anconitanus ea lege qua & ager Florentinus eſt aſſignatus limitibus Auguſteis, ſive *per* Cardines & Decumanos vel maritimos aut montanos. Limites ab Oriente & Occidente qui in groma ſunt aſſignati lege & Diagonales appellantur. Nam quædam pars Tuſciæ limitibus & nominibus ab Etruſcorum aruſpicum doctrina vel nuncupatione deſignatur. Cæteri limites juxta formas & inſcriptiones polygoniorum nomina acceperunt vel ex litteris Græcis.

PARS PICENI EX LIBRO BALBI.
PROVINCIÆ PICENI.

a al. rigo-ribus.

AGER Spoletinus in *a* jugeribus & limitibus eſt interciſivis aſſignatus, ubi cultura eſt. ceterum in ſoluto eſt relictum in montibus *b* vel ſubſicivis, quæ Reipublicæ *c* alii [ceſſa] cenſita ſunt. nam etiam multa loca hereditaria accepit ejus populus.

b F. velut.
c al. ceſſerunt.

AGER qui à fundo 3. vel 4. 5. vicino ſitus eſt, in jugeribus jure ordinario poſſidetur, ſicut eſt Interamnæ Flaminiæ, & Inter*amna* Paleſtino Piceni.

AGER urbis Salvienſis limitibus maritimis & montanis lege III. virali. & loca hereditaria populus accepit.

d H. Tollentinus.

AGER *d* Troentinus idem eſt aſſignatus.

AGER Firmo Piceno limitibus III. viralibus in centuriis per jugera cc. aſſignatus.

AGER Senogallienſis, & Putentinus, Recinenſis, Pauſulenſis *e* idem ſunt aſſignati.

e F. itidem.

AGER Cuprenſis, Truentinus, Caſtranus, Aternenſis, lege Auguſteâ ſunt aſſignati.

AGER Anconitanus limitibus Gracchanis in centuriis eſt aſſignatus.

AGER Aſculanus locis variis limitibus interciſivis eſt aſſignatus, & terminis Claudianis in modum arcellæ eſt demetitus, & *f* aliis ligneis ſacrificalibus. Quorum limitum diſtantia eſt P. ∞ cc. & infra. ceterum in abſoluto remanſit, & III. *g* virorum tenor finitimus obſervabatur. Ager militibus eſt aſſignatus. ſed ſunt loca quæ in aſſignatione non venerunt.

f F. palis.
g al. rivorum.

AGER Adrianus, item & ager Falerionenſis limitibus maritimis & Gallicis, quos dicimus Decimanos, & Cardines. Nam *h* omne territorium provinciæ Piceni delim*ita*tio

h F. omni territorio eorum Provincia Piceni del.

tio eſt per rationem arcarum, vel canabula, vel noverca, quod tegulis conſtituitur. Aliis verò locis muros, macerias, *a* corroſiones, congerias, carbunculos, & variis locis terminos Auguſtos, per quorum curſus in Piceno fines terminantur. Ita & per Tuſciam.

a F. ſcorpiones.

Adrianus ager, limitibus maritimis & Gallicis, quos nos Decumanos & Cardines appellamus finitur per rationem arcarum, riparum, canabularum, vel novercarum, quod tegulis conſtruitur. Aliis verò locis muris, maceriis, *b* ſcoroſionibus, congeriis, carbunculis, terminis Auguſteis, fluminum curſibus.

b F. ſcorpionibus.

c Adteiatis oppidi ager aliquibus locis tribus limitibus eſt aſſignatus in centuriis. quorum *d* limitatio pedatura hæc eſt. à pedibus ∞ cccc. & ſupra uſque in pedes $\overline{\text{II}}$. D. Nam aliorum curſus eſt per rationem arcarum, riparum, canabularum, vel novercarum, & variis locis terminis Auguſteis, ſed & aliis finitimis ſignis.

c F. Adtidiati opp.
d F. limitum.

Aſculanus ager variis locis limitibus interciſivis eſt aſſignatus, & terminis Claudianis in modum arcellæ eſt demetitus (qui ſi tres fuerint in unum, trifinium faciunt) & palis ligneis [ſiliceis] ſacrificalibus, per quos ratio limitum ſervatur. qui diſtant à ſe pedibus cccc. & infrà. Ceterùm in abſoluto remanſit. Et rivorum tenor & viarum *curſus* finitimus obſervantur maximè. In his limitibus carbunculi & *e* ſcoroſiones. Menſura verò acta eſt in ſeparationibus fundorum per Vectium Rufinum cohortis VI. PP. jugera $\overline{\text{IIII}}$. CL. accepit & XII. Agros in montibus Romani acceperunt familiariter. qui montes Romani appellantur. per Manilium Nepotem militem cohortis III. Pro conſule *f* & Cœnio, Severo & Stolâ Conſulibus.

e F. ſcorpiones.
f F. Q. Clœlio.

g Auximatis ager limitibus Gracchanis per centurias eſt aſſignatus.

g F. Axim.

Anco-

Anconitanus ager ea lege continetur qua & ager Auximatis, limitibus Gracchanis in jugeribus.

Albenſis ager, locis variis limitibus interciſivis eſt aſſignatus: terminis verò Tiburtinis, qui Cilicii nuncupantur, & in limitibus conſtituti ſunt. Aliis verò locis ſacra ſepulcráve vel rigores, quorum ratio diſtat à ſe in pedes CCCCL. & infra, & quàm maximè limitibus eſt aſſignatus. Terminatio autem ejus facta eſt VI. Id. Octob. per Cilicium Saturninum centurionem cohortis VII. & XX. menſoribus intervenientibus, & termini à Cilicio Cilicii nuncupantur. Hæc determinatio facta eſt Orfito *a* ſeniore, & Quinto Scitio & Priſco Conſulibus.

a F. conditore.

Aternenſis ager lege Auguſteâ eſt aſſignatus: rivorum & viarum curſus ſervatur.


Curium Sabinorum ager per Quæſtores eſt venundatus, & quibuſdam laterculis per quinquagena jugera incluſus eſt. Poſtea verò juſſu Julii Cæſaris per centurias & limites eſt demetitus. Termini verò Tiburtini affixi ſunt. Sed & lapides encores ſignati ſunt. Variis autem locis muri, maceriæ, ſepulchra, [monumenta] rivorum vel fluminum curſus, arbores antemiſſæ vel peregrinæ, & putei finem faciunt. Sed & alia ſigna quæ in libris auctorum leguntur. Quòd ſi ſigna hæc non inveniantur, *b* arbores olivarum ſi ſibi in tranſverſo occurrerint, pro rigore ſervandum eſt qui rigor *c* pinnalis dicitur. Si certè ordines ſibi convenerint, & hic rigor... jungatur cum pinnali, hebes appellantur. Sic enim colliges fines inter poſſeſſiones.

b F. ordines.

c F. finalis.

Campi Tiberiani qui inter Romam & Tibur eſſe videntur, à Tiberio Cæſare ſunt demetiti, in jugeribus XXV. & termini Tiberiani nuncupantur, qui diſtant à ſe in pedes D. & ſupra, uſque in pedes ∞CC. Cæterùm [verò] limitibus normalibus recturæ concurrunt.

Carſeo-


Totius territorij diviſi facies
lonia .
umanus maximus .
do Maximus .
itarij, reliqui inter hos ,
dij et linearij .
ea finitima .
ſecivum Siculo , Frontino ,
icta, extra cluſa, extremitas,
uum Siculo , Frontino ſub
imm, actus reliqui .
ſecivum Frontino .
natum flumini .
. etc. Numerus decu
rum et cardinum .
a
b
d
e
f
h
i
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

Carſeolis. Ager ejus iter populo non *a* debetur. Uſque ad muros privati poſſident. Sunt etiam montes qui Romani appellantur, ea ratione qua in agro Aſculano ſuprà diximus. Qui montes ad ſuram finem habent. Finitur enim jugis montium, terminis Auguſteis, ripis per devexa collium, arboribus, divergiis aquarum, ſed & per alia finitima documenta. In campis verò terminos quadratos, Tiburtinos, ſpatulas curſorias, limitibus. interjectis verò locis per arcas inſtructas, & monumenta finitur.

a F. debet, &c.

Caſtranus ager lege Auguſteâ eſt aſſignatus.

Cyprenſis ager ea lege eſt aſſignatus quâ & ager Caſtranus.

Caſtellenſe municipium. * * *

Ager ejus limitibus Decumanis & Cardinibus continetur. in centuriis eſt aſſignatus.

Cingulanus ager. Iter populo non debetur. Ea lege continetur quâ & ager Potentinus. In jugeribus & limitibus intercifivis eſt aſſignatus, ubi cultura. Cæterum verò inſolutum eſt. reliqua in montibus *ibi*dem cenſuerunt. Nam multa loca hereditaria accepit eorum populus. Ager qui à fundo ſuo tertio vel quarto vicino ſitus eſt, in jugeribus jure ordinario poſſidetur, ſicut eſt Interamnæ Paleſtinæ Piceni.

Corfinius ager, limitibus maritimis & montanis in jugera cc. ſunt aſſignati, lege Auguſteâ ſunt cenſiti, & termini Auguſtei ibidem nuncupantur.

Caſentium muro ductum. Ager ejus lege III. virali eſt aſſignatus limitibus, per terminos & alia ſigna finalia. Iter populo non debetur.

Capenus. Ager ejus finitur terminis Tiburtinis, ex aliâ parte ſiliceis, qui diſtant à ſe pedibus cc. uſque in pedes ccccL. habet ripas, vias, & rivos finales.

Corſinius ager lege Semproniâ eſt aſſignatus. Iter populo debetur pedibus LXXX. Ager ejus in tetragonon eſt aſſignatus, & ſilicei termini ſunt appoſiti, qui diſtant à ſe in pedes à CXX. uſque in pedes DCCCLX. & alia ſigna ſecundum auctorum doctrinam.

a F. Æquiculanus.

a Ecicylanus ager per ſtrigas & ſcamna in centuriis eſt aſſignatus. Termini verò rotundi & ſpatulæ curſoriæ conſtituti. per montes autem congeſtiones petrarum, & termini, ſed & ſigna quibus ager arcifinius finitur.

Foronovanus per limites & centurias eſt aſſignatus. Termini verò Tiburtini & Auguſtei, canabulæ, vel novercæ, muri, maceriæ, putei. Sed & ſacrificales pali affixi ſunt, qui diſtant à ſe in pedes CCL. & ſupra uſque in pedes CCCC. Variis autem locis per inſtructuras, arcas, rivorum vel fluminum curſus. ſed & juga montium atque ſupercilia fines ſervantur.

Fidenæ. Ager ejus ea lege ſervatur qua ager & Campi Tiberiani.

b F. Ficolenſis.

b Ficilienſis ager ea lege ſervatur qua ager & Curium Sabinorum.

Firmo Picenus. Ager ejus lege III. virali in centuriis ſingulis jugera CC. Finitur ſicuti ager Foronovanus.

Falerionenſis ager limitibus maritimus & Gallicis eſt aſſignatus, quos nos Decumanos & Cardines appellamus. Finitur *teſtimonio* arcarum, riparum, canabularum, ſive novercarum muris, maceriis, ſcorofionibus, [maceriis,] carbunculis, terminis Auguſteis, rivis, fluminibus, arboribus antemiſſis, jugis montium, ſuperciliis, petris naturalibus ſignatis, ſicut in Piceno fines terminantur.

Faneſtris Fortunæ. Ager ejus limitibus maritimis & montanis eſt aſſignatus, & per ea ſigna quibus Falerionenſis ager.

Came-

Camerinus. Iter populo non debetur. Ager ejus limitibus maritimis & Gallicis continetur. Finitur enim ſicut ager Faneſtris Fortunæ.

Lucoferonia. Ager ejus finitur arboribus antemiſſis, ſed & aliis ſignis, quibus fines ſervantur in provinciâ Piceni, terminis Tiburtinis, qui diſtant à ſe in pedes XL. uſque in pedes CCCLXX.

Marſus Municipium, licet conſecratione veteri maneat, tamen ager ejus aliquibus locis in tribus limitibus lege Auguſteâ eſt aſſignatus, limitibus maritimis & montanis. Ager ejus aliquibus locis in jugeribus cc. continetur: terminis verò Tiburtinis & ſiliciis, & aliis documentis, quibus ager Falerionenſis finitur.

Matilica, oppidum. Iter populo debetur pedibus LXXX. Ager ejus ea lege continetur qua & Camerinus.

Numentum. Ager ejus ea lege continetur qua & ager Foronovanus.

Nurſia. Ager ejus per ſtrigas & per ſcamna in centuriis eſt aſſignatus. Finitur ſicuti ager Aſculanus.

Nomatis. Ager ejus ea lege continetur qua & ager Auximatis.

Oſtrenſis ager ea lege continetur, qua & ager Camerinus.

Pinnes. Ager ejus ea lege continetur, qua & ager Adrianus.

Pauſulenſis ager per limites. in centuriis ſingulis jugera cc. eſt aſſignatus. Finitur ſicut ager Aſculanus.

Potentinus ager ea lege finitur, qua & Pauſulenſis.

Placentinus colonia. Iter populo debetur. Ager ejus limitibus interciſivis eſt aſſignatus. Finitur ſicut ager Aſculanus.

Potentinus ager in jugeribus & limitibus interciſivis eſt

aſſignatus, ubi cultura. Ceterùm in abſoluto remanſit. reliqua in montibus cenſuerunt, & *a* multa loca hereditaria accepit eorum populus.

a F. ultra.

Piſaurenſis ager finitur rivorum, riparum, fluminum curſu, terminorum fide, & palis ſacrificalibus, ſicut in provinciâ Piceni.

Reate. Ager ejus per ſtrigas & per ſcamna in centuriis eſt aſſignatus. Terminos verò rotundos & ſpatulas curſorias poſuimus, per montes autem foveas: ſed & aggeſtum petrarum, ut eſt in libro Regionum. Finitur enim ſicuti ager Foronovanus.

Ricinenſis ager limitibus & centuriis eſt aſſignatus. Finitur ſicut ager Aſculanus.

Sentis oppidum. Ager ejus limitibus maritimis & montanis lege III. virali eſt aſſignatus, & loca hereditaria populus ejus accepit. Finitur ſicuti conſuetudo eſt regioni Piceni.

Senogallienſis ager lege III. virali eſt aſſignatus, limitibus & centuriis, terminis atque rivis: ſed & aliis ſignis, quæ in libro Conditionum Italiæ agrorum leguntur.

Septempeda oppidum. Iter populo non debetur. ea lege continetur qua & ager Cingulanus.

Superequum. Ager ejus limitibus maritimis eſt aſſignatus. In centuriis ſingulis jugera CC. Finitur ſicuti ſupra legitur ager Marſenſis.

Tibur. Ager ejus à Tiberio Cæſare eſt aſſignatus. ea lege continetur quâ & campi Tiberiani leguntur inter Tibur & Romam.

b Tribule municipium. Iter populo non debetur. Limitibus Auguſteis eſt aſſignatus. Finitur ſicuti ager Curium Sabinorum.

b F. Trebula.

Teate, quî Aternus. Ager ejus lege Auguſteâ eſt aſſignatus. Finitur ſicuti conſuetudo eſt in regione Piceni.

Troen-

Troento finitur ſicut ſupra diximus de agro Teatino.

Teramne Paleſtina Piceni. Ager ejus in jugeribus & limitibus eſt aſſignatus, ubi cultura eſt: Nam ceterum in abſoluto remanſit. Reliqua autem in montibus *a* ſub ipſius Rep. cenſuerunt. nam multa loca hereditaria accepit ejus populus. *ubi* Tertio vel quarto vicino fundo ſuo ſitus eſt, jure ordinario poſſidetur. *a* F. cen.

Tuſicum oppidum. Iter populo debetur pedibus LXXX. Ager ejus ea lege continetur qua & ager Attejatis.

Tolentinus ager limitibus maritimis & montanis eſt aſſignatus lege III. virali, & loca hereditaria accepit ejus populus.

Treenſis ager. Iter populo non debetur. Ea lege continetur, qua & ager Potentinus.

Veragranus ager ea lege continetur qua & ager Teatinus.

CIVITATES REGIONIS SAMNII.

Aufidena muro ducta. Iter populo debetur pedibus X. milites eam lege Juliâ ſine colonis deduxerunt. Ager ejus per centurias & ſcamna eſt aſſignatus: termini Tiburtini ſunt appoſiti limitibus interciſivis.

Antianus ager item eſt aſſignatus, ut ager Fidenatis.

Bobianus oppidum. Iter populo debetur pedibus X. lege Juliâ eſt deductum: termini rotundi ſunt appoſiti. Finitur teſtimonio arcarum, riparum, ſepulturarum, congeriarum, carbunculorum, rivorum, ſuperciliorum, & limitum Decumanorum & Cardinum.

Clibes. Ager ejus lege Juliâ eſt aſſignatus. Finitur ſicut ager Bobianus.

Corfinius ager limitibus maritimis & montanis, in centuriis ſingulis jugera CC. Finitur terminis Tiburtinis, & rivis,

 arbo-

arboribus peregrinis, vel antemiſſis, monimentis, viis, nymphis. Ager ejus in præciſuris eſt aſſignatus.

Eſernia oppidum muro ductum. juſſu Neronis eſt deductum. Iter populo debetur pedibus L. in centuriis, & Augusteis terminis eſt aſſignatus.

Iſtoniis colonia. Ager ejus per centurias & ſcamna eſt aſſignatus. Finitur ſicuti ager Bobianus.

Jobanus. Ager ejus ea lege continetur qua & ager Eſerniæ.

Larinus lege Julia eſt aſſignatus. Iter populo debetur pedibus x. Finitur ſicut ager Corfinius.

Solmona ea lege eſt aſſignata qua & ager Eſerniæ.

NOMINA CIVITATUM APULIÆ ET CALABRIÆ.

AGER Auſculinus lege Sempronia & Julia eſt aſſignatus, ubi eſt Decimanus in Oriente, Kardo in Meridiano. Finitur per terminos & terrarum tumores: aliquibus locis arboribus antemiſſis, & viis, ſed & collectione petrarum. in centuriis ſingulis jugera cc.

Ardona & Aſpanus: Agri earum ea lege & diviſione ſunt aſſignati qua & ager Auſculinus.

Canuſinus ager. Iter populo non debetur. Finitur viis & ſignis quibus in libris deſcripſimus. In centuriis ſingulis jugera cc. Decimanus in Oriente.

Comſinus. Ager ejus limitibus Gracchanis. Iter populo non debetur. Finitur ſicuti ager Canuſinus.

Conlatinus, *a* & qui & *b* Carmejanus, & qui circa montem Garganum ſunt, finiuntur ſicut ager Auſculinus.

a F. æque &. *b* Sc. Camerianus.

Eclanenſis. Iter populo non debetur. Ager ejus in centuriis ſingulis jugera ccxl. actus numero xx. & per xxiv.

lege

lege eſt aſſignatus qua & ager Canuſinus. Decumanus eſt in Oriente.

Lucerinus ager Cardinibus & Decimanis eſt aſſignatus, ſed curſum Solis ſunt ſecuti, & conſtituerunt centurias contra curſum Orientalem. Finitur ſicuti ager Auſculinus.

Salpis, colonia. littore terminatur. Finitur finitimis muris, viis, aquarum ductibus, foſſis. In centuriis ſingulis jugera cc.

Sipontum ea lege & finitione eſt qua & ager Salpinus.

Teate. Iter populo debetur. Ager ejus finitur viis, ſepulturis, & ceteris ſignis, ſicut conſuetudo provinciæ eſt.

Venuſinus. * * * * *

CIVITATES PROVINCIÆ CALABRIÆ.

Quando terminavimus provinciam Apuliam & Calabriam, ſecundum conſtitutionem & legem Divi Veſpaſiani, variis locis menſuræ actæ ſunt, & jugerationis modus collectus eſt. Cetera autem prout quis occupavit, poſteriore tempore cenſita ſunt, & poſſidenti aſſignata. Alia loca pro æſtimio ubertatis præciſa ſunt. Finiuntur enim terminis, rivis, foſſis, arboribus antemiſſis, tumore terræ, collectione petrarum: ſed & naturalibus ſignatis lapidibus, viis, ſepulchris, arboribus peregrinis: ſed & aliis ſignis, quibus ſuperiùs in libris docuimus.

Civitates autem hæ ſunt: Brondiſinus ager pro æſtimio ubertatis eſt diviſus. Cetera in ſaltibus ſunt aſſignata. Dividuntur ſicut ſupra legitur provinciam eſſe diviſam.

Botontinus, Cælinus, Genuſinus, Ignatinus, Lyppienſis, Metapontinus, Orianus, Rubuſtinus, Rodinus, Tarentinus, Varnus, Veretinus, Uritanus, Ydrontinus, ea lege

lege & finitione finiuntur qua ſuprà diximus. Maximè autem vicinorum exempla ſumenda ſunt, & conſuetudines regionum intuendæ, ut ſecundum ſignorum ordinem atque rationem veritas declaretur.

JULII FRONTINI SICULI

PRÆFATIO.

IN lapidibus finalibus locandis, in limitibus diſponendis, in agris metiendis & aſſignandis, advocatio præſtanda eſt. quamquam diverſa ſit, & longè inter ſe diſcernere debeat, Prudentiam tamen eandem artifices habere debent qui judicaturi ſunt, & qui advocantur ut præſtatores. In judicando autem menſorem bonum

a F. dum univerſorum. virum & juſtum agere *debet*, *a* diverſorum fides quærenda eſt, neque ulla ambitione aut ſordibus moveri, ſervare opinionem meritis & moribus. Omnis enim artifici*is* veritas cuſtodienda eſt, excluſis illis ſimilitudinibus quæ falſa pro veris ſubjiciunt. Quidam enim per imprudentiam, quidam per avaritiam peccant. Totum hoc judicandi gratia hominem *&* artificem exigent egregium. Erit enim æquiſſimum & in advocationem, & in controverſiam de eadem fide concordare menſoribus. Sed hoc poſſeſſores æquo animo ferre non poſſunt. Nam dum his veritas expoſita fuerit adverſus ſinceritatem artis facere coguntur. Multa ſunt in profeſſione quæ generaliter pro veris ſubjiciuntur, & quæ*dam* ſpecialiter [&] etiam conjecturaliter metiri artifices coguntur.

a AUCIUS

a Aucius civitas priuſquam *b* oppugnaretur, ager ejus limitibus eſt aſſignatus ex lege Juliâ. Poſtea defectis his ad urbanam civitatem aſſociandum cenſuerat Divus Auguſtus. Nam variis temporibus & à Divis Imperatoribus breves agri ſunt adſignati. Cujus ratio rei hiſdem datur. Circa oppidum Vejus ſunt enim naturæ locorum quæ vicem limitum ſervant, ſed non per multa milia pedum concurrunt & termini ſiti ſunt pro parte Silicinei, alii Tivortini. Tivortini verò diſtant à ſe in pedes CCXL. in ped. CCCLX. in pedes CCCCXX. in ped. DCC. in ped. DCCC. in pedes MXL. in pedes ĪCLX. Silicinei verò diſtant à ſe in pedes CCXL. CCCLX. CCCCLXX. DLXXX. DCXL. DCCXV. Quòd ſi ſpiſſiores *non* ſunt, riparum curſus ſervatur, earum tamen quæ [non] per multa milia pedum concurrunt. Et ne eas ripas ſequendas ſperates quæ intra corpus agri naſcuntur, & una quæque in ſuo latere *c* decidunt, lex limitum eas prædamnavit. Et ne id aliquando ſequamini quod major poteſtas limitum, recturarum, ripæ ve non confirmat. Sed ſi conventionis cauſa eas partes inter ſe cuſtodiendas cenſuerunt, non recturæ imputandum eſt, ſed concurrenti definitioni fides adhibenda eſt. Quicquid enim viarum, riparum, cavarum, *d* multorum agrorum ſeparandorum [ve] fuerit, *e* primi amnium curſus ratione ſervatur.

a al. Vejus. *b* F. oppidum ſuppleretur.

c al. deciduntur.

d F. cultorum. *e* F. permeantium curſ.

Pars verò camporum & ſilvæ regionis Campaniæ vel Aureliæ ante à Divo Auguſto veteraneis data fuit. In quâ regione limites maritimi appellantur, ubi non ſunt termini lapidei, ſed lignei ſacrificales, qui ab exordio ſunt conſtituti. Nam poſtea juſſu Imperatoris Adriani vice *f* numerorum limitum termini ſunt poſiti, qui ab uno incipiunt ſcripturæ numero contineri, ut puta: terminus I. terminus II. terminus III. terminus quartus,

f F. eorum.

terminus quintus, & ſic uſque ad numerum *a* ſuum vel conclusionem angulorum agri [ſunt] aſſignati. Quorum menſura licet diverſa ſit, ſed tamen diſtant à ſe in ped. C. in pedes CL. in pedes CC. in ped. CCC. in ped. CCCLX. in pedes CCCCLXXX. in ped. D. Nam pars agri quæ circa portum eſt Tyberis, in jugeribus eſt adſignata, atque oppidanis tradita, & pro æſtimatione ubertatis profeſſionem acceperunt. Media autem pars inter Romam & portum, actis quidem menſuris eſt aſſignata, & ſtipitibus oleagineis affixis, numeri ad ſingulos angulos ſunt aſſignati. Quorum palorum loco poſtea lapides grecales ad ſuum numerum podiſmumque conſtituti ſunt & appoſiti, *b* à quibus etiam præceptum eſt ut pali ſacrificales renovarentur. Poſtea variis locis deficientibus veteranis juſſu Imperatoris Cæſaris Trajani, agris termini lapidei ſunt aſſignati, qui termini recipiunt menſuram parallelogrammam, diſtantque à ſe in pedes CC. DCC. DCCCXL. DCCCCLX. MXX. MCC. MCCCCXL. MDC. MDCC. MDCCC. MDCCCC. Ejus enim terræ forma in tabula ærea ab Imperatore Trajano juſſa eſt ſcribi, quod limitibus normalibus maritimis eſt aſſignatum. quomodo & ſuprà hos, id eſt quod juxta portum, in quo territorio omnis ager jugerationis modum collectum habet, ſicut & in cæteris nominatur.

a F. ſummum.

b F. aliquibus.

Colonia Junonia à III. viris eſt aſſignata, in qua limites intercisivi ſunt directi. Sed & numero pedaturæ limites ſunt conſtituti. in locis quibuſdam rivi finales, & cavæ quæ ex pactione ſunt aſſignatæ. Termini autem ſunt Silicinei pro parte, & diſtant à ſe in pedes CCXL. in ped. CCC. in ped. CCCLX. CCCCXX. CCCCLXXX. & DC. Cæteri normales *c* rivorum curſus ſervant.

c F. rigorum.

Colonia Nepenſis, ea lege ſervatur, qua ager & Faliſcorum Colonia. oppidanis eſt deducta, ante limites qui contra

contra Orientem per recturas deducebantur, poſtea ex omni latere ſunt extenuati. licet autem omnes agri ad modum jugerationis ſint aſſignati, tamen propter naturas locorum ſicuti *invenere*, artifices agrum cenſuerunt. Fecerunt terminos gammatos, riparum & coronarum naturam ſaxis ſignantes, & juga collium. Sunt & mixti termini, quos pro parte lapideos poſuerunt; alios ligneos, qui ſacrificales appellantur: qui diſtant à ſe in pedes CCCC. in pedes DC. in ped. DCC. in ped. DCCC. in ped. DCCCC. in pedes Ī. Cæteros normales, quorum longitudo per *a* rivorum curſus ſervatur.

a F. rigorum.

Ager Amerinus, lege Imperatoris Auguſti eſt aſſignatus, & veteranis quidem adjudicatus, & æſtimatione ubertatis legem ſunt ſecuti, ubi termini junguntur tam limitum quàm recturarum circa ipſum oppidum, ſed extra tertium miliarium lex Cæſariana operata eſt in abſoluto. ubi termini ſunt aſſignati, qui diſtant à ſe alii *aliis* in pedes ĪCC. alii in ped. MCCCCXL.

Colonia Spoletina lege Julia eſt aſſignata, in modum jugerationis, terminis lapideis longis, quos *ſemiſſales* vocant, qui diſtant à ſe in pedes ĪCCLI. ĪCCCCXX. ſemis II. III. quorum ea lege menſuras ſervari à noſtris juſſum eſt.

Ager *b* Tiberinus in centuriis eſt aſſignatus. poſtea juſſu Imperatoris in ſexagenos quinos prout occupavit *c* miſſis. plebe deficiente aliis paucioribus eſt aſſignatus, terminis pleropicis, in qua obſervatione rationem *d* tantum oſtendunt quantum recturam limitum.

b al. Tiburtinus.
c F. miles.
d F. tam o. quam.

Colonia Ferenticenſis, lege Sempronia eſt aſſignata. ſed quod ante limitibus centuriatis fuerat aſſignata, poſtea deficientibus veteraneis juxta fidem poſſeſſionis eſt recenſita, ſed numeris uncialibus termini ſunt conſtituti: id eſt Silicinei, craſſi longi, qui diſtant à ſe in pedes ĪCCCC. alii ab

aliis duplo longè, id eſt in pedes ICCCCLXXX. alii in pedes IDC. Cæteri, prout natura locorum invenit, poſiti ſunt.

Colonia Grumentium lege Auguſti cenſita eſt limitibus *a* grecanis, quæ recturas maritimas & montanas exſpectant. Poſtea per Cardines, id eſt Decumanos & Duodecumanos aſſignata eſt, & numerus centuriarum manet. quæ quadratæ in pedes IICCCC. expectant terminos lapideos, & *b* arcus, vel ſerias, *canabulas & novercas* quæ tegulis conſtruuntur. recipiunt ſemiſſalem pede quadrato. diſtant à ſe in pedes CCCVII. in pedes CCCCLXXX. in ped. DC. ſemis. in ped. DCCCXL. ſemis. in ped. IXX. Eadem ratione & Amerinos præparata: pro modo enim jugerationis per numeros eſt aſſignata.

a F. Gracchanis.

b F. orcas.

Colonia Tarquinos lege Semproniâ eſt aſſignata. cujus agri menſura in Trigono variis locis eſt collecta. Termini Silicinei ſunt appoſiti, quorum menſura eſt pedes duos longa, diſtans à ſe pedes DCC. alii ped. I. S. longi, diſtantes à ſe pedes DCCCLX. hoc in locis montanis. Alii juxta naturam loci ſpiſſiores ſunt, id eſt, ſine menſura vel numero *c* podiſmati ſunt in pedes CCXL. in ped. CCLX. in pedes CCLXXX. in pedes CCCIII. in ped. CCCXL. Nam circa regiones maritimas limites rectos cenſuerunt, & lapidibus his compactis curſum demonſtraverunt: agrum autem convallium *d* ordinariè diſpoſuerunt.

c F. podiſmi.

d al. ordine alio.

Colonia Fœdaturæ, ea lege qua ager Florentinus aſſignata eſt: in centuriis ſingulis jugera habens CC. Termini lapidei: alii ſaxiales, alii morales, craſſi ſemipede, habentes longum Tetrantem. diſtant à ſe pedibus centenis, & DCCXX. Quòd ſi fuerit craſſus acutalis, diſtat alius alio pedibus CCCCLX. & IDC. Si verò longus craſſus fuerit terminus, pedes ICC.

Legem poſuerunt menſores agris limitandis metiendiſve

partis


partis Tuſciæ priùs & Campaniæ *a* & Apuliæ. *b* Variæ autem regiones non habent æquales centurias vel menſuras. In cingulo Florentino, in centuriis ſingulis ſunt jugera cc. *c* Qui cum duxerint Decumanum latum pedes xl. Cardinem latum pedes xx, faciunt *d* centurios limites à Decumano & Cardine [&] quintum quemque [faciunt] in pedes xii. Cæteros verò limites facito in his limitibus reciprocis ex ſaxo ſilice aut molare, *e* ut ne deteriorent ſupra terram ſed pedem facito craſſum, item politum, rotundum. *f* Iteratim dimittito *ne* minus pedes duos, cæteros terminos qui in*ſuper* opus [eorum] ſunt, robuſtos ſupra terram pedes duos, craſſos ped. i. in terram dimittito pedes iii, eoſque circumcalcato, & ſcribito ita ut juſſero. *g* Quot ſubſicivis amplius jugera erunt, pro centuriis procedent: quot ſubſicivis minus jugera l. id pro dimidia centuria procedet. Hoc opus omne arbitratu Octavii Cæſaris, & Marci Antonii, & Marci Lepidi per tres Imperatores actum atque aſſignatum eſt.

a F. dein.
b F. variant a. r. nec h.
c F. Quum d.
d F. quintarios.
e F. aut ne deteriore. & ſ. t. ſeſquipedem f.
f F. In terram.
g F. Quod in ſubſicivis a. jugerum e. pro c. procedet. quod in ſubſ.

Colonia Florentina deducta per Tres viros, aſſignata lege Julia centuriis Cæſarianis eſt in jugera cc. per Cardines & *h* Decumanos. Termini ejus rotundi, pedales; & illi diſtant à ſe in pedes iiccccc. Sunt & medii termini, qui dicuntur Epipedonici pede longi & craſſi; diſtantque à ſe pedes icc. Cæteri proportion*al*es [ſuæ] ſunt, & *i* inter ſe ſuos limites ſervant: quos veterani pro obſervatione partium ſtatuerunt cuſtodiendos. qui non ad rationem vel recturam limitum pertinent, ſed ad modum jugerationis cuſtodiuntur. & diſtant alius alio pedes dc. Quorum limitum curſus nulla interjecta diſtantia in utraſque laterum partes ac territoria current, ut infrà monſtravi:

h al. Duoducumanos.
i intercilivos.

Cere-



Ceretium municipium familia Marii obſidebant: Poſtea à Druſo Cæſare militibus & ipſi familiæ in jugeribus eſt aſſignatum. Iter populo non debetur.

Amiternum oppidum muro ductum, à Tribus viris munitum. Iter populo non debetur. Ager ejus militi *a* modico eſt aſſignatus, in lacineis & limitibus interciſivis.

a F. metœco.

Ager Lunenſis ea lege qua & ager Florentinus aſſignatus eſt. Limites ejus in horam ſextam cónverſi ſunt, & ab Occidente plurimùm diriguntur. Sunt & termini alii qui aſtant in centuriarum numero poſiti. Sunt & alii ad recturas linearum monſtrandas.

Caſſium oppidum *b* militi regionarii diviſerunt. Iter populo non debetur. Nam eidem militi ager ejus in præcenſurâ eſt aſſignatus.

b F. milites legion.

c Frixinona oppidum muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus veteranis eſt aſſignatus.

c F. Fruſinona.

Forum Popilii oppidum muro ductum. Iter populo debetur pedibus xv. Limitibus Auguſteis ager ejus in jugeribus eſt aſſignatus: Nam Imperator Veſpaſianus poſtea lege ſua agrum cenſeri juſſit.

Ferentinum oppidum muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus peregrinis militibus pro parte in jugeribus & lacineis eſt aſſignatus.

Hoſtenſis ager ab Imperatoribus Veſpaſiano, Trajano, & Adriano in præciſuris, & lacineis, & ſtrigis, colonis eorum

eorum eſt aſſignatus: Sed poſtea Severus & Antoninus & Commodus aliqua privatis conceſſerunt.

Neapolis muro ducta. Iter populo debetur pedibus LXXX. Sed ager ejus ut Syriæ & Paleſtinæ à Græcis in jugeribus eſt aſſignatus, & limites interciſivi ſunt conſtituti. Inter quos & poſtea milites Imperatoris Titi legem modumque jugerationis ob meritum acceperunt.

Nuceria Conſtantina muro ducta juſſu Imperatoris Auguſti. Iter populo debetur pedibus LX. Ager ejus limitibus Julianis aſſignatus eſt. lege Auguſti limites aſſignati & alibi in abſoluto reſident.

Campi Tiberiani jugeribus *xx & quinis* eſt aſſignatus à Tiberio Cæſare. & termini Tiberiani nuncupantur. qui diſtant à ſe per pedes ĪXX. per pedes ĪD. alibi per pedes DCCC. per DC. alibi per DCCXX. Qui termini recipiunt menſuram parallelogrammam. per pedes LXX. & C. ſemis. Cæteris limitibus normalibus recturæ concurrentibus.

Colonia Gravis ab Auguſto deduci juſſa eſt. Nam ager ejus in abſoluto tenebatur. Poſtea à Tiberio Cæſare jugerationis modum ſervandi cauſa, lapidum *a* imminentium *rectura* R.P. loca aſſignavit. Nam inter privatos *b* gregibus terminos poſuit, qui diſtant à ſe brevi intervallo, & facilè reperiuntur. Sunt & per recturas poſitæ interjecturæ, quæ communi ratione Gallorum in jugeribus limitibus interciſivis ſunt aſſignatæ, *c* ubi culturarum cæterarum in abſoluto eſt relictum in montibus, *d* & ſubciſivis. quod *e* reges cenſuerunt. Nam & inter multa hereditaria accepit ejus populus agrum, qui in fundo ſuo ter vel quater vicenis ſitus eſt in jugeribus, & jure ordinario poſſidetur: ſicut I*n*teramne Fluminea, & Interamne Paleſtina Picenenſis.

a F. eminentium.
b F. egregios.
c F. ubi cultura nam cæterum in abſ.
d F. ut.
e F. leges.

Caſſinus, muro ducta lege Triumvirali in jugeribus eſt aſſignata. Iter populo non debetur.

Aqui-

Aquinus, muro ducta. colonia. lege Triumvirali deducta. Iter populo debetur pedibus LXXX. Ager ejus peregrinis militibus eſt aſſignatus.

Avellinos, muro ducta. colonia. lege Semproniâ. Iter populo non debetur. Ager ejus veteranis eſt aſſignatus.

Antium, populus deduxit. Iter populo non debetur. Ager ejus in laciniis eſt aſſignatus.

Nurſia, muro ducta. colonia. Divus Auguſtus eam deduci juſſit. Iter populo debetur pedibus LXXX. Ager ejus in jugeribus eſt aſſignatus.

Atella, muro ducta. colonia. Auguſtus eam deduxit. Iter populo non debetur. Ager ejus per centurias in laciniis & ſtrigis eſt aſſignatus.

Alatrium, muro ducta. colonia. Auguſtus eam deduxit. Iter populo non debetur. Ager ejus per centurias & ſtrigas eſt aſſignatus.

Aricia, oppidum. lege Syllana eſt munita. Iter populo non debetur. Ager ejus in præciſuris eſt aſſignatus.

Ætium, municipium *a* coloniæ vel familiæ Imperatoris Veſpaſiani juſſu acceperunt. Poſtea in laciniis ager ejus eſt aſſignatus. Iter populo non debetur.

a F. coloniave. familia Imp.

Tamirum oppidum, Imperator Adrianus cenſuit. Iter populo non debetur. Ager ejus in laciniis eſt aſſignatus.

Allia oppidum muro ductum. lege Triumvirali ager ejus eſt aſſignatus. Iter populo non debetur.

Beneventum. muro ducta. colonia, Concordia. deduxit Nero Claudius Cæſar. Iter populo non debetur. Ager ejus lege Triumvirali veteranis eſt aſſignatus.

Bovianum oppidum lege Julia milites deduxerunt *ſine* colonis. Iter populo debetur pedibus X. Ager ejus per centurias & ſcamna eſt aſſignatus.

Bobile oppidum lege Syllana eſt circumductum. Iter populo

populo debetur. Agrum ejus ex occupatione milites veterani tenuerunt in ſortem.

Capua, muro ducta. colonia Felix. lege Julia juſſu Imperatoris Auguſti à Viginti viris eſt aſſignata. Iter populo debetur pedibus c. Ager ejus lege Sullana fuerat aſſignatus à Cæſare Auguſto in jugeribus, ſed poſtea militibus dividi juſſus eſt pro merito.

a Galatia, oppidum. muro ductum. Iter populo debetur pedibus LX. Coloniæ Capuenſi à Felice [comite] cum territorio ſuo adjudicata hoſtica pugna. *a* F. Calatia.

Claudium, oppidum. muro ductum. Iter populo debetur per pedes L. à Cæſare Auguſto coloniæ Beneventanæ cum territorio ſuo *eſt adjudicata.* ager ejus veteranis eſt aſſignatus. Poſtea menſuratus limitibus eſt *b* cenſivis. *b* F. intercifivis.

Cumis, muro ducta. colonia. ab Auguſto deducta. Iter populo debetur per pedes LXXX. Ager ejus in jugeribus veteranis eſt aſſignatus juſſu Cæſaris.

Gallis, municipium. muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus limitibus *c* græcanis ante fuerat aſſignatus. Poſtea juſſu Cæſaris Auguſti militib. eſt renormatus. *c* F. Gracchanis.

Capitolum, oppidum. lege Syllanâ eſt deductum. Iter populo non debetur. Agrum ejus pro merito occupavit miles, & non tenuit. Sed poſtea Cæſar limites reformari juſſit pro merito caſtri.

Lemonium, oppidum. lege Syllanâ eſt munitum. Iter populo non debetur. Ager ejus ex occupatione tenebatur. Poſtea Nero Cæſar tribunis & militibus eum aſſignavit.

Catium, oppidum. lege *d* græcana eſt munitum. Ager ejus veteranis eſt aſſignatus. Iter populo non debetur. *d* F. Gracchana.

Divinos, municipium. familia Divi Auguſti condidit. Ager ejus veteranis eſt aſſignatus ſine lege.

Eſernia, colonia. deducta lege Juliâ. Iter populo debetur pedib. x. Limitibus Auguſteis eſt aſſignata.

Fruſinona, oppidum. muro ductum. Iter populo debetur. Ager ejus veteranis eſt aſſignatus.

Forum Livii, oppidum. muro ductum. Iter populo debetur pedibus xv. Limitibus Auguſteis ager ejus in jugeribus eſt aſſignatus. Sed Imperator Veſpaſianus poſtea lege ſua agrum cenſeri juſſit.

Colonia Volterrana, lege Triumvirali eſt aſſignata. In centurias ſingulas jugera cc. Decumanis & Cardinibus aſſignata. quam omnem diviſam, veterani pro parte habuere. In qua limites recipiunt intervalla pedum iicccc. in quibus centuriis unuſquiſque miles accepit jugera xxv. & l. & xxxv. & lx. Termini ea lege ſunt conſtituti, qua ſuperiùs.

Colonia Capis, pro æſtimatione ubertatis eſt aſſignata. & pro natura locorum ſunt agri aſſignati. Nam termini in variis locis ſunt appoſiti. id eſt in planitie ubi miles portionem habuit. Qui termini diſtant à ſe in pedes lx. lxxx. c. cxx. cxl. cl. clx. clxxx. cc. ccxx. ccxl. ccc. Si longius natura loci tendatur, ſunt in pedibus dc. dcc. dccccxl. dccccgclx. mxx. mcc. mccccxl. md. Cæteris autem locis, vias, cavas, itinera, coronas. Sicut ante colonias nominatas exquiſita ſunt, exſequi oportet. ne id ſequaris quod aliqua pars poſteriori tempore, pacis deciſioniſve cauſa inter ſe cenſuerunt.

Frabateria, muro ducta. Iter populo non debetur. Ager ejus jure ordinario eſt diviſus.

Fundis, oppidum. muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus ſub Auguſto veteranis *ubi* eſt cultura, aſſignatus. Cæterum in ejus jure & in publico reſidet.

Gavis, oppidum. lege Syllana munitus. Ager ejus militi ex occupatione cenſitus eſt. Iter populo non debetur.

Lauro-

Lauro-Lavinium lege & conſecratione veteri manet. Ager ejus ab Imperatoribus Veſpaſiano, Trajano, & Adriano in laciniis eſt aſſignatus. Iter populo debetur pedibus cxx. Ager ejus in jugeribus veteranis eſt aſſignatus.

Lanubium, muro ductum. colonia deducta eſt à Divo Julio. Ager ejus limitibus Auguſteis pro parte eſt aſſignatus militibus veteranis, & pro parte virginum Veſtalium poſſeſſioni lege Auguſtana datus fuit. Sed poſtea Imperator Adrianus colonis ſuis agrum aſſignari juſſit.

Liguris Vevianus & Cornelianus, muro ductus Triumvirali lege. Iter populo non debetur. Ager ejus poſt bellum Auguſtianum veteranis eſt aſſignatus.

Minturnæ, muro ducta colonia à Cajo Cæſare. Iter populo non debetur. Ager ejus pro parte in jugeribus eſt aſſignatus. Cæterum in abſoluto eſt relictum.

Nola, muro ducta. colonia Auguſta. Veſpaſianus Auguſtus deduxit. Iter populo debetur pedibus cxx. Ager ejus limitibus Sullanis militibus fuerat aſſignatus. Poſtea intercisivis menſuris familiæ eſt adjudicatus.

Puteolis, colonia Auguſta. Auguſtus deduxit. Ex uno latere iter populo debetur pedibus xxx. Ager ejus in jugeribus veteranis & tribunis legionariis eſt aſſignatus.

Preneſte, oppidum. Ager ejus à Quinquaginta viris pro parte in jugeribus eſt aſſignatus culturæ. Cæterùm in abſoluto eſt remiſſum circa montes. Iter populo non debetur.

Privernum, oppidum. muro ductum. colonia. militibus deducta ſine colonis. Iter populo debetur pedibus xx. Ager ejus pro parte cultus, in jugeribus eſt aſſignatus. Cæterum in laciniis vel in abſoluto remanſit.

Surrentium oppidum, muro ductum. Ager ejus ex occupatione tenebatur à Græcis *a* abſconſæ ratione Minervæ.

a F. ab conſecratione M.

væ. ſed & circa montes Syrenianos limitibus Auguſteanis pro parte aſſignatus. Cæterum in abſoluto remanſit. Iter populo debetur pedibus xv. [ubi Syrenæ?]

Sueſſula, oppidum. muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus in jugeribus limitibus interciſivis militibus eſt aſſignatus.

Sinueſſa, oppidum. muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus in jugeribus limitibus interciſivis eſt aſſignatus.

Sueſſa Aurunca, muro ducta. lege Sempronia eſt deducta. Iter populo non debetur. Ager ejus pro parte limitibus interciſivis eſt aſſignatus.

Sora, muro ducta. colonia. deducta juſſu Cæſaris Auguſti. Iter populo debetur pedibus xv. Ager ejus limitibus Auguſteis veteranis eſt aſſignatus.

Segnia, muro ducta. colonia. à militibus & Triumviris munita. Iter populo non debetur. Ager ejus in præciſuras limitibus Triumviralibus eſt aſſignatus.

Setia, muro ducta. colonia. Triumvirali lege eſt munita. Iter populo debetur pedibus xv. Ager ejus in abſoluto *a* ex occupatione à militibus tenetur.

a al. ex o. aſſignatus.

Teleſia, muro ducta. colonia. à Triumviris deducta. Iter populo debetur pedibus xx. Ager ejus limitibus Auguſteis in omnibus eſt aſſignatus.

Teanum Syricinum, colonia. deducta à Cæſare Auguſto. Iter populo debetur pedibus LXXXV. Ager ejus [limitibus] *b* metricis hominibus IIIICL. limitibus Auguſteis eſt aſſignatus.

b F. metœcis h.

Tribulæ, municipium. Iter populo non debetur. Ager ejus limitibus Auguſteis in omnibus eſt aſſignatus.

Terracina, oppidum. Iter populo non debetur. Ager ejus in abſoluto eſt dimiſſus.

Tuſcu-

Tuſculi, oppidum. muro ductum. Iter populo non debetur. Ager ejus menſura Syllana eſt aſſignatus.

Terebentum, oppidum. Ager ejus in præciſuras & ſtrigas eſt aſſignatus, poſt tertiam obſidionem limitibus Julianis. Iter populo non debetur.

Bellitras, oppidum. lege Semproniana fuerat deductum. Poſtea Claudius Cæſar agrum ejus limitibus Auguſteis cenſitum militibus aſſignari juſſit.

Lubra, oppidum. à Triumviris erat deductum. Poſtea à Druſo Cæſare eſt irruptum. Ager ejus in omnibus eſt aſſignatus. Iter populo non debetur.

Vulturnum, muro ductum. colonia. juſſu Imperatoris Cæſaris eſt deductum. Iter populo debetur pedibus xx. Ager ejus in omnibus eſt aſſignatus villarum poſſeſſoribus.

Venafrum, oppidum. Quinqueviri deduxerunt ſine colonis. Iter populo debetur pedibus xx. Ager ejus in laciniis limitibus intercisivis eſt aſſignatus. ſed & ſumma montium jure templorum ſunt ab Auguſto cenſita.

Verulæ, oppidum. muro ductum. Ager ejus limitibus *a* græcanis in omnibus eſt aſſignatus, & ab Imperatore Nerva colonis redditus. *a* F. Gracchanis.

Ager Carſeolis. Iter populo non debetur. Uſque ad muros agrum ejus privati poſſident. Montes poſſidentur nomine Romano, qui uſque ad Suram deficiunt. In quibus montibus poſiti ſunt rotundi termini.... juga, limites, rupes, diverſa loca arboribus diverſis veſtita, aquarum divergia, vel univerſa poſitio terminorum. In campis verò ſtatuerunt terminos quadratos curſorios, ſpatulas vel mœtas aſſignatas, & interjectis locis arcas & monumenta, vel alia teſtimonia.

Huic addendæ ſunt menſuræ limitum & terminorum, ex libris Auguſti & Neronis [&] Cæſarum: ſed & Balbi

 men-

menſoris, qui temporibus Auguſti omnium provinciarum formas, & civitatum menſuras *a* compertas in commentarios contulit, & legem Agrariam per univerſitatem provinciarum diſtinxit ac declaravit.

a al. comparatas.

EX LIBRO BALBI PROVINCIA PICENI.

* * * * * * *

Picenenſis item ager determinatur limitibus maritimis & Gallicis, quos dicimus Decumanos & Cardines. Nam eorum delimitatio eſt per rationem arcarum, vel riparum, vel canalibus, & noverca, quæ tegulis conſtruitur. Aliis verò locis per muros, hermulas, macerias, ſcorpiones, congeries, carbunculos, & variis locis *per* terminos Auguſteos. Fit & diverſis metallis materiæ ligneæ vel ſaxorum, quorum curſus pedibus ΙΙcccc. fines in Piceno terminantur, licet generaliter requirendum eſt.

Ager Spoletinus in jugeribus & limitibus intercifivis eſt aſſignatus, ubi cultura. *b* centuriarum in abſoluto eſt reliquum in montibus, ſuoque ipſo jure cenſuerunt. Nam [&] *c* multa loca hereditario jure accepit ejus populus & agrum, qui à fundo ſuo tertio vel *d* quater vicenis ſitus, *e* eſt in jugeribus jure ordinario poſſidetur. ſicut Interamne Flaminia, & Interamne Paleſtina Piceni.

b F. cæterum.
c F. ultra.
d F. quarto vicino.
e F. &

Ager Lunenſis. ager Sentino oppidum, limitibus maritimis & montanis lege Triumvirali aſſignatus eſt, & loca ejus hereditario jure populus accepit.

Ager Tolentinus ſimiliter eſt aſſignatus.

Ager Anconitanus limitibus Gracchanis per centurias eſt aſſignatus.

Ager Auſimatis itidem eſt aſſignatus.

Ager Firmanus Triumviralibus limitibus in centuriis per jugera eſt aſſignatus.

Ager

Ager Senigallienſis, & Potentinus, Reginenſis, & Pauſulenſis itidem eſt aſſignatus.

Ager Aſculanus locis variis limitibus intercifivis eſt aſſignatus, terminis Claudianis eſt limitatus palis ligneis ſacrificalibus. per quorum limitum intervalla diſtant pedes īccv. & infrà. Cæterùm & rivorum tenor finitimus obſervatur, & ager ejus limitibus eſt aſſignatus.

Ager Cornelienſis, Trointanis, Caſtranus, Aternenſis lege Auguſtea eſt aſſignatus.

Ager Adrianus, Nurſinus, & Falerionenſis, & Pinnenſis limitibus maritimis & Gallicis, quos dicimus Decumanos & Cardines, aſſignantur. Nam eorum delimitatio eſt per rationem arcarum, riparum, vel canalibus, & noverca, quæ tegulis conſtruitur. Aliis verò locis habent muros, macerias, congeries, ſcorpiones, carbunculos. & variis locis terminos Auguſteos, per quorum nomina in Piceno fines terminantur.

Camerina muro ducta. Iter populo non debetur.

a Atelica oppidum. Iter populo debetur pedibus LXXX.

Septempedum oppidum. Iter populo non debetur.

Ager *b* Atteiati oppidum. Iter populo non debetur. Nam agri eorum tribus limitibus ſunt aſſignati, & in centuriis; per quorum intervalla ſunt pedes īcccc. IↃC. $\overline{\text{II}}$CC. IICCC. IIↃ. Eorum curſus eſt per rationem arcarum, riparum, canabola, vel novercas. & variis locis terminos Auguſteos.

a al. Satelica. F. Saticula. vel: Matilica.
b F. Attidiati.

ITEM divi Juli Auguſtei pro hac ratione ſunt, quod Auguſtus eos recenſuit, & ubi *non* fuerunt, lapides alios conſtituit, & omnem terram ſuis temporibus fecit remenſurari, qui lapides Gai Cæſar. lapides rotundi ex ſaxo ſilice, aut molari, qui pede in terra, ſuper pedes II s. & ped. IIII. & diſtant à ſe pedes $\overline{\text{II}}$CCCC. ſunt & alii Neroniani, Veſpa-

Veſpaſiani & Trajani Imperatoris *a* laminæ, & quadrati in diverſis numeris conſtituti, in quibus alii gammati, alii velut natura locorum permiſit, ita ſunt poſiti. qui diſtant à ſe in pedes ccxl. alii in ped. cxx. alii in pe. ccc. alii in pedes ccccl x. alii in p. ccccxx. alii in ped. ccccxxx. alii in ped. dc. alii in p. dccxx. & in p. dccxl. & in ped. dccclx. & in ped. ɪxɪcc. nam & in ſaltibus, ſcorofionibus & carvunculis. Scorofiones id eſt moles petrarum conſtructi, & diſtant à ſe in pedes ɪxɪ. cc. in ped. ɪxɪccccxl. in p. ɪxɪdclxxx. & in ped. ii. & iij. In aliis vero locis monumenta ſepulcráve quæ tamen in extremitate ſunt poſita, reliquum prout regio habet.

a al. lamnæ.

PROVINCIA VALERIA.

AGER AMITERNINUS. Iter populo non debetur. nam ager ejus in tetragonon eſt aſſignatus per nomina arcarum riparum, macerias, ſcorofiones, congerias, carvunculos. nam locis montuoſis, loca ſaxuoſa termini ſunt conſtituti Tiburtini in effigie *b* tituli in tetragonon. Alii trigonii, alii rotundi in effigie columnæ; quorum menſura licet diverſa ſit, tamen diſtant à ſe in pedibus ccxxx. in ped. cccxl. in ped. ccccxx. in pedib. dclx. in ped. dclx. in dccxc. in ped. dccccxx. in ped. ɪxɪcc. in ped. ɪxɪcccxl. in ped. ii. in ped. ii. ccccl. interjectis locis petræ nativæ ſignatæ inveniuntur, aut certè ſacra conſtituta ſunt, quæ & ipſa ſine dubio finitima obſervanda ſunt.

b F. tutuli.

AGER *c* VEIOS ea lege eſt aſſignatus qua eſt ager amiterninus.

c H. AVIUS vel AVEIUS.

AGER CORFINIUS lege Sempronia eſt aſſignatus. Iter populo debetur p. lxxx. cujus agri menſura in tetragonon variis locis eſt collecta, & termini ſilicei ſunt adpoſiti, quo-

quorum diſtantia eſt in ped. dccxx. in ped. decclx. Hoc in locis montuoſis, in *a* quibus alii juxta naturam loci ſpiſſiores [ſunt], id eſt ſine menſura ſunt adpoſiti, & interjectis locis, muros, macherias, lacos convallium, aras, canabula, quod tegulis conſtituitur. *a* F. in aliquibus jux.

COLONIA SUPERÆQUANA. Ager ejus veteranis eſt aſſignatus, ſed poſtea *b* Severus & Antoninus & Commodus aliqua privatis conceſſerunt. *b* H. Verus.

COLONIA *c* PELTINORUM. Iter populo non debetur. Ager ejus limitibus interciſivis eſt aſſignatus. *c* al. PELTUINOR.

MARSUS MUNICIPIUM. Licet conſecratione veteri maneat, tamen ager ejus in tribus limitibus eſt aſſignatus.

COLONIA *d* SOLOMONTINA. Ea lege eſt aſſignata qua & Corfinius. *d* H. SULMONTINA.

IN MAPPA *e* ALBANENSIUM INVENIUNTUR HÆC.

e al. ALBENSIUM.

AGER *f* HECLANENSIS. Iter populo non debetur. *f* F. Æcilanenſis.

AGER BENUSINUS, limitibus Gracchanis binas ſequutus eſt.

AGER CANUSINUS. Iter populo non debetur. In jugeribus numero duocentenis eſt aſſignatus. Idem Herdona. Auſcinus. Arpanus. Collatinus. Sipontinus. Salpinus. & quiqui circa montem Garganum ſunt in centuriis quadratis, in jugera numero cc. lege Sempronia & Julia. Kardo in meridianum, & Decumanus in orientem idem & Theanus Apulus. Iter populo non debetur.

AGER LUCERINUS. K. & D. eſt aſſignatus. ſed curſum ſolis ſunt ſequuti, & conſtituerunt centurias *g* circa curſum orientalem actus numero *h* lxxx. & contra meridianum actus numero *i* xv. efficiuntur jugera numero dcxl. Iter populo non debetur. *g* F. contra. *h* F. xl. *i* F. xvi.

PROVINCIA CALABRIA, Territorium Tarentinum, & Lippienſe, & cætera in ſaltibus ſunt aſſignata, & pro æſtimio ubertatis ſunt præciſa. nam variis locis menſuræ actæ ſunt, & jugerationis modus collectus eſt. Cætera autem prout quis occupavit poſteriore tempore cenſita ſunt, & poſſidenti aſſignata Imp. Veſpaſiani cenſitione & juſſu. Iter populo non debetur.

PROVINCIA DALMATIARUM. In diverſas regiones, vicos vel poſſeſſiones hæc ſunt teſtimonia ſive vocabula, agralia dividentia in montibus, & per loca arida, & confragoſa. petras aſſignatas *a* inveniuntur. Summa montium, terminos Auguſteos id eſt rotundos, in effigiem Columnæ aliqua litera (ſignati alii *alii* vero non ſunt ſignati) arcas finales, grumos, arbores antemiſſas, intactas à ferro, congerias maceriæ, id eſt ubi ſaxa collecta ab utriſque limites dederunt, petras, ſacrificales aras, in quibus locis arbores intactæ ſtare videntur. in his locis veteres ſacrificium faciebant. *b* certa loca, viæ militares finem faciunt. alibi vero devexa montium, ripæ currentes finem faciunt. Aliquando monumentis, ſepulchris terminos curſorios in effigiem tituli conſtitutos, & in trigonium. *c* certa loca, rivi & canabulæ & novercæ, ſcoroſiones ubi duo fines cuneati ſe jungunt ſi fortè in campeſtribus locis, ubi agri in planitia ſunt, in jugeribus aſſignata ſunt.

a F. inveniunt per ſ.

b F. deſerta.

c F. deſerta.

PRÆTEREA VICUM SAPRINUM & Clinivatium. *d* In terra voratos & ſardiatas teſtimoniis dividi, ripis, rivis, arboribus antemiſſis ut ſupra dixi, loca, pali ſacrificales, tumor terræ, in effigiem limitis conſtitutus. aliquotiens enim petras quadratas inſcriptas. non enim omnis titulus inſcriptionibus indutus eſt, nam & ipſi montes ſic terminantur. Alia loca ſubſeciva ſunt, quæ in menſura non venerunt, ſi convenerit inter poſſeſſores, poſſident: ſi non

d F. Interpolatos. vel, Internotatos.

ſi non convenerit, remanent poteſtati. Alia loca ſunt præfectoria, quæ ad publicum jus pertinent.

FRAGMENTA TERMINALIA.

* * * * currentis finem faciunt.

Etenim ſepulcra in extremis finibus facere ſoliti ſunt. quod rationes finium recipere videntur.

Item concurrentium linearum atque ſecantium ſe invicem in utriuſque cuſtodit limitum rationem diſcernit.

Sunt etiam monumenta in exterioribus conſtituta quæ fidem publicam tenent. finalia eſſe arbitramur.

Ideo ſepulcra ſequenda ſunt, quæ extremis finibus concurrentib. plures curſus agrorum expectant. omnia enim monumenta dominos teſtantur.

Sunt & termini curſorii in effigiem *a* tituli conſtituti, recditudinem tenentes, & inter ſe ſpatium.... habentes. *a* F. tutuli.

Sunt & mixti termini. pro parte lapideos poſuerunt: alios ligneos, qui ſacrificales appellantur.

b Certa loca. rivi finales. canabulæ vel novercæ quod tegulis conſtituuntur. *b* F. deſerta.

Scurpiones, ubi duo fines cuneati ſe jungunt.

Si fortè in campeſtria loca, ubi agri in planitia ſunt conſtituti in jugeribus, & ſignata ſunt in quib. locis, ut ſupra diximus, ſimilia ſigna inveniuntur.

Item *c* in terram voratos, rivis, arboribus, antemiſſis, intactis, ut ſupra diximus, ſacrificales. *c* F. interpolatos, vel internotatos.

Tumor terræ in effigiem limitis conſtitutus.

Petras majores molares.

Foveas vel metas.

a Lacos & legonatos ex fabricis conſtructos.

b Calaſaſiones.

a al. Lacus & legonatus & fabritiis conſtr.
b al. Calaviones.

Alicotiens enim petras quadratas & ſcriptas, quæ indicant cujus agri quis dominus, quod ſpatium tueatur.

Non enim omnis titulus inſcriptionibus eſt inductus. quoniam aliquibus locis non ſunt lapides ſcripti ſed in effigiem terminorum poſiti, quos curſorios vocamus.

Nam & ipſi montes omnino loca determinant. Quod auctores in libro deſcripſerunt propoſitione litterarum ad ſingula nomina fundorum quæ expoſuerunt, ſine dubio erit obſervandum.

Termini vero non unam menſuram inter ſe continent.

Jubente Auguſto Cæſare, Balbo menſore, qui omnium provinciarum menſuras diſtinxit ac declaravit per teſtimonia quæ ſupraſcripta *&* fines locorum terminantur.

Sunt enim termini quib. fides non eſt adhibenda. iſti dicuntur *c* itineri. omnes limites itineri publico ſervire debebant, qui dextra ac ſiniſtra fines privatos dividunt & in medio iter publicum. hij tales non ſunt in omnibus locis.

c F. itinerarii.

Utique ſub omnes terminos ſignum invenire oportet. Quod ergo fuerit inventum pro loco termini obſerventur, & cuſtodiri debet ut ab uno ad unum dirigantur, & ſi nota ſit, ad notam.

Si enim ſunt certæ leges conſuetudines & obſervationes. ſemper ſignum in omnibus finibus poſitum *d* eſt. aut aliqui cineres: aut carbones: aut teſtæ: aut oſſa: aut vitrum: aut maſſæ ferri: aut aëreæ: aut calce: aut gypſo: aut vaſa fictilia invenir*e*mus. & cum quibuſdam ſaxorum fragminibus conculcabant atque diligenti cura firmabant, ut firmius ſtarent. tale ergo ſignum inter dominos inter quos fines terminabantur, faciebant.

d F. eſſet.

Ter-

Termini vero non ſunt omnibus locis. ſed infinita alia multa ſunt teſtimonia.

Sunt & medii termini dicti *a* epidonici, longum & craſſum diſtant à ſe in pedes trecentos.

Ceteri *b* propoſitionales ſunt, & *c* inter ſe ſuos limites ſervant, quos veterani per obſervationem partium ſtatuerunt cuſtodiendo: qui non ad rationem vel recturam limitum pertinent; ſed modum jugerationis cuſtodiunt. aliqui diſtant à ſe in pedes DC. Hij tales diſpiciendi erunt, quia lex eadem limitum eos prædamnavit.

a F. epipedonici ped. long.

b S. portionales. F. proportionales.


c F. intercifivos limit.

FINIT.

HYGINI AUG. LIB. DE LIMITIBUS CONSTITUENDIS.

INTER omnes menſurarum ritus ſive actus eminentiſſima traditur limitum conſtitutio. Eſt enim illi origo cœleſtis & perpetua continuatio quadam latitudine rectura dividens noſtra territoria. Hac forma ſoli pulcer habitus ſemper eſt, & agrorum ſpecioſa deſignatio. conſtituit enim limites non ſine mundi ratione. quoniam decumani ſecundum ſolis curſus diriguntur, cardines à [poli] axe mundi. Primum hæc ratio menſuræ conſtituta eſt ab Hetruſcorum aruſpicum diſciplina, qua illi orbem terrarum in duas partes ſecundum ſolis curſum diviſerunt: dexteram appellaverunt, quæ ſeptentrioni ſubjacebat; ſiniſtram, quæ ad meridianum terrarum eſſet. *a* ortum & occaſum, quod eo ſol & luna ſpectant, *b* alteram lineam duxerunt à meridiano in ſeptentrionem, & mediam ultra anticam, citra poſticam nominaverunt. ex quo hæc conſtitutio limitibus templorum adſcribitur. Ab hoc exemplo antiqui menſuras agrorum normalibus longitudinibus incluſerunt. Primum duos limites conſtituerunt: unum, qui ab oriente in occidentem dirigeret: hunc appellaverunt duocimanum, ideo quod terram in duas dividat partes, & ab eo omnis ager nominetur. Alterum à meridiano ad Septentrionem, quem Kardinem nominaverunt, à mundi Kardine.


a F. Ortum unde, Occaſum quo ſol. *b* F. altera linea didux.



Duo-

Duocimanum poſtea decimanum appellaverunt: quare à decem potius quam à duobus, ſicut duopondium nunc dicimus dupondium, & quod dicebant antiqui *a* duo vinginti: nunc dicimus viginti, ſimiliter duocumanus, decu-

a ſc. duiginti.



manus eſt factus. Reliquos limites fecerunt anguſtiores. & qui ſpectabant in orientem, prorſos, qui ad meridianum, tranſverſos appellaverunt.

Limites autem appellati à limo, antiquo verbo; id eſt, tranſverſi. Nam & limum cinctum ideo *dixere* quòd purpuram tranſverſam habebat: item limina hoſtiorum. poſtea & prorſos & tranſverſos limites appellaverunt, à liminibus, quòd per eos agrorum itinera ſervantur. poſtea apud quoſdam nomina à loci natura acceperunt: & qui ad mare *b* ſpectant, maritimos: qui ad montem, montanos appellaverunt.


b al. exſpectant. & ita ſæpe.

Omnis ergo hujus menſuræ & recturæ longitudo rationalis, limes appellatur: nec intereſt quicquam, decumanum dicamus, an limitem. Decumanus autem primus, maximus appellatur, item Kardo: nam latitudine cæteros præcedunt. Sunt alii limites actuarii, alii *c* linearii. Actuarius eſt limes, qui primus actus eſt, & ab eo quintus quiſque: quem

c al. lineales.

quem ſi numeres cum primo, erit ſextus: quoniam quinque centurias ſex limites cludunt. Reliqui medii limites linearii appellantur, in Italia ſubruncivi. Actuarii autem extra maximos, Decumanum & Cardinem latitudinem habent ped. XII. Per hos iter populo, ſicut per viam publicam debetur. ita enim cautum eſt lege Sempronia & Cornelia & Julia. Quidam ex his latiores ſunt XII. pedibus. ut hi qui ſunt per viam publicam [militarem] acti. habent enim latitudines viæ publicæ. linearii limites menſuræ tantum diſterminandæ cauſa ſunt conſtituti: & ſi finitimi *a* interveniunt, latitudinem ſecundum legem Mamiliam accipiunt. In Italia itineri publico ſerviunt ſub appellatione ſubruncivorum. habent latitudinem pedum octonûm. Hos conditores coloniarum fructus aſportandi cauſa publicaverunt. Nam & poſſeſſiones pro æſtimio ubertatis anguſtiores ſunt aſſignatæ: ideoque limites omnes non ſolum menſuræ, ſed & publici itineris cauſa, latitudines acceperunt.

a F. iter volunt.



SECUNDUM antiquam conſuetudinem limites in occidentem diriguntur: quare *b* non omnis agrorum menſura in


b F. nomine omn.

in orientem potius quàm in occidentem ſpectat. *a* In orientem, ſicut ædes ſacræ. Nam antiqui architecti in occidentem templa ſpectare rectè ſcripſerunt. poſtea placuit omnem religionem eô convertere, ex qua parte cæli terra inluminatur. Sic & limites in orientem conſtituuntur.

a F. ſicut in orientem ædes ſac.

Multi ignorantes mundi rationem, ſolem ſunt ſecuti, hoc eſt ortum & occaſum, *b* quod in ſemel ferramento comprehendi non poteſt. Quid ergo? poſita auſpicaliter


b F. quod ipſummet ferr.




groma, ipſo fortè conditore præſente. proximum vero ortum comprehenderunt, & in utramque partem limites miſerunt, quibus cardo in horam ſextam non conveniet.

Et quidam, ne proximarum coloniarum limitibus *c* ordinatos limites mitterent, relicta cæli ratione menſuram conſtituerunt, qua tantum modus centuriarum, & limitum longitudo conſtaret.

c F. ordinatis l. immit.



Quidam agri longitudinem ſequuti, & qua longior erat fecerunt decumanum: quidam in totum converterunt, & fecerunt Decumanum in meridianum, & Kardinem in orientem, ſicuti in agro Campano, qui eſt circa Capuam.




Modum autem centuriis quidem ſecundum agri amplitudinem dederunt. In Italia triumviri jugerum quinquagenûm, alicubi ducenûm: Cremonæ juger. ccx. Divus Auguſtus in Beturiæ Emerita juger. cccc. Quibus diviſionibus decumani habent longitudinis actus in Orientem N̄. xl. Kardines actus xx. Decumanus eſt in orientem. Quibuſdam deinde coloniis perticæ fines, hoc eſt primæ *a* aſſignationes aliis limitibus, aliis præfecturæ continentur.

a F. aſſignationis.

In

In Emeritenſium finibus aliquæ ſunt præfecturæ, quarum decimani æquè in orientem diriguntur, cardines in meri-




dianum. Sed in præfecturis *a* Mullicienſis & Turgallienſis regionum, Decumani habent actus viginti; Kardines actus quadraginta.

a al. Multic.

Nam & alia præfectura aliter converſi ſunt limites, ut habeant in æris inſcriptionibus inter limitem novum & veterem jugera fortè *b* ſeptuaginta, hæc ſunt alter*ut*rius partis ſubſeciva.

b al. cxxi




Hæ deinde agrorum diviſiones lapidum inſcriptionibus tam variis continentur, quàm & limitum actibus: Alii vertices, alii latera regionibus ſuis obſecundantes, tetrantum,

a F. maximi Decumani & Kardinis lap.
b F. adparenti.

tum, *a* maximè decumano & K. lapides inſcripſerunt; reliquos ſine inſcriptione *b* ad parem appoſuerunt: quos ideo quia nulla ſcriptione apparent quoto loco numerentur, mutos appellant. Divus Auguſtus in aſſignationibus ſuis numero limitum inſcriptos lapides omnibus centuriarum angulis defigi juſſit. Nam locatione operis hujus non ſolum quod ad publicos limites pertineret injunxit, verum etiam inter acceptas ne roborei deeſſent & termini cavit. Inſcripſerunt quidam vertices lapidum, & limitum tantum numerum ſignificaverunt: alii ipſarum centuriarum, quemadmodum qui in lateribus inſcripſerunt, in vertice lapides ſic inſcripſerunt, quemadmodum in decumano maximo & cardine ſolet. ſic & *c* ulterioris ſecundum numerum ſuum poſtulationem inſcripſerunt. Voluerunt autem limites inſcriptionibus cludi, ita ut cujus centuriæ eſſet lapis intellegeretur: ſic quoque hæc inſcriptio obſcura eſt. lapis autem in regione prima & quinta hac ratione ſic inſcribitur quemadmodum ſupra. *d* quadrata enim illi portio cluſaris vacat ab inſcriptione. eſt ergo talis inſcriptio, S. D. V. K.

c F. ulterioris numerum ſecundum ſuam p.
d F. quarta.


In regione dextra & ultra eidem numeri ſic inſcribuntur: *D. D. V. K.* ſic & in regione ſiniſtra & citra: *S. D. K. K.* in regione dextra & citra eidem numeri inſcribuntur: *D. D. K. K.*




Comparemus nunc omnes quatuor lapides in unum, & intueamur eorum quatuor partes vacantes, quæ in ſuis regionibus centurias litteris *e* intracludunt.

e al. includunt.


Sic



Sic & in ſuo intervallo diſtantes centurias his inſcriptionibus cludunt. Inſpiciamus à maximo Decumano & Kardine ſingulorum lapidum inſcriptiones.




Latera autem lapidum rectè inſcribuntur, quoniam ampliores numeros capiunt. Nam verticibus inſcribi non facilè omnia poſſunt. Inſcribitur enim lateribus DD. XCVIII. VK. LXXX. Quæ inſcriptio ſi ratione ponatur, erit optima licet & quomodocunque inſcripta ſit, peri-



tum menſorem non latebit, quoniam certus eſt lapide quo centuria cluditur.

Multos limitum conſtitutiones in errorem deducunt, dum aut inſcriptiones parum intellegunt, aut aliter limites numerant, volentes eſſe decumanum, alium primum, alium maximum, & cum exierint à decumano maximo, peractis centuriæ actibus, primum limitem numerant, qui eſt ſecundus. Dein ad agrum de quo agitur, cum perveniunt, novam inveniunt controverſiam, & de aliis quàm quibus agitur acceptis litigant, dum volunt eſſe primos Decumanos duos, & duos Kardines. Hoc ſi eſſet, inter Decumanum max. & quem volunt primum centuria aliter appellaretur: fortè diceretur inter Decumanum maximum & primum. Sed quoniam is ipſe primus eſt qui & maximus, continuo à Decumano maximo & Kardine centuria inſcribitur, DD. I. V. K. I. & S. D. I. K. K. I. erit ergo nobis is primus, qui & maximus.




Sic & de limitibus quintariis, quintum quemque quintarium volunt. Porro autem inter quintum & quintarium intereſt aliquid. Quintus eſt, qui quinto loco numeratur: quintarius qui quinque centurias cludit. Hunc volunt eſſe quintum, qui eſt ſextus. Nam & legum latoribus, quemadmodum perlatum eſt, ſic caverunt ut à Decumano maximo quintus quiſque ſpacio itineris ampliaretur. Erat ſanè interpretatio legis hujus ambigua niſi eorum temporum formæ ſextum quemque limitem *a* latiorem haberent,

a F. latiore haberent

rent, ſignificatione qua & minores. Tractemus nunc diligentius quid dixerim, à Decumano maximo quintum quemque latiorem [decumano.] Quum decumanus erat poſitus, poſiti ſunt deinde quinque limites, quorum noviſſimus factus eſt latior: his cum decumanus acceſſit, ſex fiunt. Eandem obſervationem in reliqua limitum parte eſſe voluerunt, ut quemadmodum à Decumano maximo quinque limites ducebantur, quorum eſſet ſummus latior,

deſignatione quam minores.



ſic & ab eo quintario, cui jam ſpatium definitum erat, quinque adjectis limitibus, ſummo latitudinem *a* ſuam ſervari placuit.

a F. eam.


Quemadmodum ab antiquis acti ſint limites, tractare cœpimus, itaque perſequi omnia non alienum judico. Fœda eſt enim neglegentiæ culpa, cùm de *limitum* conſtitutione diſputemus, præterire tot operum exempla. Finitis ergo ampliorum bellorum operibus, augendæ Reipublicæ cauſa, illuſtres Romanorum viri urbes conſtituerunt, quas aut *b* victoribus Populi Romani civibus, aut emeritis militibus aſſignaverunt, & ab agrorum novæ dedicatione culturæ colonias appellaverunt. Victoribus autem aſſignatæ coloniæ [his] qui temporis cauſa arma acceperant. Non enim tantum militum incremento Reſpublica populi Romani habuit. Erat tunc præmium terra, & pro emerito habe-

b F. victoris.

habebatur. Multis legionibus contigit bellum feliciter tranſigere, & ad laborioſam agriculturæ requiem primo tyrocinii gradu pervenire. Nam cum ſignis & aquila & primis ordinibus ac tribunis deducebantur. modus agri proportione officii dabatur. Ferunt quidam indictum poſtea modum belli, & expleta centeſima hoſtium congreſſione, ad colendarum reductos terrarum agros. Divus Julius vir acerrimus, & multarum gentium domitor, tam frequentibus bellis militem exercuit, ut dum victorias numeraret, congreſſionum multitudines oblivíſceretur. Nam milites ultra ſtipendia *a* emerita detinuit: recuſantes deinde veteranos dimiſit. mox eoſdem ipſos veniam cum *b* milite rogantes recepit, & poſt aliquot bella facta jam pace deduxit. Æquè Divus Auguſtus in aſſignata orbi terrarum pace exercitus qui ſub Antonio aut Lepido militaverant, pariter & ſuarum legionum milites colonos fecit, alios in Italia, alios in provinciis. His, quibuſdam deletis hoſtium civitatibus, novas urbes conſtituit: quoſdam veteribus oppidis deduxit & colonos nominavit. Illas quoque urbes, quæ deductæ à regibus aut dictatoribus fuerant, quas bellorum civilium interventus exhauſerat, dato iterum coloniæ nomine, numero civium ampliavit: quaſdam & finibus: ideoque multis regionibus antiquæ menſuræ actus in diverſum novis limitibus inciditur (nam tetrantum veterum lapides adhuc parent) ſicut in Campania finibus Minturnenſium, quorum nova aſſignatio trans fluvium Lirem limitibus continetur: citra Lirem poſtea aſſignatum per profeſſiones veterum poſſeſſionum, ubi jam oportuna finium commutatione relictis primæ aſſignationis terminis, more arcifinio poſſidetur.

a F. emeritos.
b F. militia.

Multis




A Fluvius Liris. B Agri adſignati per profeſſiones. C *b* Ætna.

a al. Veſci-ni.

b al. Æna.

Multis ergo generibus limitum conſtitutiones inchoatæ ſunt: quibuſdam coloniis Kardo maximus & Decumanus




maximus non longè à civitate oriuntur. Nam & in proximo eſſe debent, immo ſi fieri poteſt, ex ipſa colonia inchoari: ſed quoties vetuſta municipia in jus coloniæ transferuntur, ſtantibus jam muris & cæteris mœnibus limites primos niſi à foris accipere non poſſunt.

Multi agri facilitatem ſecuti, & ubi plurimum erant aſſignaturi, ibi Decumanum maximum & Kardinem maximum conſtituerunt. Antiqui enim propter ſubita bellorum pericula, non ſolùm erant contenti urbes muris cingere, verum etiam loca aſpera & excelſa eligebant, ubi illis ampliſſimum propugnaculum eſſet ipſa loci natura. Hæc vicina urbibus rupium altitudo limites accipere propter loci difficultatem non potuit. Sed relicta eſt, ut aut ſylvam Reipublicæ præſtaret, aut ſi ſterilis eſſet, vacaret. His urbibus, ut haberent *a* coloniarum vaſtitatem, vicinarum ci-

a coloniæ terrarum vaſt.


b H. Colonia Julia Miſpella.



vitatum


vitatum fines ſunt adtributi, & in optimo ſolo Decumanus maximus & Kardo maximus conſtituti, ſicut in Umbria finibus Spellatium.

Quibuſdam coloniis Decumanum maximum ita conſtituerunt uti viam conſularem tranſeuntem per coloniam contineret, ſicut in Campania coloniæ Anxurnæ Decumanus maximus per viam Appiam obſervatur: fines qui culturam accipere potuerunt & limites acceperunt: reliqua pars aſperis rupibus continetur, terminata in extremitate, more arcifinio per demonſtrationes & locorum vocabula.




Quibuſdam coloniis poſtea conſtitutis, ſicut in Africa Admederæ Decumanus maximus & Kardo maximus à civitate oritur, & per quatuor portas in morem caſtrorum ut viæ ampliſſimis limitibus diriguntur. Hæc eſt conſtituen-

dorum limitum ratio pulcherrima. Nam colonia omnis quatuor perticæ regiones continet, & eſt colentibus vicina undique: incolis quoque iter ad forum ex omni parte æquale. Sic & in caſtris groma ponitur in tetrantem, quà velut ad forum convenitur.




Hanc conſtituendorum limitum rationem ſervare debemus, ſi huic poſtulationi & locorum natura ſuffragabitur. Sæpe enim propter portum colonia ad mare ponitur, cujus fines aquam non poſſunt excedere, [hoc eſt litore terminantur] & cum ipſa colonia ſit in litore, fines à Decumano maximo, & Kardine omnes quatuor partes æqualiter accipere non poſſunt.

Quæ-



Quædam propter aquæ commodum mònti applicantur quarum æquè Decumanus maximus aut Kardo maximus




A Flumen Adum. B Col. Claudia. C Mons Larus. D Fines Tegurinorum.

relictis locis interciditur ita, ſi trans montem coloniæ fines perducuntur.

Multas colonias & ipſi montes finiunt, propter quos quatuor regionibus æqualiter pertica non poteſt dividi, ſed in alteram partem tota limitum rectura *a* ſervetur.

a F. feretur.




Itaque ſi loci natura permittit, rationem ſervare debemus: ſin autem, proximum rationi noſtræ, quominus aliquid de finibus fiat, aut amiſſionis periculum *b* habeat. Si aliter egerimus, menſura ſua unicuique conſtabit, decumani ſuo nomine appellabuntur, tantundem Kardines, fines terminis obligabuntur: nihil operi deerit niſi ratio, habebit tamen inter profeſſores exiſtimationem. Nam nec illis colonis quicquam hoc nomine injuriæ factum eſt, quod Kardines loco decumanorum obſervantur, & decumani loco Kardinum: omnis limitum connexio rectis angulis

b F. adeat.

gulis continetur, extremitas menſuraliter obligata eſt, nihil reſp. nihil poſſeſſor de finibus queritur, conſtat illis ratio menſuræ, limitum ratio non conſtat. Et poteſt dici menſura urbis alterius, aut certè ſiniſtra, hoc eſt inverſa, cum ipſa cardinum appellatio à mundi cardine nominetur, quæ ab oriente in occidentem *ut* dirigatur, nulla eſt ratio. Quid ergo? licet Decumanus maximus exitum non habeat, oppoſitis montibus aut mari, habeat tamen rationem, & ab eo in eam partem *a* qua defecerit, æquè ſuo intervallo centuriæ nominentur.


a F. quatenus.



Quærenda eſt ergo hujus rationis origo. Multi ita ut ſupra diximus, ſolis ortum & occaſum comprehenderunt, qui eſt omni tempore mobilis, nec poteſt ſecundum curſum ſuum comprehendi, quoniam ortus & occaſus ſigna ad locorum naturam variè oſtenduntur. Sic & limitum ordinatio

dinatio hac ratione comprehenſa, ſemper altera alteri diſconvenit.

Si verò in propinquo ſint duo ſigna quæ ex recta linea normaliter conſpici poſſint, ut excuſſis longitudinibus longiorem lineam brevioris longitudini ſigno oppoſito æquemus, ex quo ad interverſuram brevioris lineæ rectam lineam injungamus, quæ ſunt duorum ſignorum conſpectorum lineæ, ordinatè ferramento explicabitur.




a al. terminus. *b* al. Tum ex lin.

Sit ergo *a* forma conſpectus, ABCD. *b* Nunc linea primum conſtituta, quæ eſt inter BD conſpiciamus ſignum quòd eſt inter B A. prolato exiguum per rigorem ferramento normaliter paucas *c* dictabis metas ex ſigno E. prolato iterum exiguum ferramento in ſigno F. ſignum conſpiciemus. ita ut rigorem ex E. miſſum, ſecet ſignum G. & quicumque numeri fuerint ſic obſervabimus. quomodo fecerit, FEADG, ſi GFEB. tractabimus, erit longitudo conſpectus inter B A. eadem ratione, & alteram partem conſpiciemus: quanto deinde longior fuerit ſigno notabimus H. ex ſigno hoc in B. rectam lineam injungemus, quæ erit ordinata A C.


c al. ductabimus.

Hos



Hos qui ad limites conſtituendos hac ratione uſi ſunt, fefellit mundi magnitudo, qui ſe ortum & occaſum pervidere crediderunt: aut fortè menſuræ errorem ſciverunt, & neglexerunt, contenti ei tantum regioni ortum & occaſum demetiri. Immo contendiſſe feruntur ortum ſingulis regionibus eum eſſe, unde primum ſol appareat: occaſum, ubi noviſſimè *a* deſcendat. hactenus dirigere menſuram laboraverunt. Quid? quod nec illa ipſa regione ſolis conſpectus rectè poteſt deprehendi, niſi æqualibus ab ortu & occaſu diaſtematibus ferramentum ponatur? quod in qua parte ſit, ſcire difficile eſt, quia in diverſis orbis terrarum partibus menſuræ aguntur. Et illa ipſa regione ſi ſit fortè ex altera parte campus per multa milia, mons ex altera, & propior ferramento, neceſſe eſt ex illa parte apertiori ſol longiùs conſpiciatur, ex hac deinde quâ mons imminet, parêre cito deſinat. Et ſi cardo non longè à monte naſcatur ſive decumanus, quomodo poteſt curſus rectè comprehendi, cum ferramento ſol occiderit, & trans montem adhuc luceat, & eiſdem ipſis adhuc campis in ulteriori parte reſplendeat?

a al. deſinat.




Quærendum eſt primum quæ ſit mundi magnitudo, quæ ſolis, quæ ratio oriundi aut occidendi, quanta ſit mundo terra: advocandum eſt nobis gnomonices ſummæ ac divinæ artis *a* elementum. Explicari enim deſiderium noſtrum ac verum, niſi per umbrarum momenta non poteſt. Ortum enim, aut occaſum ne ab extrema quidem orbis terrarum parte pervidere quiſquam poteſt, cùm à ſapientibus tradatur, terram punctum eſſe cæli, & infra ſolem amplo diaſtemate *b* ſpiritus ſuſtineri. Nam & Archimedem virum præclari ingenii, & magnarum rerum inventorem, ſcripſiſſe ferunt, quantum harenarum capere poſſit mundus, ſi repleretur. Credamus ergo illum divinarum rerum magnitudinem ante oculos habuiſſe. qua ratione dicamus tot ſæculis unus hoc mortalium ſcire potuerit? unus propter hoc laboravit, & per umbrarum incrementa

a al. frumentum. F. inſtrumentum.

b F. ſpiritu.

menta deprehendit. Cæli autem punctum eſſe terram ſic deſcribunt, quòd dicant à polo ad Saturni circulum inter-



vallum eſſe, quod Græci hemitonion appellant: à Satur-

no deinde ad Jovem, hemitonion: ab hoc deinde ad Martem, tonum: à Marte deinde ad ſolem, ter tantum eſſe, quantum à polo ad Saturnum, hoc eſt trihemitonion. A ſole deinde tantum eſſe ad Venerem, quantum à Saturno ad Jovem, hemitonium. A venere deinde ad Mercurium, hemitonium: à Mercurio deinde ad Lunam tantundem, hemitonium. A Luna ad terram, tantum quantum à polo ad Jovem, tonon. Sic terram punctum cæli eſſe oſtendunt, & ars muſica per hæc diaſtemata conſtare fertur.


Solem autem ampliorem aliquot partibus quàm terram deſcribunt, & quòd palam eſt ab eo inluminari die, noctem eſſe in dimidium ipſius terræ ob umbræ rationem. polum ipſum quinque circulis dividunt [in ſex partes,] ſicut ait Virgilius,

Quinque tenent cælum Zonæ, quarum una coruſco
Semper ſole rubens & torrida ſemper ab igni.
Quam circum extremæ dextra lævâque trahuntur,
Cærulea glacie concretæ atque imbribus atris.
Has inter mediámque duæ mortalibus ægris,
Munere conceſſæ divûm, & via ſecta per ambas,
Obliquus quâ ſe ſignorum verteret ordo.

Quinque ergo circulis hæc nomina aſſignant. Summum, frigidiſſimæ partis principium ſeptentrionalem appellant: ſecundum ab eo, ſolſtitialem: ab hoc deinde qui medium polum dividit, æquinoctialem: quod in eo ſol diei & noctis horas æquet: ab hoc deinde qui eſt æquinoctiali proximus, brumalem appellant: nam & ſolſtitialis eſt ordinatus: ſeptentrionali deinde *a* ſeſcontrarium auſtralem appellant. Circulus autem zodiacus, cujus fines ſol negatur excedere, ex circulo ſolſtitiali ad brumalem per diagonum *b* oſtenditur: ita ut ex utraque parte meridianum circulum medium ſecet. Hoc eſt per hunc *c* infra, ire fertur,

a F. ſubcontr.
b F. extend.
c al. intrare, F. iterare fertur.

tur, & orbem terrarum viginti & quatuor horis circumire. Harum ferunt XXIIII. horarum junctarum ſemper unum eſſe intervallum. Nam creſcendi aut deſcreſcendi inter ipſas horas alternam eſſe mutationem: hoc ipſum per umbrarum motus deprehenditur. Nam cum ſol orbem medium conſcendit, umbras omnium rerum in hoc noſtro tetartemorio meridiano axi facit ordinatas. Ab hoc enim exemplo *a* ſeſcontrariæ partis, quæ videtur eiſdem horis inluminati, umbra deſcribitur. *a* ſub-contr.




Dubium fortaſſe eſſet de parallelo noſtri tetartemorii, ſi ſecundum zodiaci circuli curſum oceanus meridianus interveniret. Nam totius terræ quatuor partes mari dividuntur, nec hominibus ultra quartam partem ire permittitur. Sed quoniam oceanus meridiano ſubjacet circulo, quem zodiacus ſecat medium, apparet inter æquinoctialem & meridianum circulum, à media terra quicquid eſt in oriente, ultra curſum ſolis eſſe, quam regionem quidam ſeſcontrariæ partis appellant: & quicquid à media terra in occidentem inter brumalem & meridianum circulum ſubjacet, noſtræ eſſe partis, ſi ſolis curſum ſequamur. quoniam omnibus terris in hac parte in occidentem ſpectanti-

 bus,

bus, umbras in dextrum emittit, exceptis illis quæ ſunt ab Ægypti fine uſque ad oceanum, quâ finit circulus æquinoctialis. Has terras fertur inhabitare Arabes, Indos, & alias gentes. apud hos in occidentem ſpectantibus umbræ in ſiniſtrum emittuntur, ex quo apparet eos ultra ſolis curſum poſitos, ſicut ait Lucanus,


Inviſum vobis Arabes veniſtis in orbem,
Umbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.

Nam & Ægypto medio die umbra conſumitur: ex hoc ibidem mediam terræ partem eſſe comprehendimus.




Optimum eſt ergo umbra horam ſextam deprehendere, & ab ea limites inchoare, ut ſint ſemper meridiano ordinati. ſequitur dein ut & orientis occidentiſque linea huic normaliter conveniat. Scribemus primum circulum in terra loco

loco plano, & in puncto ejus ſcioterum ponemus, cujus umbra & intra circulum aliquando intret. certius eſt enim, quàm orientis & occidentis deprehendere. Adtendemus quemadmodum à primo ſolis ortu umbra cohibeatur, dein cum ad circuli lineam pervenerit, notabimus eum circunferentiæ locum. ſimiliter exeuntem umbram è circulo adtendemus, & circunferentiam notabimus.




Notatis ergo duabus circuli partibus, intrantis umbræ & exeuntis loco rectam lineam à ſigno ad ſignum circumferentiæ ducemus, & mediam notabimus per quem locum



recta linea exire debet à puncto circuli, per quam lineam cardinem dirigemus, & ab ea normaliter in rectum decumanos emittemus, & ex quacunque ejus lineæ parte normaliter intervenerimus, decumanum rectè conſtituemus.

Eſt & alia ratio qua tribus umbris comprehenſis meridianum deſcribimus. loco plano gnomonem conſtituemus, A. & umbras ejus, qualeſcunque tres enotabimus, C.D.E. Has umbras normaliter comprehendemus, quanta latitudine altera ab altera diſtent. Si ante meridiem conſtituimus, prima umbra erit longiſſima: ſi poſt meridiem, noviſſima.




Has deinde umbras proportione ad multipedam in tabula deſcribimus: & ſic in terra ſervabimus. Sit ergo gnomon, A. planitia, B. tollamus umbram maximam, & in planitia notemus ſigno D. ſic & terram ſigno E. ut ſint in baſi proportione longitudinis ſuæ, B E D C. ejiciamus hypotenuſas ex C, in A, & ex D, in A. nunc puncto, A, & intervallo E, circulum ſcribamus ordinatas: deinde lineas baſi, hoc eſt planitiæ ejiciamus in cathetum ex præciſuris hypotenuſarum & circunferentiæ ex F, in G, & ex I, in K. longiſſimam deinde lineam maximæ umbræ imprimemus, & à ſigno B, notabimus, G F. ſecundum lineam umbræ ſecundæ notabimus, K I. deinde ex ſigno F, & in I, rectam lineam ejiciemus: itémque ex C D, fini-

finibus umbrarum. hæ duæ lineæ altera alteram *a* compræcident, ſigno I. ejiciemus deinde rectam lineam ex I, & E, quæ erit ortus & occaſus. ex hac in rectum rectam lineam ejiciemus, hoc eſt normaliter, hæc erit meridiano ordinata. Eiſdem ſignis id ipſum conſtituimus, & intuebimur quatuor cæli partes, quibus limitum ordinatio hac ratione conſtituta omni tempore convenit.

a al. comprehendent.


A Meridianus
B Oriens
C Septentrio
D Occidens




Si locus in quo colonia conſtituitur, cultus erit, ex ipſa civitate maximum Decumanum & Kardinem incipiemus. Ita ſi colonia ab ſolo conſtituitur. Decumanum maximum autem & cardinem M. optimi menſores agere debebunt. eidem quintarium, & ad *b* ſingula cludere, ne quis error operi fiat. quòd poſt amplum actum finem ſine rubore emendare difficile eſt. Quod ſi aut ferramenti vitium, aut *c* conſpiciendi fuerit vana contemplatio, in uno quintario ſtatim paret, & tolerabilem habet emendationem. Subruncivi minus erroris habent periculum. Hos tamen æquè diligenter agi oportet, ne quam & hi recorrigendi moram præſtent.

b F. ſigna.

c F. conſpicientis.




Multi perpetuos limites *abſque ferramento* egerunt, & in illa operis perſeveratione peccaverunt, ſicut in veterum coloniarum finibus invenimus, frequentiùs in provinciis, ubi ferramento niſi ad interverſuram non utuntur.




Lineam autem per metas extendemus, & per eam ad perpendiculum cultellabimus: actuarios palos ſuo quemque numero inſcriptos, inter centenos vicenos pedes defigemus, ut ad partitionem acceptarum menſura acta appareat.

Limi-




Limitibus ſecundum ſuam legem latitudines dabimus, & aperiri in perpetuum cogemus. plurimum enim agentibus præſtat acti limitis perpetua rectura. Ex hoc diverti, niſi per neglegentiam non poteſt. Cultis locis limitem ſulcis optimè ſervabimus: prenſis tamen conſpectu longinquo ſignis limitem agemus.




Si limites poſt urbem *a* conditam inchoamus, ex proximo Decumanum maximum [primum] & Kardinem incipie-

a al. conſtitutam.

cipiemus, eiſque latitudines ſecundum legem ſuam dabimus.




Si propter locorum difficultatem propè urbem limites inchoari non potuerint, tunc in ea regione ubi aſſignaturi




erimus, Decumanum maximum & Kardinem conſtituemus ſic, ut decumani ordinationem ortus & occaſus teneant, cardinis meridianus & ſeptentrio.


Limitibus latitudines ſecundum legem & conſtitutionem Divi Auguſti *ſi* dabimus, decumano maximo P. XXXX. Kardini maximo P. XX. Actuariis autem limitibus omnibus, decumanis & cardinibus pedes XII. ſubruncivis pedes VIII. in mediis tetrantibus lapides defigemus ex ſaxo ſilice, aut molari, aut ne deteriore, politos, rotundos, craſſos pedem, in terram ne minus habeant pedib. II. S. ſupra terram ſeſquipedem.



Inſcribendi nominis *non* una ſit ratio. *** hanc itaque ex omni opere certiſſimam eligamus, & hac potiſſimum utamur. Decumani maximi omnes & Kardinis omnes lapides in frontibus inſcribamus: reliquos in lateribus cluſaribus. Omnes enim centuriæ ſingulos angulos habent cluſares. Incipiamus ergo ponere lapides à Decumano maximo & Kardine inſcriptione qua debet, Decumanus maximus, Decumanus totus, K. M. K. totus.




Applicemus nunc ſingulas centurias maximo Decumano & Kardini. hæ omnes quatuor ternos lapides impoſitos habent. ſequitur ut illis unus tantum cluſaris angulus vacet, hoc eſt ſinguli *ſingulis*, quibus debet inſcribi DDI. VKI. & SDI. VKI. & DDI. KKI. & SDI. KKI. Sic & in ceteris obſervare debebimus.




His angulis lapides defigamus, quibus centuriarum appellationes in lateribus deſcribemus ad terram deorſum verſus

verſus SDI. VKI. in ea parte lapidis inſcribemus quæ erit ſiniſtra Decumanum primum, *quæ*que ultra Kardinem primum. quod quum in latitudinem exponi in hac planitia non poteſt, inſcriptionem lapidi applicabimus, quam in re ipſa lapis habere debebit: ſic & DDI. VKI. ſic & SDI. KKI.



Quoniam ab uno umbilico in quatuor partes omnis centuriarum ordo componitur, ab unius primæ centuriæ incremento omnium inſcriptiones ſingulis angulis cluduntur. Quicquid enim ultra primum K. numeratur, perſeverat uſque ad extremum finem, ultra primum vocari. ſic & K. ſimiliter D. aut S. Et cum Decumani maximi ſive Kardinis omnes lapides poſiti fuerint, per ſucceſſionem ſingulis centuriis quartus lapis deerit, cui poſito centuriarum appellationes inſcribere debemus.


His



A Cluſarius


His deinde cum quartum lapidem poſuerimus, ſequenti loco centuriæ quartus angulus tantum vacabit, *a* quo numerus ipſius inſcribatur. ad *b* ſummam omnes cluſares angulos centuriarum lineis diagonalibus comprehendemus.

a F. quoi.
b F. ſummum.




Sic & in toto opere exterioris anguli centurias cludunt, ab inſcriptione Decumani maximi & Kardinis maximi.


Cum



Cum centurias omnes inſcriptis lapidibus terminaverimus, illa quæ Reipublicæ aſſignabimus, quamvis limitibus hæreant, privata terminatione circuibimus, & in forma ita ut erit, *a* oſtendemus ſylvas, ſive paſcua publica: & utrumque quatenus fuerit, inſcriptione replebimus, ut & in forma loci longitudinem rarior literarum diſpoſitio demonſtret. harum ſylvarum extremitatem per omnes angulos terminabimus. *a* F. extendemus.




Eadem ratione terminabimus fundos exceptos [ſive conceſſos] & in forma, ſicut loca publica, inſcriptionibus demonſtrabimus.




Conceſſos fundos æquè [ſimiliter] inſcribemus, ut fundus Sejanus conceſſus L. Manlio C. F. In aſſignationibus enim Divi Auguſti diverſas habent conditiones fundi excepti & conceſſi. Excepti ſunt fundi bene meritorum, ut in totum privati juris eſſent, ne coloniæ ullam munificentiam deberent, & eſſent in ſolo populi Romani. Conceſſi ſunt fundi *de* quibus eſt indultum, cum poſſidere unicuique plus quam edictum continebat non liceret. Quem*ad*modum ergo eorum veterum poſſeſſorum relicta portio ad jus coloniæ *non* revocatur, ſic *a* eorum quibus plus poſſidere permiſſum eſt. Omnium enim fundos ſecundum redditos coëmit, & militi aſſignavit. Inſcribemus ergo conceſſos ſic ut in ære permaneant.

a al. cæterorum.



Æquè territorio ſi quid erit aſſignatum, id ad ipſam urbem


urbem pertinebit, nec venire aut abalienari à publico licebit: ſed datum in tutelam territorio adſcribemus, ſicut ſylvas & paſcua publica.



Quod ordini coloniæ datum fuerit, adſcribemus in forma: Sylva & paſcua, ut puta, Semproniana, ita ut fuerunt aſſignata Julienſibus. Ex hoc apparebit hæc ad ordinem pertinere.




Æquè lucus aut loca ſacra aut ædes quibus locis fuerint, menſura comprehendemus, & locorum vocabula inſcribemus. Non exiguum vetuſtatis ſolet eſſe inſtrumentum, ſi locorum inſignium menſuræ & vocabula æris inſcriptionibus conſtent.



Lucus Dianæ Julienſium.

Si qua regio in extremitate limites non acceperit, eum locum vacantem ſignificabimus, hac inſcriptione, Locus



extra-

extracluſus. extremitatem deinde terminis lapideis [a] obligabimus, interpoſito ampliori ſpatio, & aris inſcriptis conditoris nomine & coloniæ finibus.


[a] al. obſignabimus.

Extracluſa regio, ideo dicitur quod ultra limites finitima linea cluditur. Linea autem finitima ſi limitibus comprehenſa non fuerit, optimum erit extremitatem ad ferramentum rectis angulis obligare, & ſic terminos ponere.



Si fuerit mons aſper & confragoſus, per ſingulas petras finitimas notas imponemus, & ubi potuerit, inſcriptiones:

Lapides naturales inciſi notis finitimis.




 ſic

ſic & in forma ſignificabimus. Præterea in Sicilia, ubi montium altitudo & aſperitas eſt. **

Nam in planitiis quanvis omnium centuriarum anguli lapidibus comprehendantur, certis tamen locis aras lapideas ponere debebimus, quarum inſcriptio ex uno latere perticæ applicito finem coloniæ demonſtrat, ex altero qua foras *a* erit adfines. Ubi fines angulum facient *b* & ternum angulum aras ponemus. ſic & in locis montuoſis.


a F. ierit.
b F. extra eum ang.



Has utræque civitates conſtituant. adfines enim eiſdem locis *c* nomine imperatoris & finium ſuorum inſcriptionibus aras conſecrare debebunt.

c F. nomini.

Terminatus per extremitatem.



Agro limitato accepturorum comparationem faciemus, ad modum acceptarum: quatenus centuriam capere poſ-

ſint

ſint æſtimabimus, & in ſortem mittemus. Solent enim culti agri ad pretium *a* emeritorum æſtimari. Si in illa pertica centurias ducentenûm jugerum fecerimus, & accipientibus dabuntur jugera ſexagena ſena beſſes, unam centuriam tres homines accipere debebunt: in qua illis tres partes æquis frontibus determinabimus. Omnium nomina ſortibus inſcripta in urnam mittemus, [& mota, primo quoſque ternos comparabimus.] Qui primi exierint, primam ſortem centuriarum *b* ducere debebunt. eodem exemplo & ceteri. Quòd ſi *c* illis permiſſum erit, ut inter convenientes conternentur, conternati ſortiri debebunt, qui tres primam centuriarum ſortem accipere debeant. conternationum factarum ſingula ſortibus nomina inſcribemus, ut ſi convenerit L. Titio L. F. & P. SEIO T. F. & *d* AGGERIO A. F. veteranis. leg. quintæ Alaudæ. Ex his unum ſorti nomen inſcribemus, & quoto loco exierit notabimus. Si conternationem urna facies, ſingulis ſortibus ſingulorum nomina inſcribemus; & à primo uſque ad tertium qui exierit, *erit* prima conternatio. ſic & reliquæ. Has conternationes ſublata ſorte quidam tabulas appellaverunt, quoniam codicibus excipiebantur, & à prima cera primam tabulam appellaverunt. Peracta deinde conternationum ſortitione, omnes centurias ſortibus per ſingulas *appellationes* inſcribemus, & in urnam mittemus: inde quæ centuria primum exierit ad primam conternationem pertinebit. Si ſit fortè centuria DD. XXXV. V. K. XLVII. hanc ex prima tabula tres accipere debebunt. Quod in æris libris ſic inſcribemus: Tabula prima, DD. XXXV. V. K. XLVII. L. TERENTIO. L. F. POLLIONI. jug. <LXVIƖ s. CN. C. F. STELLIONI. jug. LXVIƖ s. P. TARQUINIO CN. F. jug. LXVIƖ s. Eodem exemplo & cæteras ſortes. Aſſignare agrum

a al. momentorum F. & momenta eorum.


b al. tollere.

c al. illis convenerit conternali ſort.

d al. AUGERIO SULLO A. F.

agrum ſecundum legem Divi Auguſti eatenus debebimus, quatenus falx & *a* aratrum exierit, niſi ex hoc conditor aliquid immutaverit. Primum aſſignare agrum circa extremitatem oportet, ut à poſſeſſoribus velut terminis fines obtineantur ex eo interiores perticæ partes. Si qua compaſcua aut ſylvæ fundis conceſſæ fuerint, quo jure data ſint formis inferemus. Multis coloniis immunitas agri vicit aſſignationem, & cum plus terræ quam datum erat ſupereſſet, proximis poſſeſſoribus datum eſt in commune nomine compaſcuorum. Hæc in forma ſimiliter comprehenſa oſtendemus.


a al. arator ierit.



Hæc amplius quam acceptas acceperunt, ſed ut in commune haberent. Multis locis quæ in aſſignatione ſunt conceſſa, & ex his compaſcua fundi acceperunt. Hæc beneficio coloniæ habent: in forma compaſcua publica *b* Julienſium inſcribi debent. Nam & vectigal quamvis exiguum præſtant.

b al. Ve-ſienſium. & Tu-ſienſ.

Subſeci-



a al. Velienſium.


Subſecivorum omnium librum facere debebimus, ut quando voluerit Imperator, ſciat quot in eum locum homines deduci poſſint: aut ſi coloniæ conceſſa fuerint, conceſſa coloniæ in ære inſcribemus. Si Reip. conceſſa fuerint, in ære ſubſeciva conceſſa, ut *b* Julienſibus, inſcribemus. Omnes ſignificationes & formas æris tabulis inſcribemus: Data, aſſignata, conceſſa, excepta, commutata pro ſuo, reddita veteri poſſeſſori, & quæcunque alia inſcriptio ſingularum literarum in uſu fuerit, & in *c* ære permaneat. Libros æris & typum totius perticæ linteis deſcriptum ſecundum ſuas terminationes adſcriptis affinibus, tabulario Cæſaris inferemus: & ſi qua beneficio conceſſa aut aſſignata coloniæ fuerint, ſive in proximo, ſive inter alias civitates, in libro Beneficiorum adſcribemus. Et quicquid aliud ad inſtrumentum menſorum pertinebit, non ſolum colonia, ſed & tabularium Cæſaris manu conditoris ſubſcriptum habere debet.

b al Velienſ.

c F. æra permeet.

Typum totius perticæ in hunc modum ordinare debemus, ut omnes menſuræ actæ limites, & ſubſecivorum lineas oſtendamus.




Flumen Axinum
pag
A Flumen Iumaro
B Fines vtulenſium
C Fines ſecus Terro: nenſium
D Fundus finibus ex: ceptus
E Sylua et paſcua Iulienſium
A Fines Opulenti: norum Ceſienſium
B Opulentia
C Paſcua Colo: niæ Iuliæ
D Colonia Iulia Auguſt.
E Sylua publica Iulienſium
F Ceſolentium
G Opulentinorum
H Fundus Seianus datus in coloniæ Iuliæ tutela
I Fundus conceſſus à Publ. Scipione
K Mons Maſuinus Iulienſium
L Haſta oppidum
M Territorium
N Fiſalota
O Mons Gemin
Oter
P Mons Mica I
lienſium
Q Fines Vtteſen: ſium
R Ceſenſium

Agrum rudem [provincialem] ſic aſſignabimus, quemadmodum ſuprà dixi. Si verò municipium in *a* coloniam ejus transferetur, conditionem regionis excutiemus, & ſecundum ſuam poſtulationem aſſignabimus. Multis locis conditores univerſum locum coëmerunt: multis, malè meritos fundorum poſſeſſione privaverunt: ubi tamen conceſſum eſt aliquid & gratiæ. In ejuſmodi aſſignationibus *b* intervenit, CV. P. E. TRP. SVP. Agrum ſecundum datam legem, aut ſi *c* placebit, ſecundum Divi Auguſti, aſſignare debebimus, quâ falx & aratrum *d* exierit. Hæc lex habet ſuam interpretationem. Quidam putant tantum cultum nominari: ut mihi videtur, utilem ait agrum aſſignari oportere: Hoc eſt ne accipienti, ſylvæ univerſus modus aſſignetur, aut paſcui. Qui vero majorem modum culti acceperit, optimè ſecundum legem & accipiet aliquid ſylvæ ad implendum modum. Hoc ipſo & evenit, ut alii ſylvas ſibi junctas accipiant, alii in montibus ultra quartum fortè vicinum. Primum ergo agrum limitibus includemus, hoc eſt centuriabimus, deinde acceptas & terminabimus, quicunque modus limitem excedet *e* commalliolari debebit, & ſic in ære incidi. Sortes autem ſic inſcribere debebimus, ut ſi una accepta duas aut tres pluréſve centurias continebit, has centurias & quantum ex *ac*cepta habeant, in una ſorte inſcribemus. ut ſi dabitur LXVII. beſſes, ſi & per tres centurias ſeparabitur à DI. KK. I. jug. *X*VI*I*'s. & DD. I. KK. I. jug. XV. & DD. I. KK. I. jug. XXXV. Hæc una ſors continere debebit. ſub hoc exemplo & reliqua fient. Sortitos in agrum deducemus, & fines aſſignabimus, formas & quæcunque ad menſuras pertinebunt, ita ut ſupra dixi.


a F. coloniam transferetur ejus regionis condit.


b F. interveniente CV. PO. TR. SVP.

c F. plane deſit.

d al. ierit.

e al. commallari. F. comvallari.


VETERUM. Mons Pecinarius. Mons Carvorum et Tacenſium.
C
C
B
A
D
E
F
F
FINES COTTIMORUM.
FINES UT BITIVAMENSIUM.
A Flumen Bodum
C Flumen Renta
Auguſtiæ ex finibus
B Mons, Andra pub-
D Mons, meta publica
Antemnatium
lica Traianenſis
E Præfecturæ coloniæ
F Via conſularis




A *Oppidum Atellæ*
B *Colonia Augusta*
C *Mons publicus et ſylva*
D *Via conſularis*
E *Fines Hirrenſium*
F *Compaſcua publica*
G *Pretenſuræ ex finibus Hirrenſium Ittillenatium ad Catum*
H *Mons Sacer Populi Romani*
I *Via Lueſa*
K *Mons et ſylva publica*
L *Habita major*
M *Rivus Talio*
N *Machartana*
O *Conceſſum Lucio Titio Leſylæ*

Agrum arcifinium *ut* vectigalem ad menſuram ſic redigere debemus, ut & recturis & quadam terminatione in perpetuum ſervetur. Multi hujusmodi agrum more colonico decumanis & cardinibus diviſerunt, hoc eſt per centurias, ſicut in Pannonia. Mihi autem videtur hujus ſoli menſura alia ratione agenda. Debet enim aliquid intereſſe inter agrum immunem & vectigalem. Nam quemadmodum illis conditio diverſa eſt, menſurarum quoque ita actus debet eſſe diſſimilis. Nec tam anguſtè profeſſio noſtra concluditur, ut non etiam per ſingulas provincias privatas limitum obſervationes dirigere poſſit. Agri autem vectigales multas habent conſtitutiones. In quibuſdam provinciis fructus partem conſtitutam præſtant: alii quintas, alii ſeptimas: nunc multi pecuniam, & hoc per ſoli æſtimationem. Certa enim pretia agris conſtituta ſunt, ut in Pannonia arvi *a* primi, arvi ſecundi, partis, ſylvæ glandiferæ, ſylvæ *b* vulgaris paſcuæ. His omnibus agris vectigal ad modum ubertatis per ſingula jugera conſtitutum. Horum æſtimatio ne qua uſurpatio*ne* per falſas profeſſiones fiat, adhibenda eſt *c* menſuris diligentia. Nam & in Phrygia & tota Aſia ex hujuſmodi cauſis tam frequenter diſconvenit, quàm & in Pannonia. Propter quod hujus agri vect galis menſuram apertis aptis rigoribus comprehendere oportet, & ad *ſcamna* ſingula terminis fundare. Quibuſdam interverſuris lapides politos, quadratos, inſcriptos, & lineatos defigere in eam partem, qua res exiget, oportebit. Omnium rigorum latitudines velut limitem ſervabimus, interſtitioni limitari. menſuram per ſtrigas & ſcamna agemus, ſicut *d* antiqui latitudines dabimus, Decumano maximo & Kardini pedes XX. & limitibus tranſverſis, inter quos *e* bina ſcamna, & ſingulæ ſtrigæ interveniunt, ped. duodenos. Itémque prorſis limitibus, inter quos ſcamna quatuor, & quatuor


ſtrigæ

a F. primæ, arvi ſecundæ ſortis, ſylv.
b F. vulgares, paſc.
c F. menſoris.
d al. antiquis. F. antiquitus.
e al. uina.

ſtrigæ includuntur, ped. duodenos: reliquis rigoribus linneariis ped. octonos.




Omnem menſuræ hujus quadraturam, dimidio longiorem ſive latiorem facere debebimus, & quod in latitudinem longius fuerit ſcamnum, quod in longitudinem, ſtriga.




Primum conſtituemus Decumanum maximum, & Kar-

Kardinem maximum, & ab eis ſtrigas & ſcamna *a* cludemus.

a F. ducemus.




Actuarios autem limites diligentiſſimè agemus, & in eis lapides inſcriptos defigemus, adjecto ſcamnorum numero. Primum à Decumano maximo & Kardine incipiemus in-inſcriptiones, veluti quintariis ponere: primo lapidi inſcribemus DM. KM.




Ad hoc [deinde] ſingulis *ut* actuariis limitibus, ſimiliter *b* per ipſos inſcribemus, DM. limes II. KM. limes II. Hac

b F. prorſos.


Hac ſignificatione omnium quatuor regionum limites comprehendemus.



His deinde partitis quadrarum angulis lapides ejus generis ponemus, ſub hac inſcriptione literis ſingularibus, DD. V. ſtrigam primam, ſcamno II. hoc in lateribus lapidum: in fronte autem, regionis indicium, DD. V. K.




Nunc quadrarum angulis lapides inſcriptos inſpiciamus.



Inter has ſtrigas & ſcamna omnem agrum ſeparabimus, cujus totam poſitionem *a* ad veram formam inſpiciamus, ſecundum quod rei præſentis formam deſcribamus.

a F. ac.



EXPLICIT HYGINI LIB. GROMATICUS.

INCI-

INCIPIT LIBER HYGINI
DE LIMITIBUS.

Limites lege lata patere debent ſecundum conſtitutionem eorum qui agros dividi juſſerint. non quia modus ullus ex menſura limitibus adſcribatur; ſolum lex obſervari debet. Maximus decumanus & Kardo plus patere debent, ſive pedes xx. ſive pedes xv. ſive pedes xii. ſive quod volet cujus auctoritate fit. Cæteri autem limites qui ſubruncivi appellantur patere debent pedes viii. in maximo autem decumano *& Kardine* lapidem ponis & inſcribis D. M. & K. M. forma autem ſic inſcribi debebit. D. D. & S. D. K. K. & V. K. lapides, ne minus, dodrantales poni oportet, altos ped. iii. inſcribi ſic debent, DD. quæ pars erit inſcripturæ ſurſum verſus, ut ad ſeptentrionem ſpectanti ſit K. K. I. Similiter dextra decumanum ultra cardinem ſic inſcribis ut D. D. I. ſpectanti ab occidente ſcriptura ſurſum verſus ſit. quæ pars ad cardinem ſpectat V. K. I. ſic inſcribi debet, ut inſpectanti meridie ſcriptura ſurſum verſus ſit citra cardinem primum. ſiniſtra autem D. D. I. K. K. I. ſic inſcribi debent ſurſum verſus, ut ſeptentrio orientem ſiniſtra undique autem pars ad cardinem ſic inſcribi debet, ut ſeptentrionem ſpectanti ſit totum ſurſum verſus inſcriptum K. K. I. ultra autem ſic inſcribi debet, ut quæ pars ad decimanum ſpectat, ſpectanti occidentem ſurſum verſus ſic inſcribitur S. D. I. quæ pars ad cardinem ſpectat ſic inſcribi debet, ut meridie ſpectanti ſit inſcriptum V. K. I. quintum quemque limitem diligenter agi oportet, & præcedere menſura cardinem, ut quadraturæ diligenter cludi poſſint. lapidem autem in quintarios poni oportet: reliquos autem roboreos. ſolet hac de re eſſe diſputatio,

tio, ut ſi inſcribatur D. M. & K. ille qui à maximo proximus dicatur inſcribi oporteret ſive dextra ſive ſiniſtra D. D. ſive primum ſive ſecundum. Quæſtio ergo hæc eſt. utrum qui proximus maximo eſt, ſecundus inſcribi debeat, an ultra primum. ultra primum autem inſcribi debet ideo, quod hic qui maximus dicitur, & primus eſt. ita idem capit hic. qui ultra primum autem inſcribitur & ſecundus eſt & novum quæ ultra ſolum obſervare debet. ſed quacunque parte inſcribis ſive ultra ſive citra, ſive dextra ſive ſiniſtra menſura territorii uſque fieri debet ſecundum legem D. Auguſti QUA FALX ET ARATER IERIT. In forma generatim enotari debebit, LOCA CULTA ET INCULTA, VILLÆ. menſura peracta ſorte dividi debent, & inſcribi nomina per decurias [per homines denos.] *a* ſed in formas ſectari denum hominum acceptas, ut quod ſinguli accipere debent. Decem in unum conjungantur & in ſortem inſcribis: Sors prima DDI. & II. & III. & IIII. & cardinem illum quouſque menſura expleri decem hominum debebit, id eſt in quot centuriis. Similiter omnium decuriarum nomina in ſortibus inſcripta & qua parte quæ aut quota ſors modum habeat, utrum ultra & dextra, utrum ſiniſtra, & ultra aut citra. Deinde ex decuriis antequam ſortes tollant, ſingulorum nomina in pittaciis & in ſorticulis. & id ipſi ſortientur, ut ſciant quis primo aut quoto cumque loco exeant. Igitur omnem ſortem ponere debent, in qua totius ſcripturæ modus adſcriptus erit. Hæc ſortitio ideo neceſſaria eſt, ne quis queri poſſit, ſe ante debuiſſe ſortem tollere, & in meliorem fortaſſe incidere potuiſſe agri modum: aut *ne* ſit diſceptatio, quis ante ſortem tollere debeat, cum omnes in æquo ſint.

a F. & in formis ſecari.

HYGI-

HYGINUS DE CONDITIONIBUS AGRORUM.

Quæſtorii autem dicuntur agri, quos populus Romanus devictis pulſiſque hoſtibus poſſedit, mandavitque quæſtoribus, ut eos venundarent, quæ centuriæ nunc appellantur plinthi, id eſt laterculi. Eaſdem in quinquagenis jugeribus quadratas cluſerunt limitibus, atque ita certum cuique modum vendiderunt. cujus agri ſunt conditiones uti *aliorum* populi Romani, *a* quod etiam præſtitutum obſervant. Vetuſtas tamen longi temporis *b* plerunque penè ſimilem reddidit occupatorum agrorum conditionem, *c* non tamen univerſi paruerunt legibus quas à venditoribus ſuis acceperunt. Vectigales autem agri ſunt obligati, quidam Reipublicæ populi Romani quidam coloniarum, aut municipiorum, aut civitatum aliquarum, *d* qui & ipſi plerique ad populum Romanum *e* pertinentes, ex hoſte capti partitique ac diviſi ſunt per centurias, ut aſſignarentur militibus, quorum virtute capti erant, amplius quàm deſtinatio modi, quamve Ro. militum exigebat numerus. Nam qui ſuperfuerant agri vectigalibus ſubjecti ſunt, alii per annos quinos, alii verò mancipibus ementibus, id eſt conducentibus in annos centenos. plures verò, finito illo tempore, iterum venduntur locantúrque ita ut vectigalibus eſt conſuetudo. In quo tamen genere agrorum ſunt *f* aliquibus nominatim redditæ poſſeſſiones. Id habeant ſcriptum in formis, quantum cuique eorum reſtitutum ſit. Hi agri qui redditi ſunt, non obligantur vectigalibus, quoniam ſcilicet prioribus dominis redditi ſunt. Mancipes autem qui emerunt lege dicta jus vectigalis, ipſi per centurias locaverunt aut vendiderunt proximis quibuſque poſſeſſo-

a F. quoniam pr.
b F. pleriſque.
c F. veruntamen un.
d F. quæ & ipſæ pleræque.
e F. pertinent & ex h.
f al. alii quibus.

ſeſſoribus. In his igitur agris quædam loca propter aſperitatem aut ſterilitatem non invenerunt emptores. Itaque in formis locorum talis adſcriptio, *a* id eſt: IN MODUM COMPASCUÆ, aliquando facta eſt, ET TANTUM COMPASCUÆ, quæ pertineret ad proximos quoſque poſſeſſores qui ad ea adtingunt finibus ſuis. Quodque genus agrorum, id eſt compaſcuorum, etiam nunc in aſſignationibus quibuſdam incidere poteſt. Virginum quoque Veſtalium & ſacerdotum quidam agri vectigalibus redditi ſunt, & locati. Quorum agrorum formæ, ut comperi, plerunque habent quendam modum adſcriptum: ſed in his extremis lineis comprehenſæ ſunt formæ, ſine ulla quidem norma rectóque angulo. Solent vero & hi agri accipere per ſingula luſtra mancipem: ſed & annua conductione ſolent locari. Diviſi & aſſignati agri ſunt, qui veteranis aliiſve perſonis per centurias certo modo adſcripto aut dati ſunt: aut redditi veteribus poſſeſſoribus [redditi] commutatique pro ſuis ſunt. Hi agri leges accipiunt ab his qui veteranos deducunt, & ita propriam obſervationem eorum lex data præſtat in his agris. Sed & ſubſeciva & aliquando compaſcua, ſicut in his qui vectigalibus ſerviunt, & in hoc genere ſunt. Quædam autem vectigalia, [quæ] intra perticam [in eam regionem] comprehenſa ſunt: *b* aut ſi quid ſuperfuit quod non aſſignaretur, reſervatum aut redditum *c* relocatúmque eſt cuiquam coloniæ. Hi autem quibus aſſignati ſunt, deducebantur intra centuriationem, & quæ ſuperfuerunt ſubſeciva eis conceſſa ſunt, id eſt eorum Reipublicæ ex quorum territorio ſumpſerant agros: ita ut in eos quos donaverant Reipublicæ agros, & in eos qui redditi erant veteribus poſſeſſoribus, juriſdictio ſalva eſſet eis, ex quorum territorio ſumpti erant agri. Ergo omnium coloniarum municipiorúmque leges ſemper reſpiciendæ erunt. Item-

a F. adeſt.

b F. ut.

c F. elocatúmque.

Itemque exquirendum nunquid poſt legem datam aliquid ut ſupra dixi commentariis, aut epiſtolis, aut edictis adjectum eſt, aut ablatum. Sed & hæc meminerimus in legibus ſæpe inveniri, cum ager eſt centuriatus ex alieno territorio paratuſque ut aſſignaretur inſcriptum, QUOS AGROS, QUÆ LOCA, QUÆVE ÆDIFICIA INTRA FINES, puta illos, ET INTRA FLUMEN illud, INTRA VIAM illam, DEDERO, ASSIGNAVERO, IN EIS AGRIS JURISDICTIO COERCITIOQUE ESTO COLONIÆ illius, CUJUS CIVIBUS AGRI ASSIGNABUNTUR. Volunt quidam ſic interpretari, quicquid intra fines ſupra nominatos fuerit, id juriſdictioni coloniæ accedat. Quod non debet fieri. Neque enim *a* quid tum aliud defendi poteſt juriſdictionis coloniæ, quàm quod datum aſſignatúmque fuerit. Alioquin ſæpe & intra fines dictos & oppidum eſt *b* aliquid, quod non in ſua conditione remaneat. *c* item eſt in ipſo jus quod ante fuit. Ita illa interpretatione oppidum civeſque coloniæ pariter aſſignaret: Sed nec fuiſſet neceſſe in legibus ita complecti: QUOS AGROS, QUÆ LOCA, QUÆVE ÆDIFICIA, ſi univerſa regio quæ cancellata erat, coloniæ jurisdictioni accederet. Dixiſſet enim intra finem illum, & flumen illud, & viam illam juriſdictio coërcitióque eſto coloniæ illius. ita excipitur, id quod non eſt aſſignatum, vocatúrque ſubſecivum. Ergo ut ſæpius repetam, hoc ait. QUOS AGROS, QUÆ LOCA, QUÆVE ÆDIFICIA DEDERO, ASSIGNAVERO IN EIS JURISDICTIO COERCITIOQUE ESTO COLONORUM COLONIÆ ILLIUS, QUORUM CIVIBUS ASSIGNARI ERUNT AGRI. Item quidam putaverunt, quod jam quidem ſupra dixeram, ſed iterum repetendum arbitror, ut *in* eis agris qui redditi ſunt veteribus poſſeſſoribus, juriſdictio eſſet coloniæ ejus, cujus cives agros aſſignatos accipiebant. Non autem videtur. Quoniam, ut dixi,

a al. ſeptum aliud. F. ereptum al.
b F. aliud.
c F. Id tamen eſt.

dixi, in lege: QUOS AGROS, QUÆ LOCA, QUÆVE ÆDIFICIA DEDERO, ASSIGNAVERO, IN EIS JURISDICTIO COERCITIOQUE ESTO COLONIÆ, quò veterani deducti ſunt, quibus hi agri aſſignati ſunt. Alioqui cum cæteros poſſeſſores expelleret & pararet agros, quos divideret, quos dominos in poſſeſſionibus ſuis remanere paſſus eſt, eorum conditionem mutaſſe non videtur. nam neque cives coloniæ accedere juſſit. Hoc quoque aſpiciendum erit, quòd cum aliquibus locis invenimus ex alieno territorio ſumpſiſſe agros, quos aſſignaret, proprietatem quidem dari, ſcilicet cui aſſignabat: ſed territorii, intra quod adſignabat, jus non auferri. Et ſunt quoque quædam Divi Auguſti edicta, quibus ſignificat, quoties ex alienis territoriis agros ſumpſiſſet, & aſſignaſſet veteranis, nihil aliud ad coloniæ juriſdictionem pertinere, quàm quod veteranis datum aſſignatumque ſit. Ita non ſemper quicquid centuriatum erit, ad coloniam accedit, ſed id tantum quod datum aſſignatumque fuerit. Sunt nihilominus quædam municipia quibus extra murum nulla ſit juriſdictio. Fluminum autem modus in aliquibus regionibus intra centurias exceptus eſt, id eſt adſcriptum: FLUMINI TANTUM, QUOD ALVEUS OCCUPARET: Aliquibus verò regionibus, non ſolum quod alveus occuparet, ſed etiam agrorum aliquem modum flumini adſcripſit, quoniam torrens violentior excedit frequenter *a* circa alveum & centurias. Illud vero obſervandum, quod ſemper auctores diviſionum ſanxerunt, uti quæcunque loca ſacra, ſepulchra, delubra, viæ publicæ vicinaleſque, fontes, foſſæque publicæ vicinaleſque [eſſent,] item ſi qua compaſcua quamvis agri dividerentur, ex omnibus ejuſdem conditionis eſſent, cujus ante fuiſſent. adjectumque jus ut limites id eſt decumani & Kardines aperti populo eſſent: & ſtatuerunt decumanos, & Kardines

a F. circa centurias & alveum.

nes maximos patentiores cæteris: quintarios autem & ſubruncivos minus patentes, non minus tamen quàm *ut* vehiculo iter agi poſſit. In quibuſdam regionibus, cùm limites latè patere juberent, modus eorum limitum in aſſignationem non venit. Sæpè enim & viarum publicarum per centurias modus exceptus eſt. Item ſanxerunt, ſicubi limites in ædificium aliquod inciderent, is cujus ædificium eſſet, daret iter populo idoneum per agrum ſuum, quod ſemper eſſet pervium. In quorundam vero villis quâ limites tranſeunt, januæ ſunt ſemper patentes præſtanteſque populo iter. Nuper ecce quidam evocatus Auguſti vir militaris diſciplinæ, profeſſionis quoque noſtræ capaciſſimus, cum in Pannonia agros veteranis ex voluntate & liberalitate Imp. Trajani Auguſti aſſignaret, in ære, id eſt in formis, non tantum modum quem aſſignabat adſcripſit, aut notavit, ſed & extremam lineam uniuſcujuſque modi comprehendit, uti acta eſt menſura aſſignationis, ita inſcripſit longitudinis & latitudinis modum. Quo facto nullæ inter veteranos lites contentioneſque ex his terris naſci potuerunt. Namque antiqui plurimum videbantur præſtitiſſe, quòd extremis finibus diviſionis, non plenis centuriis modum formis adſcripſerunt. Patet autem quantum hoc plus ſit, quod ut ſuprà dixi, ſingularum aſſignationum longitudinem inſcripſerit *ut* ſubſecivorum: cúmque in cæteris regionibus loca *vacantia* ab adſignatione diſcerni non poſſent, effecit *id* diligentia & labore ſuo. Unde nulla quæſtio eſt, quoniam ut ſupra dixi, aſſignationem extrema quoque linea demonſtravit. Hoc quoque non prætermittam quòd pleriſque locis inveni, ut modum agri, non jugere, ſed alio nomine appellent, ut puta in *a* Campania qua verſus appellant. Item verſus habet p. VIII. DC. XL. ita jugero ſunt verſus nume-

a al. Dalmatia.

 ro


ro III. L. Ego autem quoties egeram menſuram ita renuntiabam, jugera tot, verſus tot. Ut ſi fortè controverſia eſſet, verſus *quot* haberet pedes [VIII. DC. XL.] in jugeribus tamen fides conſtaret. In Provincia quoque Narbonenſi varia ſunt vocabula. Alii appellant libram, alii parallelam: in *a* Hiſpania centurias. Ita ſi, ut dixi, conſuetudinem alicujus regionis inveniemus, *b* ſicut videtur, ita renuntiabimus, jugera tot, verſus tot, ſive libras tot, ſive quodcunque aliud vocabulum *c* aliquomodo comprehenſum fuerit. Ita cum jugera adſcripta fuerint, licet peregrinis vocabulis *d* poſita, quæ jugerum nobis ratio fuit, fidem ſervabit. Neque hoc prætermittam, quod in provincia Cyrenenſi comperi, in qua agri ſunt regii, id eſt illi quos Ptolomæus rex populo Romano reliquit. Sunt plinthi, id eſt laterculi quadrati, uti centuriæ per ſena milia pedum limitibus incluſi, habentes ſinguli laterculi jugera numero Ī. CC. L. Lapides quoque inſcripti nomine Divi Veſpaſiani ſub clauſula tali, OCCUPATOS à PRIVATIS FINES, POPULO ROMANO RESTITUIT. Præter ea pes eorum qui Ptolomeicus appellatur, habet monetalem pedem, & ſemunciam. ita jugeribus numero Ī. CC. L. quæ eorum menſura invenitur, accedere debet ad effectum iterum pars XXIIII. & PR. univerſo effectu monetali pede jug. XII. CCCLVIII. Hunc igitur modum quatuor limitibus menſura SS. incluſum, vocamus *e* medipna, quo apparet medipnia eorum menſuram jugeri haberem: monetali autem menſura I. CC. L. Item dicitur in Germania in Tungris pes Druſianus, qui habet monetalem pedem & ſeſcunciam. Ita ut ubicunque extra fines legeſque Romanorum, id eſt ut ſollicitius perferam, ubicunque extra Italiam aliquid agitatur, inquirendum. Et de hac ipſa conditione diligenter præmoneo, ne quid ſit quod præteriiſſe videa-


a al. Spania.
b F. ſi cui.
c F. quali quove modo.
d F. poſitis.
e al. medimna.


videamur. Hæ ſunt conditiones agrorum quas cognoſcere potui.

Literæ ſingulares quæ in terminis provinciæ Tuſciæ ſcriptæ ſunt, quammaximè in territorio Volaterrano, ſe invicem oſtendentes, id eſt. ZA. VB. CX. TC. QR. SP. NO. QH. FG. TRO. MA. KA. NI. FY. PS. I. CO. H. HO. QA. RV. IS. RG. K. KM. PV. QH. ON. AR. FIL. GHO. CCX. XA. PX. XP. FQ. K. KM. LN. AG. IO. SI. IS. FQ. PX.

Item aliæ literæ ſingulares, quæ in diverſis territoriis Italiæ inveniuntur, maximè juxta fluvium Nemus, ſicuti ſe ſequuntur, ita terminos oſtendunt. AI. AM. IN. KM. IK. DI. KO. MX. XM. YP. FI. HO. SV. VS. ZE. QP. PT. HN. GY. AB. CO. GH. RV. LM. RM. QP. VS. TV. GHI. RS. HO. IN. KM. RT. IO. FP. ZA. MK. NS. GP. XO. PR. HI. AC. FN. XV. XP. MXP. Hi autem termini diſtant à ſe in ped. XCIIII. & CCCLXXV. & in CCCCLXX. & in CCCLXI. in p. IIII. LXI.


Terminꝰ paral-lelogram-mus
Iſoſce-les
Terminꝰ egregius qui et ro-buſtus quin-que pedalis
Sepultura militaris in finem
Trigonus orthogo-nius
Terminꝰ Auguſte-us
Auguſte-us in tri-finio
Trape-zeus
Rhom-bos
Iſopleu-rus
Trigonꝰ oxygo-nius
Rhomboi-des
Spatula
Scutella-tus
Trigonus amblygo-nius
Scalenon


Scoroſio-
nes
Epecte cti-
calis in
triſinio
Botonti-
ni
Arca in
quadri-
ſinio
Sepultu-
ra fina-
lis
Noverca
Canabu-
la
Monu-
mentum
Termi-
nus Aſ-
pratilis
Forma-
lis
D. Traian.
Hermu-
la
Terminus ſilicens
Subſtru-
ctio ad
terras
exci-
piendas
Maceria
finalis


Gamma de petra ſicca conſtructa
Seria
Lapis decuſſat' qui agrum intra cluſum et extra cluſum ſignificat.
Puteus
Terminus ante terminum in verſura poſitus
Lapis non dolatus in curſorio poſitus.
Lapis cultellatus, qui pentagoni recipit rationem.
Terminus qui ſubſecuum demonſtrat.
Lapis gammatus, qui trigoni recipit rationem
Lapis intra lapidem in trifinio
Item lapis intra lapidem in curſorio
Termini gemelli
Lapis qui flexuoſitatem limitis oſtendit
Terminus qui fluvium demonſtrat
Terminus qui rivum demonſtrat
Lapis damnatus

FRAGMENTUM AGRARIUM.

DE LIMITIBUS.

Limitum prima origo, ſicut Varro deſcripſit, ad diſciplinam *a* ruſticam noſcitur pertinere, quòd Aruſpices orbem terrarum in duas partes diviſerunt. dextram dixerunt Septentrioni ſubjacere, ſiniſtrámque à Meridiano terræ eſſe: Orientem & Occaſum *ſequuti*, quòd eo Sol & Luna occidere & oriri ſpectentur. Et, ſicut quidam cupiunt Architecti, delubra in Occidentem rectè ſpectare ſcripſerunt, Aruſpices alterâ lineâ à Septentrione ad Meridianum diviſerunt terram: & [à Meridiano] ultrà Antica; citrà, Poſtica nominaverunt. Ab hoc fundamento majores noſtri in agrorum menſurâ videntur conſtituiſſe rationem. Primùm duos limites duxerunt: unum ab Oriente in Occaſum, quem vocaverunt Decumanum: alterum à Meridiano ad Septentrionem, quem Cardinem appellaverunt. Decumanus autem dividit agrum dextrà & ſiniſtrà: Cardo, citrà & ultrà. Quare Decumanus *non* à decem potiùs quàm à duobus vocatur, cùm omnis ager eo fine in duas dividatur partes. & ut Duopondium & Duoviginti, quod dicebant antiqui, nunc dicitur Dupondium, & Duiginti, ſic & *b* Duodecimanus factus eſt Decumanus. Cardo nominatur, quòd directim ad cardinem cæli eſt. Nam ſine dubio cælum vertitur in Septentrionali orbe. Poſteà hoc ignorantes nonnulli aliud ſecuti ſunt, ut quidem agri magnitudine, qua longior erat, fecerint Decumanum. *c* Itaque noſtram quidem plagam ſpectant, ſed ita adverſi ſunt,

a F. aruſpicam.

b F. Duocimanus.

c F. Ita ut notam quidem plagam ſpectent, ſed ita D. verſi ſ.

ſunt, ut ſint contra Septentrionem: ut in agro Campano, qui eſt circa Capuam, ubi eſt Cardo in Oriente, & Decumanus in Meridiano. Ab his duobus, omnes agri partes nominantur. Reliqui limites fiebant anguſtiores, & inter ſe diſtabant paribus intervallis: qui ſpectabant in Orientem, dicebant Vorſos: qui dirigebantur in Meridianum, dicebant Tranſvorſos. Hæc vocabula in Lege quæ eſt in agro Uritano in Galliis, & in quibuſdam locis adhuc permanere dicuntur. Limites appellati ſunt Tranſverſi, à limo, antiquo verbo, à quo dicunt Poëtæ limos oculos, item limum cinctum, quòd purpuram tranſverſam habeat: item limina oſtiorum. Alii Verſos & Tranſverſos dicunt limites à liminibus, quòd per ea in agros intro & foras eatur. Hi ab incolis variis ac diſſimilibus vocabulis à cæli regione, aut à loci naturâ ſunt cognominati: in alio loco ſic, in alio aliter: ſicut in Tuſciâ, & Umbriâ, & circa Fanum Fortunæ: qui ad mare ſpectant, Maritimos appellant; & qui ad montes, Montanos. Primum agri modulum fecerunt quatuor limitibus clauſum, figuræ quadratæ ſimilem, plerumque centum pedum in utrâque parte, quod Græci *a* Plethron appellant: *b* Tuſci & Umbri Vorſum. Noſtri centenos & vicenos pedes in utrâque parte, cujus ex quatuor unum*quodque* latus, ſicut diei duodecim horas, & duodecim menſes anni, duodecim decempedas eſſe voluerunt. *c* exactum concivium locum primùm appellatum, deinde dictum fundum. Hi duo fundi juncti jugerum definiunt, deinde hæc duo jugera juncta in unum quadratum agrum efficiunt, quòd ſint in omnes partes actus bini in hunc modum. Quidam primum appellatum dicunt ſortem, & centies ductum centuriam. Sunt qui centuriam, majorem modum appellant, ut apud Cremonam, ubi in centuriâ decem & ducenta jugera. Sunt qui

a F. πλινθίον.

b aî. Oſci.

c al. ∞ actbus coñicium locorum pr.

qui minorem, ut in Italiâ Triumvirales agri jugerum quinquagenum. Nam & omnes in ſubſicivis extremæ centuriæ, quæ non ſunt quadratæ, in eadem permanent appellatione. Optima ergo rationabilis agrorum conſtitutio eſt, cujus Decimani ab Oriente in Occidentem diriguntur, Cardines à Meridiano ad Septentrionem. Multi mobilem Solis ortum & occaſum ſecuti, variaverunt rationem: ſicuti effectum eſt, ut Decumani ſpectarent eam partem ex quâ Sol oriebatur eo tempore quo menſura acta eſt. Et multi, ne proximarum coloniarum limitibus ordinatos limites immitterent, ex *a* actâ converſione deſcripſerunt. Et ſic per totum orbem terrarum eſt unaquæque limitum conſtitutio ordinata, ubi proxima ſibi plagarum cæli converſio fuit. Principium artis menſuriæ in *b* agendis poſitum eſt experimentis. Exprimi enim locorum modus aut veritas ſine rationalibus lineis non poteſt, *c* quoniam omnium agrorum extremitas flexuoſa & inæquali clauditur finitione; quæ propter angulorum diſſimilium multitudinem, numeris ſuis manentibus, & cohiberi poteſt & extendi: nam ſola mobile habent ſpatium, *d* & incertam jugera rerum enunciationem. Sed ut omnibus extremitatibus ſpecies ſua conſtet & *e* intraduxi modus enuntietur, agrum, quouſque poſitio loci permittet, rectis lineis dimetiemur. ex quibus proximam quamque extremitatem per omnes angulos factâ normatione complectimur, & cohærentem menſuralibus ſtatuis, certo æſtimato ſpatio, ſimilem futuræ tradimus formæ. Modum autem intra *rectas* lineas cluſum rectorum angulorum ratione ſubducimus: ſubjectas deinde in extremitatium parte areas, tangentibus noſtrarum poſtulationum podiſmis, ſuis lateribus *f* adhærere facimus, & adſcriptis *g* ſpatiis ſuis finibus, ipſam loci reddimus *h* rationem. Hæc ubique unâ ratione fieri multiplex locorum

a F. alia.
b F. agentis.
c F. quanquam.
d F. etſi certam jugerum enunc.
e F. intracluſi.
f al. adæramus, &c.
g al. ſpatio ſuo f.
h al. veritatem.

poſitio non patitur, oppoſitis ex aliâ parte montibus, ex aliâ fluminibus, aut ripis, aut quadam voragine cum pluribus confragoſorum locorum iniquitatibus; ſæpè etiam culturis propter quæ maximè ad artis copiam eſt recurrendum. Et debet nominatim quæ pars agri in poteſtatem menſoris eſt abitura rectorum angulorum ratione conſtringi. Itaque maximè providere debemus, quo uſu ferramenti quidquid occurrerit *a* tranſeamus: adhibere deinde metiendi diligentiam: quæ potius actus in cenſitæ imitationis effectum lateris longitudine æquet, & ferramento primo mutato, omnia indomita perpenſo dirigere, & cujus ex omnibus corniculis expenſa ponderibus, & inter ſe comparata fila ſeu nervia ita perſpicere, donec proxima, conſumpto *b* alterius viſu, ſola metiatur: tunc dictare metas, & eaſdem tranſpoſito inter extrema metæ ferramento reprehendere, & eodem momento, quo tenebatur, à cœpto rigore ad interverſuram aut finem perducere. Omnibus autem interverſuris, tetrantis locum perpendiculus oſtendat. Et cujuſcumque loci menſura agenda fuerit, eum circuire antè omnia oportet, & ad omnes angulos ſigna ponere, quæ normaliter ex rigore *c* agantur: poſito deindè & perpenſo ferramento, rigorem obſequendum maximo lateri dictare, & collocatis metis in alteram partem rigorem mittere, qui cùm ad exrremum pervenerit parallellon primi rigoris excipiat. Et ſi in rigore dictando quædam *d* dubitanda incurrunt, hoc eſt, valles, loca confragoſa, arbores, quæ propter moram aut fructus ſuccidi non poſſunt: nec non ædificia, maceriæ, petræ aut montes, & his ſimilia. [Et] hæc quacumque ratione optimè fieri poterit, menſuram accipere debebunt. Si fuerit ergo vallis quæ conſpectum agentis exſuperet, per ipſam metis ad ferramentum appoſitis erit deſcendendum, cujus rigoris inceſ-

a F. tranſecatum eamus.

b F. ulterius.

c al. cogatur.

d al. devitare.

inceſſum ut à ſe in contraria æquemus, *a* afflictâ antè lineâ capitulum perticæ æqualiter *b* & perpendiculum cultellare debemus. Nam *c* & perpenſum rigorem extendere lineam certum eſt, in quâ cultus locorum perpendiculo aſſignatur. Nam quoties cultellamus ſine lineâ conſpectum metarum ſæpè excedimus: & cùm feſtinantes ex eo loco iterum rigorem conſpicimus, tunc in illam perticarum quamvis exiguam converſionem non minus fit diſtenſio, quam ſi jacentia fuerint quovis compreſſiore loco antè vallem & ultrà quàm perſpici potuerit, evadendæ difficultatis cauſa: ſic tranſire in ulteriorem partem, & dictare non minus metas tres, quibus reprehenſis tranſpoſito ferramento recipere priores oporteat, & perpenſum cæli rigorem quatenus res exegerit *d* perducere debemus.

a F. affixa.
b F. ad.
c F. ad.
d al. producere.

EX LIBRO XII.
[a] INNOCENTII

a al. INNOCENTIUS V. P. AUCTOR.

De

LITTERIS ET NOTIS JURIS EXPONENDIS.

CASA per A nomen habens, fines quam maximè parvos habet ſi in monte fuerit, verum ſi in planis locis poſita fuerit, ſub ſe fines ſpatioſos habet. ſuper ſe proximos fines habet, ſub ſe alveum qui currens ejus fines demonſtrat. & per pedes GA. G. p c ϖ. in omnes circumdantes per pedes ccccl. ſicut ſuperius diximus. Caſa ſi in plano fuerit, fines ſub ſe, ſecundum quod in campo dixi. ſuper ſe autem parvos fines habet. & hæc ipſa loca macriora ſunt. Ab orientali parte aquam vivam ſignificat. A ſextanea parte rivum ſignificat. In fine ſuo monticellos habet, & ad pedem montis ſuperius arca conſtituta, quæ eſt in quadrifinio MA. grandes lapides in fine conſtituti ſunt tales ſigna in finibus habet caſa quæ per iſtam literam nomen habuerit.

Caſa nomen per B habens fines grandes habet de latus ſe montem. Caſa ſi in plano loco poſita fuerit de una parte limes proximum caſa venit, propè ſe aquam habet, & contrà ſextaneam partem maximè alveum in fine ſignificat. ſi in montanis fuerit, talia ſigna *non* invenies. ſi autem in planis locis fuerit, fines toti quam maximè in una parte ei ſubjacent. per longitudinem limitis pedum cclii. Orientalis qui veniens in æqualibus lineis cohæret. Septentrio*nalis* autem per pedes cl. deſcendit. Meridianus vero ſimilis ſepten-

ſeptentrion*ali*, & ipſe ſeptentrio*nalis* proximum caſa, *a* quære ſi ſemper normaturam ſuam conſequitur ſic ut per ſigna iſtius literæ inveniantur. ita capitulum ad notas juris revertatur, ſi ſuper ſe montem habuerit, limitem ejus per pedes ccl. conſequeris, & à ſiniſtra parte terminos quammaximè ſignificat. Caſa in arce conſtituta talia ſigna habet. Si autem in campis fuerit, limes ejus à ſextanea parte proximus venit. ſuper ſe autem fines anguſtiores. de ſiniſtra parte finium limites in uno loco conveniunt.

a F. quæres ſemp.

Caſa per C nomen habens fines ante ſe habet. Orientalem quammaximè proximum venientem in alteros vicinos fines fontem habens, circa caſam fines majores. ſub ſe alveum, & trans alveum tranſit finis ejus, & de latus ſe in fine proxima aquam habens. Caſa in ſiniſtris Flaminiæ indicat terminos. trans alveum tranſit ſicut ſuprà diximus. perdiviſis limitibus, vias multas tranſit, limes ejus per pedes ∞cc. tranſit & lavacrum ſignificat, in quem collis rectaram ſequeris lineæ deſcendentis per pedes ccl. & uſque in valle ubi eſt aqua viva in trifinio in termino conſtituta ſub ſe Flaminia. De latus ſe montem ſuper ſe, lacum in trifinio, de latus ſe vineam, à ſextanea alveum & fontem, quem in alia fine habet medius fons ad ipſam adpertinet. fines quammaximè grandes habens de uno latere finem habet proximum ſicut ſuperius diximus.

Caſa per D nomen habens fines ſuper ſe habet, & maximè deſuper ſe mittit, uſque in vallem alveum habens, ſub ſe planum, de latus ſe monticellos, arcam in quadrifinio conſtitutam, quæ mittit uſque in lavacrum quod eſt circa viam. Fontem de latus ſe caſa habet, campum habens, ſub campo alveum via quæ mittit de trans alveum tranſit illa limitem ejus. de latus ſe pratum verſus caſa vineam poſitam. proximum vineam caſalem habens, quæ premit finem

ejus. Caſalis ipſe in limite poſitus verſis finibus caſa hoc habens de lateris ipſius finem grandem habens, ſub ſe autem finem proximum cohærentem. Finis caſalis rivo deſcendens ſuper ſe alveum tranſit, trans alveum aqua viva in quadrifinio conſtituta, & ſuper aquam vivam ſi in monte fuerit, ſuper ipſum montem quadrifinalis arca conſtituta eſt circa viam, ſub ſe autem campicellum habens ſuperiorem recturam colli. nam limitem ejus pedes ccl. duco per latus ejus fiunt pedes *a* ixiccl. ſicut notis juris expoſitum eſt.

a al. MVIccl.

Caſa per E nomen habens alveum ſub ſe quammaximè ſignificat, de latus alveum tranſit. retranſit limitem ſextaneum ante ſe. ſub ſe finem majorem habet. de latus ſe proximam arcam conſtitutam in quadrifinio, & ipſa arca alveum ſignificat. ſub ſe vallem quæ campicellum eſt. ſuper ſe montem qui explaïus eſt. de latus ſe aquam proximam habens ſub ſe collem & per ipſum collem via. via venit & retranſit limitem & deſcendit ipſa via, & venit ad ipſam caſam. itaque hæc ſigna inveniri oportet.

Caſa per F nomen habens, fines ante ſe habet grandes. Caſa in monte eſt poſita habens ſub ſe vallem, ſuper ſe montem. de latus ſe alveum ſignificat. ſi in campo fuerit caſa de litera ſupraſcripta fines majores habet. proximum caſa venit fines quammaximè in longum habens, in latitia breviores. & ipſos fines alveus tranſit. Limitem autem ſextaneum proximum habet ſigna requirenda oportet. Si ſic fuerit fundus conſtitutus, ſub ſe campum *b* habet extenſum, fines grandes ſignificat. Si in monte fuerit conſtitutus, excogimus finem habere contra duas paginas fundorum. & ſi ſigna ſupraſcripta conveniunt excogimus obſervare.

b F. habens.

Caſa per G nomen habens fines tortas habet. Caſa ſi in monte

monte fuerit de latus ſe fontem proximum geret. ſub ſe vallem & alveum, & trans alveum via, & ſub via *in* aqua viva terminos decurſorios. ſuper ſe montem arca trifinii in arcem poſita trans alveum ſignificat in trifinio poſitam. Si in campo fuerit limites quammaximè requirendos oportet ſecundum conſtitutionem, quam conſtituerint authores: de aliis partibus limitem cohærentem: ſuper ſe arcam in monte conſtitutam. Ergo rariores terminos habet caſa ſupraſcripta. Talia ſigna invenies p. o. l. i. h.

Caſa per H nomen habens montem, poſt montem caſa m. k. u. montem ſuper alveum ſi in monte caſa fuerit fines quammaximè largiores habet. ſub ſe autem vallem. latus ſe per ſingula ſingulas habet lineas. ſiniſtra parte vinea poſita. ſi ad orientales partes fines fortiores habuerit, à ſextanea parte limitem proximum habet, mons ipſe ſub ſe alveum habet à ſextaneo. Si in planis locis caſa fuerit, maximè ab orientis parte limes proximus venit. ſub ſe fines ſpatioſos habet. de latus ſe aquam vivam uſque in ipſos fines ejus pertingunt.

Caſa per I nomen habens fines grandes habet, ſed in longum, ſi ſextaneo pedes ixi ix:ccc. ſi in campeſtribus locis finem habuerit, in latitia pedes clxii. quod computum ad arcam examinis colligo, hoc eſt legibus conſtitutam. & ſi fines per montem habuerit majores, & graciliores habet de ſiniſtra parte terminus proximum caſa venit limes ejus ſub ea per pedes ccl. ſuperius contra ſe uſque in trivium pedes ixi ixi. ſi ſuper ſe montes fuerint, permiſſa linea rectis collibus oportet quæri ſecundum artificium agrimenſuræ.

Caſa per K nomen habens. Caſa in latere montis poſita eſt. ante ſe finem habet. ſub ſe vallem. ſuper ſe montem. de latus ſe alveum & in valle duas aquas vivas habet. de

ſub

ſub ſe campum extenſum, ſub campo alveum, & ipſe alveus finem facit, quoniam prolixiorem lineam ex cohærentibus ſignis habet, ſub ſe duos alveos habet, & ſuper ſe duos montes, inter montem & montem duæ congeriæ lapidum in fine conſtitutæ, ſuper ſe vero collinam extenſam. ſub ſe alveum, & proximum ſe pentagonum habet. in ſiniſtris pratum. per collinam autem via excurrit uſque in trigonium conſtitutum, quæ de latere definit per ſingulos terminos. ſi alveum ſuper ſe habuerit, finem tranſit ejuſdem caſæ. ſi montem deſuper ſe habuerit, arcam in latere montis habet, & circa aquam vivam.

Caſa per L nomen habens ſub ſe finem proximum, & de ſecus aqua ſignificans. de latus alveum tranſit limes ſextaneus, ſuper ſe fines proximos in uno loco, in monte arcam conſtitutam habet *a* examine. deinceps arca deſcendens per duas valles in unam lineam pergens per duo genera montium. ad ſingulos adſignavimus limitem per pedes ccccl v. ſicut in notis juris requirendum eſt.

a F. examinis.

Caſa per M nomen habens de ſiniſtra & dextra quammaximè aqua ſignificat, fines grandes habet. caſa in media fine poſita ſuper ſe interdum modicum proximiorem finem habens fines in quadro habens. limes maritimus Gallicum intercidet, ideo plerumque caſa aquam in curte habet aliquotiens ſuper ſe fines extenſos. ſub ſe autem proximiorem de latus ſe montem habens. ſuper alveum arcam conſtitutam in trifinium. arca perget uſque in alium per ped. lxxx. per pligorias lineas oportet computare.

Caſa per N nomen habens de ſiniſtra parte fines parvos habet. Caſa ſi in campo poſita fuerit ſuper ſe fines modicos habet ante ſe alveum currentem. limes ejus in longum fit pedes cccl. & hoc in alio caſale impinget, partiens miliarium in ſiniſtra, cui *b* mitto caſalibus accepta menſuris ad

b F. mittito.

ad ſingulos fit pedes IIII. ſi ſuper ſe planum habuerit liberi fundi computatio ſupraſcripta obſervetur.

Caſa per O nomen habens interdum in monte poſita eſt. & ſi in monte fuerit in quo campus eſt fines rotundos habet, & cultos: per mediam finem aquam ſignificat, ſub ſe cannicias & res paluſtres habet, & foris aquivergia. Arca in monticello conſtituta cujus caſalis alio caſali conjungit, ideo hæc arca in trifinio ſita eſt, ſi in monte caſa conſtituta fuerit limitem proximum ſe habet ſuper ſe trivium & vias venientes. ſuper ſe trivium & terminos habet. pedatura autem ejus in pedes II. ccclIIII.

Caſa per P nomen habens fines ante ſe habet, de latus ſe limitem ab orientali proximum caſa venientem. Multa caſalia fundum conſtituent. limes ejus orientales poſt caſa veniens proximam aquam habet. ſuper aquam memoria in arca, & ipſa arca de latus ſiniſtrum alias fontanas ſub ſe habens. ſuper ſe montem, de latus montem, in trivio tres botontinos. in ſiniſtra parte arca conſtituta in trifinio inter arcam & caſam, & caſales. ideo multa caſalia fundum conſtituent. de latus ſe fines grandes habens, ſuper ſe fines majores. ſub ſe autem fines latiores, in longitia breviores. de latus ſe limitem proximum cohærentem ducere latus ad ſingulos quadrifinales per lineas fiunt pedes II. cccl.

Caſa per Q nomen habens in plano poſita eſt. fines poſt ſe habens multos, & aquas multas, aliquas vias tranſit limes ejus de ſiniſtra parte in alio fine ſuper ſe montem habens ſubtus Flaminia tranſiens, & ſub Flaminia poſita vinea & ſubtus vinea alveum, infra vinea memoriæ ſunt ſupra ſe arcam habens. ſub ſe campos extenſos habet. videndum qualia loca. ſi foſſæ fuerint terminos rariores conſtituimus.

Caſa per R nomen habens, fines ante ſe habet grandes, ſub ſe campum & alveum, & currens ſubtus Flaminiam alveum tranſit pratum, ſuper Flaminia nuces, ſuper ſe montes & deſcendentes in alveo unde petent aquam & de ſub rivo latus rivum limitem tranſit qui venit ſuper ſextaneum. Si ſuper ſe montem habuerit, tales fines requirendæ ſunt, ſi autem in planis, ad notas juris requirendum eſt. ſi in campeſtribus fuerint, talia ſigna requiris. fines ſub ſe habentem ſuper ſe Flaminiam, & de latus ſe à meridiano venientem aliam in quadrifinio munimentum fines de caſa ſupraſcripta, quammaximè ſi in locis planis fuerit rectis lineis continentur ſicut auctores expoſuerunt.

Caſa per S nomen habens fines grandes habet. ſuper ſe aquam vivam ſignificat. ſuper ſe montem habet. caſa in umectis locis fines habet, & ſeptentrionalem limitem proximum habet. ab orientali parte rivum ſignificat, ſuper rivum currentem tranſit, ſuper ſe fines grandes habet, & ſub ſe alios caſales, & in monte alvarium e. u. ſuper ſe montem. Inter montem & montem alveus deſcendit. ſuper ſe planum habet, de latus ſe vallem habet ab orientali parte limes in proximum concidet. à ſexta hora aquam vivam habet, & ipſa aqua viva in trigonium conſtituta eſt. In monte autem quem ſuprà ſe habet ſacra paganorum in ipſa O conſtituta ſunt, & in his ſicut in ſignis deputavimus. ſi in montibus fuerit, talia ſigna, ſi vero in campeſtribus, limites requirendos oportet.

Caſa per T nomen habens plerunque ſuper ſe fines parvos habet habens ſuper ſe montem, & in monte arcam. ſub ſe autem fines ſpatioſos mittit ad alveum aquam vivam uſque in trifinium conſtitutam. ſuper limites orientales proximum venientes terminos rariores conſtituimus, ſicut auctores conſtituerunt, ſine dubio obſervetur.

Caſa

Caſa per V nomen habens fines grandes habet. ſuper ſe montem habet, montem qui planus eſt, & caſa plana loca poſſidet. ſiniſtra parte montem ſuper alveum habet, tribus alveis deſcendens de ſiniſtra parte lapides grandes quæ in alveo & duas ſerras habens cavas, de una cava ſacra paganorum. ſuper ſe autem quammaximè fines fortiores, & à ſexta hora, & ab oriente finis in proximum veniens ſub ſe aquam vivam habens. omnia hæc ita obſerventur.

Caſa per X nomen habens fines in longum habet & ſpatioſos in campo poſitos non per omnes fines campum ſuper ſe montem habens, & alveum de latus ſe quattuor alvea habens. ſuper alveum alius rivus currit de ſiniſtra parte fines parvos habet. ab occidente autem quammaximè fines fortiores habet. Si in campeſtribus fundus conſtitutus fuerit, limites oportet requiri. Si in montanis locis terminos excogimus requirendos. Quoniam ſcio & ipſos terminos per pedes trecentenos denos invenies quos in alveum conjungis. arca ſuper ripa alvei conſtituta eſt in quadrifinio, ideoque ſuper ſe montem aliquos fundos habere conſtat. qui fines ſtrictiores habent à duodecima parte limes maximus conſtitutus ſiniſtra parte alveum ſignificat.

Caſa per Y nomen habens fines grandes habet ſub ſe montem habens, ſuper ſe planum habet de latus ſe in ſiniſtris fontem de latere eodem mutabilis locus caſa in *a* ſuis cæteris conſtituta ſuperius quæ proximum caſa venientes duas aquas ſive duos alveos habens de latus ſe fines majores, ſub ſe autem finem gracilem habet latus ſe proximum fontem ſub ſe vero pratum. de ſiniſtra parte vineas. ſuper ſe montem. de latus ſe montem. inter montem & montem viam. ſub via flumicellum & trans flumicellum aquam vivam. tales fines habet.

a F. ſiccitariis.

Caſa per Z nomen habens fines parvos habet ſecun-

dum auctoritatem nominis ſui. Limes orientalis proximè concidens de ſiniſtris partibus proximum fontem habet ſi limiti proximo *a* caſales impinget & orizontes (hoc eſt definitores) divident IXI. venit computatio limitis.

a al. canales.

A L I U D.

Caſa per A alpha nomen habens fines parvos habet. ſuper ſe montem. ſub ſe campum extenſum ab orientali parte alveum à ſextanea parte fines proximos, habens à meridiano fines extenſos. contra auſtrum vero fines ſpatioſos ordinavimus. contra aquilonem fines fortiores invenies. In ventum vero qui occidaneus *b* imputatur, ſemper fines curtiores habet. ſuper ſe montem. de latus ſe vallem. & in valle duas aquas vivas in finibus ſuis habens. ſub valle arca conſtituta in trifinio de latus ſe aquam vivam habens quæ in confinio eſt, & ipſa aqua viva terminus eſt. ſuper ſe montis jugum & in ipſum jugum Flaminia excurrit, & ſuper viam terminus hoc eſt petra aſpratilis tales fines habet littera ſupraſcripta.

b F. nuncupatur.

Caſa per B beta nomen habens fines grandes & ſpatioſos. ſub ſe campum. de latus ſe alveum, & in monticello arca conſtituta in quadrifinio. ſub ſe hoc eſt ad occaſum fines proximos habens, ab orientali parte fines extenſos, Ab aquilone fines ſpatioſos, & limes gammatus currit, hoc eſt tortuoſus à ſextanea parte. aut caſa aut caſale qui eſt finis iſtius caſæ eum premit, & quoniam ſub alveo arca conſtituta eſt P L. M. *c* P. C. de ripa alvei in proximo de una parte fines proximiores habens. In ſiniſtra parte pratum, de latus caſa vineam. Caſa vero aquam in proximo habet. de una parte fines curtiores habet, quamplurimum terminos ſignificat, aut foſſis aut rigoribus tales fines habet.

c al. ped. C.

Caſa

Caſa per Γ gamma nomen habens fines ante ſe parvos habet. poſt ſe hoc eſt à ſextanea parte fines fortiores habet. A Meridiano fines extenſos habet. Super ſe vero montem collis rigorem ſequeris & per collem in lavacrum circa labacrum arca conſtituta. itaque quadrifinium à ſiniſtra parte quæ ſextanea aquam vivam requiris, quoniam ſuper alveum habet, & trans alveum fines ejuſdem tranſeunt amplius manuum paſſus mille rectum alveum finis excurrit. Latitia finium pedes cl. arca conſtituta ſuper ſe hoc eſt ab oriente fines fortiores habet. Pratum ſub ſe, ſub prato fontem, & ſub fonte aquam quæ in alveum mittit, & ipſa finem facit de una parte caſalem qui in ſilva ad finem ejus pertinet & ipſe caſalis fines graciles habet, & in ipſa caſa eſt caſalis ipſe.

Caſa per Δ delta nomen habens fines grandes habet. Orientalis finis in proximum venit, & à ſextanea parte finis in proximum venit. A Meridiano vero fines extenſos habet. Alveum circa ſe habet, & trans alveum caſa in monte habens, & ſuper montem memoria in arca & ſuper arcam aqua viva, & ſuper aqua viva terminum in trifinium, id eſt lapidem tiburtinum. quoniam ipſe inſpectis diligenter *a* finit in cura conſtituimus. de latus ſe fines grandes habet, ſub ſe vineam, & ſub vinea pratum, & trans alveum montem, & ſuper montem arca conſtituta in trifinio quæ deſcendit circa vallem, & in valle aqua viva, & ipſa aqua viva trifinium facit, & ſub aqua viva terminus curſorius poſitus mittit in proximum caſalem.

a F. finibus.

Caſa per E nomen habens fines bonos habet. poſt [ſe] finem nihil habet. ante ſe fines ſubjacentes, hoc eſt ab oriente, à ſextanea parte finem proximum habet. & ſub ſe alveus currit montem habet, & in ipſo monte aqua viva eſt. & ſub aqua viva terminum in trifinium ſignificat

ficat & deinceps ante ſe finem & campum habet & per medium campum limes excurrit. ſub ſe finem proximum, ante ſe fines ſubjacentes per convallia. ſub ſe caſa Flaminiam habet finem facientem. tales fines habet.

Caſa per Z zeta nomen habens, fines grandes atque compactiles, fines ſpatioſos non habet. ſub ſe campum. ſuper ſe montem. inter campum & montem alveus eſt, qui alveus finem facit. in ſiniſtra parte pratum, & ſub prato Flaminia quæ via obſervat omnes fines aſpratiles F. D. habens de una parte finem proximum habens. quam partem aquilonis & ipſum orientem interpretemur, quoniam finem proximum habet. ſuper ſe autem finis jugalis excurrit & ipſe finis ſub ſe aquam vivam ſignificat. & ipſa aqua viva omni tempore non decurrit. de una parte ſacra paganorum ſunt, & ita mittimus ſecundum fundi literam normam *a* 23. terminos requirendos de litera caſæ ſupraſcriptæ.

a al. z. 3.

Caſa per H heta nomen habens fines in longum habet. quattuor limites fundum continent. Caſa in campo poſita eſt, & per medium campum alveus eſt finem ſubter Flaminia faciens, & ipſe alveus de fonte deſcendit. de ſiniſtra parte fines fortiores habet. ſiniſtra quæ ſextaneam obſervatur ab aquilone fines curtiores habet quod expectant orientales in rationem quammaximè collectacula aquæ oſtendens ſuper ſe montem. inter montem & montem limes excurrit. de fonte excurrit limes ejus qui mittit uſque in puteum & melum cotoneum. non quia puteus obſervandus eſt ſed alia ratione. ſub ſe in campo limes excurrit extremus in longitia alienum eſt, vallis vero de fundo ſupraſcripto eſt. etiam montem in medio uſque in jugalem corrigiam permittit. ſuper cava in qua arca conſtituta eſt de latus via inde deſcendit limes qui finem facit de fundo ſupraſcripto.

Caſa per Θ Theta nomen habens fines grandes habet ſuper ſe montem, ſub ſe montem. inter montem & montem alveus currit & trans alveum campus extenſus & ſuper ipſum campum aqua & terminus conſtitutus eſt in *a* trifinio qui habet decus & plumbum & quaternarios & calce quoniam micidiores hoc eſt minores invenies ſtantes quotquot fines oſtendunt. ſuper ſe autem fines curtiores habet hoc eſt ab oriente. à ſextanea fines extenſos itineri montium, hoc eſt *b* pariis & irſis generis rationibus cognoſcendum exponimus. ſubter ſe autem caſales multos invenies & in lateribus montium limitem excurrere, ex arte & opus factoris duo montes fundo cohærentes terminus plumbatus qui in via eſt hujus linea excurrit per latus montium & alter cui acutum cyprinum *c* ſuper invenies expectantem montem oſtendere.

a F. quadrifinio.

b al. paziis.

c al. ſubter.

Caſa per I jota nomen habens fines in longum habet, in latitia brevis. ſuper ſe montem. ſub ſe campum, ſub campo alveus currit, & circa alveum pratus, & trans pratum aqua viva quæ in finem conſtat & finem facit. de latus ſe vero caſa finem proximum habens, qui latus orientalis interpretatur. iſtius literæ caſa ſemper finem in longum habet, in latitia breviores.

Caſa per K cappa nomen habens ab orientali parte finis proximus venit. ſuper ſe montem & de monte deſcendit alveus qui excurrit per finem de fundo ſupraſcripto ſuper ſe autem vallem & in ipſa valle aqua viva circa Flaminia & duas valles. inter vallem & vallem monticellus deſcendit, & de latere hujus monticelli alveus, & qui finem facit inter caſas & caſales [&] in ipſis locis aſpratiles ponuntur. hæc littera fines grandes ſignificat.

Caſa per Λ lauta nomen habens fines grandes habet ſuper ſe montem. de latus ſe alveum proximum caſa venientem

tem limitem orientalem concidet ſub ſe & in longitudinem & in latitudinem finem habens grandem ſuper ſe nihil. terminos quammaximè requirendos oportet. In latitia autem pedes IIXCIIII. & in longitudinem idem ſicut auctores expoſuerunt.

Caſa per M mi nomen habens ſuper ſe vallem, ſub ſe montem, de latus ſe autem alveum, contra ſextaneam autem partem fines anguſtos ſignificat. In ſupraſcripta autem valle aquam vivam habet & eidem adpertinet, quoniam quammaximè fontium ſublata ſtilla per finem aqua currit violentius: ſuper eadem terminum conſtituimus qui eſt in trifinio diſcedente linea uſque quo ſanctio videtur in planis locis exquirendam rationem terminis alii ſubterioribus. in ſiniſtra arbores de latus ſe, hoc eſt ab aquilone, à dextra ſolis ſurgentis quo curſus obſervat fines ampliores & caſale. invenies de latus ſe redeuntem [gammatum] limitem hoc eſt tortuoſum interpretamur.

Caſa per N ni nomen habens fines non ſemper grandes habens, ſuper ſe montem, ſub ſe campum, de latus ſe alveum viam ab oriente & ipſa finem facit. à meridiano fines extenſos habet de una parte limes proximum caſa venit aquam habens. ſub ſe vero caſalem qui eidem fundo adpertinet & ipſe caſalis ſuper ſe fines ſuos habet. tales fines habet caſa ſupraſcripta.

Caſa per Ξ xi nomen habens ſuper ſe montem habet. de latus ſe valles tria alvea ſignificat. campum inter alveum & alveum tres valles & in ipſa valle finem montanum habens qui excurrit uſque in viam & ſubter terminum in quadrifinium conſtructum invenies arca ſuper ripa de alvarium conſtituta in trifinio poſita ſuper ſe montem habet & trans montem alios caſales à duodecima parte limitem proximum de ſiniſtra parte rivum ſignificat.

Caſa

Caſa per o nomen habens fines grandes habet ſuper ſe montem & caſa in plano loco poſita ſub ſe rivum, & de ſiniſtra parte alium rivum habet, tres rivi deſcendent de ſiniſtra parte lapides grandes quæ in lavacro ſunt, duas ſerras habet cavas de una parte ſacra paganorum.

Caſa per pi Π nomen habens, fines ante ſe habet de latus limes orientalis proximum caſa venit multa caſalia fundum continent. limitem qui poſt orientalem venit proximum aqua habet, & ſuper aquam arca, ſuper arcam memoria, de latus ſiniſtrum alias fontanas ſub ſe habet *a* ſub ſe montem. de latus montem in trivio tres botontinos in ſiniſtra parte arca conſtituta in trifinio poſita. *a* al. ſuper.

Caſa per ro Ρ nomen habens fines ante ſe habet & grandes ſub ſe campum extenſum, & per medium campum flumina currunt ſubtus flaminia alveum tranſit pratum ſuper flaminiam habens de latus Flaminiæ pomaria ſunt. ſuper ſe montem & de monte deſcendit rivus qui venit proximum caſa. de rivo petent aquam & de latus rivi limes tranſit ſextaneus.

Caſa per ſimma Σ nomen habens ſicut in S latina litera.

Caſa per tau Τ nomen habens ſuper ſe fines parvos habet ſub ſe finem mittit uſque in rivum qui currit ſubtus tranſit limitem ejus trans finem aqua viva quæ uſque in aliam aquam vivam mittit. limitem ejus ipſa aqua viva trifinium facit ſuper ſe limitem orientalem proximum caſa venientem.

Caſa per Υ nomen habens ſicut in latinis literis.

Caſa per Φ fi nomen habens poſt ſe fines habet multas aquas vivas tranſit rivus de ſiniſtra parte finem ſuper ſe montem habet ſubtus Flaminia tranſit ſub Flaminia vineam poſitam, ſub vinea rivum. intra vinea memoriæ ſunt. ſuper ſe loca macra habet. ſub ſe campum extenſum limitem ejus

Caſa per X nomen habens fines ante ſe habet poſt orientales proximè venit in aliam finem aquam mittit fontem habet ſub Flaminia indicat caſam aqua viva. in ſiniſtris Flaminiæ indicat terminum trans fluvium tranſit vias multas & limitem ejus pedes IXIC. tranſit & lavacrum, ſignificat & collis rigorem.

Caſa per pſi Ψ nomen habens fines ante ſe habet caſa in monte poſita fluvium tranſit. limitem ſextaneum proximum habet.

Caſa per Ω nomen habens in monte poſita qui campus eſt fines rotundos habet & cultos per medium finem aqua viva ſignificat ſub ſe *a* junciva & furra aquivergiis. arca in monticello poſita cui caſales conveniunt. ideo arca trifinium ſignificat, & territoria dividet.

a al. juncima.

INCI-

INCIPIT
LIBER MARCI BARONIS
De
GEOMETRIA.

AD *a* RUFUM, FELICITER.

a al. SIL-BIUM. item al. RUFUM SILVIUM.

CAſa quæ per A nomen habet fines ſuper ſe montem, habent è ſiniſtra parte aquam vivam ſignificat per B orientales partes ribum ſignificat.

Caſa per B nomen habet finis grandis habentes ante ſe finis ſubjacet contra ſextaneum rivum ſignificat finis circa ſe.

Caſa quæ per C nomen habet finis ſuper ſe non habentes proximum venit in alia finis fontem habentes ſubtus fluminia indicat, tranſit aqua viva in ſiniſtris *b* flumini, indicat terminum tranſit fluvium tranſit vias multas tranſit limitem ejus per P. ∞ cc. tranſit labacrum ſignificat, collis *c* rigor aſſequeris.

b F. fluminii.

c al. rigora ſequeris. F. ribora, ſeu rivora ſeq.

Caſa quæ per D nomen habet finis poſt ſe habentes ſuper ſe mittit uſque in balle montem, de latus habentem verſus finibus caſa hoc finis habentem.

Caſa quæ per E nomen habet fluvium ſub ſe ſignificat de latus rivum tranſit limitem ſextaneum ante ſe.

Caſa quæ per F nomen habet finis habentis caſa in monte poſita fluvium tranſit limitem ſextaneum proximum habentem.

Caſa quæ per G nomen habet tortas fines *d* habentis in monte poſita tria rivora ſignificat in trifinio vineam poſitam.

d F. habet, finis in mont.

Caſa quæ per H nomen habet multæ in monte poſitæ

a al. fluvi. ſuper albarum *a* fluvies ſuper ſe montem ſignificat à ſextaneo.

Caſa quæ per I nomen habet finis habentem & hoc in longum ſignificat ſi in ſextaneo per xxx. quod cumputum colligo ſi in orientale, ∞cc.

Caſa quæ per K nomen habet finis ante ſe ſubjacet ſuper ſe montem habentem de latus ballem habentem & in vallem duas aquas vivas habentis caſa in latere montis poſita ſuper ſe fines proximas habentem ſuper ſe rivum & cavam terminum juxta ſub ipſo fluvium curret proximum habentem ſe trivium & caba terminum juxta ſub ſe fluvium currit proximum ſe *b* pentagonum habentem vineam in ſiniſtris pratum ſub ſe habentem & hoc caſa quæ per K nomen habuerit talis finis habentes.

b al. pentagonus.

Caſa quæ per L nomen habuerit fines ſub ſe proximum habentem proximum ſe aquam ſignificat limitem ſextaneo per ccl. de latus orientalis ſignificat trium quæ *c* albiarum. Hoc legitur, caſa per L cumplurimum terminum ſignificat.

c F. albearium.

Caſa quæ per M nomen habet dextra levaque aquam vibam ſignificat finis egregios habentes caſam in medium finem poſita finis quadratos habentes limites maritimenſes gallicum intercidunt. hoc caſa aquam in curtem habentem.

Caſa quæ per N nomen acceperit ſiniſtram partem finis nihil habet & hoc caſa in campo poſita ſuper ſe limitem proximum habentem ante ſe fluvium in ſiniſtro cui demitto *d* ea ſalibus.

d F. caſalibus.

Caſa quæ per O nomen acciperit in monte poſita finem aquam vivam ſignificat ſub ſe *e* juncina & forra aquavergens *f* aream in monticulum conſtituta ubi caſa per O mittit caſalis quos demiſimus ideo hoc arca trifinium facit in montem-

e al. junciva.
f al. arcam.

montemque campo finis rotundas habentem & culta per mediam tria rivora diſcindit, à ſiniſtra parte lapis grandis qui in albarum eſt duas ſerras ab eo caba de una parte & ſerra paganarum appellatur.

Caſa quæ per P nomen habet finis ante ſe habentem, ſignificat de latus limitem orientalem proximum. caſa fines multas caſilieas fundum continet limitem ejus poſt caſam orientalis qui fines proximum aquam habet ſuper aquam arcam. Super arcam memoriam de intus ſextanea parte alia fontana ſub ſe habentem ſuper ſe montem de latus monte in trivio tres botontinos in ſiniſtra parte arca conſtituta in trifinio poſita inter O. P. I. multa caſalia.

Caſa quæ per Q nomen habet poſt ſe finem habet multas aquas vivas tranſeunt de ſiniſtram partem in alias fines montem ſemper ſe habentes ſubtus fluminia tranſit, ſubtus fluminia vinea poſita & circa vineam rivus currit & intra vineam memoriæ ſunt ſuper ſe loca macra habentem ſubtus ſe campum extenſum habentem limitem ejus *a* per ∞ccl. [a] F. ped.

Caſa quæ per R nomen habet finis ſuper ſe habentem & diffuſas campus ſub ſe habentem & per medium campum flumina current & ſubtus flumina *b* malbarum tranſit foſſatum, ſuper fluminia habentem delato fluminia indicat ſuper ſe montem habentem de montem exurget rivus qui deſcendit proximum caſa & de rivum petent aqua & de ſub rivum latus rivum limitem tranſit qui venit ſextaneo. [b] F. alvearium.

Caſa quæ per S nomen habet finis egregios habentes ſuper ſe aquam vivam ſignificat. de orientalibus partibus rivum ſignificat. ſuper rivum currentem tranſit ſuper ſe montem habentem. Caſa in umoroſo loco, finis habet de ſeptentrionem proximum finem & ſuper ſe fines grandis habentes & ſubtus ſe alius caſilis intra limitem habentes &

ſuper ſe montem & ſubtus ſe montem inter montem & montem albaria è *a* coreo hæc nomina & ſigna in ſaxa finies limitibus.

a al. coreſo.

Caſa quæ per T nomen habet ſuper ſe finem nihil habentem ſub ſe mittet trivium qui curret ſubtus tranſit limitem ejus & trans flumen aquam vivam uſque in aliam aquam vivam mittit limite ejus & ipſa aqua viva trifinium facit ſuper ſe limitem orientalem proximum caſa venit. Hoc legitur.

Caſa quæ per V nomen habet fines egregios habentes ſuper ſe montem & caſa in plano loco poſita ſub ſe rivum diſcindit & de leva parte rivus alter.

Caſa quæ per X nomen habet finis in longo habentem & ipſa loca in campo poſita, non per omnes fines nominatur per campum. ſuper ſe montem ſignificat, de latus ſe albarum curret de ſub ſe aliam albarum pintagonem proximum ſe rivum de latus alium ribum quattuor rivora habentem in finibus ſuis & hoc in finiarum impinget, ſuper albarum alium ribum curret. quod in albarum conjunget gurga. Super ipſa dealbarum conſtituta, ideo ſuper ſe montem habentem & trans montem alius caſalis conſtat à duodecimani parte limitem proximum conſtat à ſiniſtris partibus ribum ſignificat. Hoc legitur.

Caſa quæ per Y nomen habet finis grandis habentis montem ſuper ſe habentem ſuper ſe planum habentem de latus in ſiniſtris fontem mutabilis locus caſa in ſuis *b* ſociteri è proximo venit caſa, ſuper caſa dua rivora current. Hoc legitur.

b F. ſiccitariis.

Caſa quæ per Z nomen habet fines nihil habentes. proximum ſe orientale ſuccedat de ſiniſtris partibus, proximum fontanam habentes, proximum ſe limitem caſalis impinget, *c* orocite, dividi, ∞, venit computationis limi-

c F. orizontes dividit.

tes quouſque finibus, à littera prima A, uſque in Z, fines partire circuitu litteris, quia de litteris computare caſa, quæ nomen habuerit de jugum putare fines computum hoc eſt nominis deſignata computum, per ccc, cccl, hoc eſt in litteris quomodo in litteris computum colligo ab omni compagina litterarum ab A, uſque in Z, fines qua legis hoc habebis.

DE
CASIS LITTERARUM,
Montium in ped. V. Fac. pede uno.

A. caſa quæ per a nomen habuerit, fines grandes habens, & collem, in eodem monte per ipſum collem finis excurrit, ſub rivo terminum conſtituimus, fontanea *ea* parte requiras, & per aquam vivam deſcendentem limitem orientalem ſupra aquam vivam deſcendentem, ubi ipſum terminum in ipſo loco requiras, qui *a* terminum mittit uſque ad rivum, & trans rivum requiras à ſextaneo limite arcam conſtitutam, quæ ad dexteram partem, hoc eſt contra orient*al*em partem, limitem ſextaneum ſemper excurrit, ut ſuperius dixi, fines grandes habens, fundi ſupraſcripti. ſi in montanioſo loco fuerit, ſi in campaneis, mediocrem.

[a] F. terminus.

B. caſa quæ per b nomen habuerit, fines grandes habens, ſi in campaneis locis hæc fuerit, conſtituta erit: ſi autem in montibus, finis contra orientalem nihil habens, & de ipſa parte ſignum termini requiras à meridiano extendens contra ſeptentrionem, limesque fluvium, & de eadem parte via quæ venit, & ipſum rivum tranſit, & ſupra

pra viam pratum, ſub prato aqua viva. Hæc ſi requiris in fundo ſupraſcripto ſigna finalia dinoſcuntur.

C. caſa quæ per c nomen habuerit, fines ſuperiores habens ſuper ſe, contra occidentis partes, fines ſuperiores oſtendit uſque ſub via. Lapidem, quem ibi invenies, in quatrifinium conſtitutum dinoſcas: aquam *a* id fine ejus, quammaximè peregimus tempore *quo* perfluentem dinoſcas, trium rivorum in fundo invenies de ipſis unum Auguſto menſe aquam habentem, ſuper vallem ſubrectiorem. Hæc ſignificamus in fundo ſupraſcripto.

a F. in.

D. caſa quæ per d nomen habuerit, fines grandes habens, ſuper ſe planitiem ſuper ſubrectiore loco ab orientali parte fines anguſtos, de contra ſextanea parte aquam vivam invenies: contra meridianum terras cultiores, à dextra parte nigriores, & ſuper eum ſubrecto loco lavacrum, & circa lavacrum via, & per ipſam viam ſine dubio finalis cauſa dirigatur: quoniam non per omnes vias finis dinoſcitur, ſed requiri oportet incamarſum, qualis dicta, in eodem loco inveneris. Per hanc legem ſciatur intentio, & fines grandes habens fundus ſuperſcriptus.

E. caſa quæ per e nomen habuerit, fines grandes habens, & per mediam finem viam, aut rivum, aut flumen pergens, contra occidentis partes fines majores extendens. eaque literis locum ſignificamus, & per eundem rigorem limes deſcendit à meridiano & ſeptentrione nigriores terras invenies, ſi in campaniis locis fuerit, fines rotundos habentes: ſi autem montuoſum, ita conſequaris ut ſupra dixi, à ſeptentrionali parte aquam perennem invenies, in fundo ſupraſcripto.

F. caſa quæ per f fines grandes habens, ab orientali ſignificamus colles, monticellos, *b* rigorem, ampliores ab ipſa parte fines extenditur, ſub ſe fines nihil habens, hoc eſt

b F. rigore ampliore.

eſt ab occidentis parte fines curtiores habens: contra aquilonalem partem, aquam & terminum in fundo ſupraſcripto. Hæc ſigna requiras, finitima dinoſcitur.

G. caſa quæ per g nomen habuerit, fines extendens ad orientem grandes, quamplurimum terminos ſignificamus magnos, & foſſas in ejuſdem fine direximus. Talia ſigna invenies in fundo ſupraſcripto.

H. caſa quæ per h nomen habuerit fines grandes habens cultiores & latiores, ſub ſe humoroſa loca habens, quatuor limites fundum continent: finis in longitia extenditur à ſextaneo latere: ſuper ſe montem, ſub ſe vallem: & in ipſo fundo pro terminis cotoneum & olivaſtellum invenies: & item lapides terminales poſuimus, & aquas vivas in fundo ſupraſcripto terminales invenies.

I. caſa quæ per i nomen habuerit, fines longos habens & grandes, ſignificamus finem ejus in longum ped. cccc. In ſextaneo latitia finium ped. ccl. ſub ſe flumen habet, & finem ſuper foſſas, & per eundem fundum direximus, ſuper ſe monticellos, limes currit finalis: in quo monticello certurium invenies in ped. cl. arcam conſtitutam invenies in fundo ſupraſcripto exceptis aliis ſignis.

K. caſa quæ per k nomen habuerit, fines grandes habens, contra meridianum fines nihil habens, & contra ſextaneam partem fines ampliores extendit. Super ſe fluvium, ſuper rivum, de quibus unus eſt qui aquam perennem habet, ipſe finem exſolute facit: ſuper ſe montem, ſub ſe vallem, & in valle terras cultiores, ſuper ſe nigriores habens fundus ſupraſcriptus.

L. caſa quæ per l nomen habuerit, fines grandes habens, ſub ſe vallem habens, & in ipſa valle alveus currit, & trans alveum limites ejus tranſit, per ped. cc. De latus ſe aquam vivam habens, ab aquilonali parte fines amplio-

res habet, tres rivos fundus ſupraſcriptus habet: de quibus unus finalis eſt: contra occidentalem partem arca conſtituta teſtacia finis ejus circundata per paſ. II. ccl. Ideo caſa aquam in corte habens ſub ſe pratum flaminea, & ſub ipſa flaminea arca conſtituta in quadrifinio poſita.

M. caſa quæ per m nomen habuerit, fines quam maximè extenſos contra orientales partes, fines breviores habet, per limitem maritimum excurrens, hoc eſt per orientalem, per ped. cccl, uſque in arcam quæ eſt circa viam in quadrifinio poſita, & per Gallicum limitem latitia ped. ccl. ſub ſe fluvius à ſextanea parte currit, quem fluvium finis tranſit: inſula trans fluvium ad fundum ſupraſcriptum pertinet. cectoria, hoc eſt rotundus eſt: ſicut modius. eſt foſſa circa publica: finem non facit ſub ſe modium habentem, & per modium alium terminum, qui mittit per ipſum modium habentem, qui rivus interpretatur, & in fluvium deſcendit: ſine dubio exſolute finem facit: aquam vivam contra orientalem partem in fundo ſupraſcripto. Hæc ſigna finitimam rationem oſtendunt.

N. caſa quæ per n nomen habuerit, fines magnas extenſas & cultas habens in fundo ſupraſcripto contra occidentalem partem finem habens, à meridiano ampliores excurrens, à ſeptentrione arca conſtituta marmorea, fines compactiles habens & cultas: caſa in latere montis poſita, circa ipſam terminum invenies, ſubter pratum caſa poſita, & ſuper pratum rivus currit. Hæc ſigna in fundo ſupraſcripto.

O. caſa quæ per o nomen habet fines grandes habens, caſa in plano loco poſita ad orientales partes fines extendit: caſa in monte poſita fines cultas: à ſeptentrionali parte ſylvam habet, & ſuper ipſam ſylvam rivus currit, & trans rivum per ped. cc. limes ſextaneus currit. Super ſe verò

verò fluvium, & trans fluvium fontem, & ſuper fontem terminum in monticello conſtitutum, qui tranſit à ſextanea parte requires, ut ſupra diximus: fines grandes ſignificavimus in fundo ſupraſcripto, tales fines extra Italiam legis ut ſubter adnecti.

P. caſa quæ per p nomen habet, fines grandes habens, ſuper ſe montem, ſuper vallem aut campum extenſum, & per ipſum campum via currit, ſub via ped. ccl. foſſatum qui rivus interpretatur, fines per ipſum conſtituimus exſolutè: & ſuper ipſum medium montem limes currit per lapidem decuſſatum, qui lapis eſt nativus, & ipſe decus *a* qui trifinium facit limitem ejus, fundum ſub àqua viva ſuper via in collicello: ſigna quæ ibidem inveneris, in ipſo loco trifinium conſtituimus, fines grandes habentes in fundo ſupraſcripto.

a F. quadrifinium.

Q. caſa quæ per q nomen habet, fines grandes habens, montem, vallem, ipſam finem conſtitutam, quas fines ſpatioſas ab orientali parte fines ſpatioſas & ampliores habens, poſt ſe à meridiano fine nihil habens, & ab ipſo limite rivus currit: ipſum rivum limes tranſit & retranſit, ab occidente parte planitia dinoſcitur, & proximè villam aqua viva eſt: quam aquam vivam in finem conſtituimus: ſed infra fundum principalem ſuum aqua viva eſſe cognoſcitur, per ped. cccc. Limes qui currit pergens uſque ad maximum decimanum, qui cardo, amplius patere debet pedes cccc. fundo ſuper ſcripto terminatè finem conſtituimus. Hæc ſigna ſuperius nominata in fundo, juriſdictio coërcitio in examine carmaſis deducantur, in libro *b* Hegeni requiris.

b F. Hygini.

R. caſa quæ per r nomen habet, fines grandes habens ab orientali fine nihil habentes, contra ſextaneam partem fines ampliores oſtendit, contra occidentem aquam vi-

vam in fine habentem ſubter aquam vivam, ſubter aquilonis partes arca conſtituta in ped. DCL, arca in monticello lapide Tiburtino: ſi quo alio vocabulo appellatur fundus ſupraſcriptus grandes fines habens, ibidem ſuper ſe circa rivum qui currit, trans ipſum rivum invenies ſignum de terra manibus factum, & ibidem in ipſum ſignum quatrifinium cohæret, & ſuperius ipſum ſignum quem finitimum conſtituimus ſuperioris locum, hoc eſt contra orientalem. hæc ſigna invenies fundo ſupraſcripto limes ejus circundatus ped. ii. cclxx. hoc in fundo circundato limitibus invenies.

S. caſa quæ per ſ nomen habet fines habens ſpatioſas, ſuper ſe finem habentes, & ſuper ſe habens multas aquas vivas habentem alveum, qui tranſit finem in latere montis arca conſtituta circa viam terminum habentem fundum ſupraſcriptum. ſub ſe pratum, de latus ſe vineam aquam in corte habentem, contra orientales partes terminum, qui modius appellatur, incurſorius appellatur: ipſum terminum & ipſum locum directura trifinium facit, circa muſileum in pedes lxx. amplius ped. minus invenies. trifinium ſubter rivum ſignificat tales fines habens fundus ſupraſcriptus.

T. caſa quæ per t nomen habet, quam plurimum terminum rariorem oſtendens, & foris aquivergium, qui contra ſeptentrionem deſcendit, ibidem *a* exſoluit, finem facit. fundus ſupraſcriptus tales fines habens.

a F. exſolute f.

V. caſa quæ per v nomen habet, fines grandes habens, ſuper ſe finem mittit, ut in colle eum meridiano requiras, qui terminus conſtitutus: & ipſa pedatura pergens per limitem orientalem, qui venit in ſextaneum, & pertranſit, ibidem facit quadrifinium, quem locum ſubter ſignificabimus: ab auſtro lapides nativos, quod eſt exſoluti cectoriales,

les, in epitecticum adſignavimus, & in ipſo lapide decisa eſt, & flumen tranſit, & lacunam quæ eſt ſubter viam, & per lacunam limes excurrens finalis, qui ex ipſo loco mittit uſque ad terminum, & in longitudine lxx. hoc eſt cectoria eccleſiæ ejus. ſimiliter pedatura accepit templum eorum *a* vivos, hæc fecerunt: aquam proximum invenies in fundo ſupraſcripto.

a F. rivos.

X. caſa quæ per x nomen habet, fines grandes habens, de occidentis parte fines curtas in fundum ſignificamus: à meridiano verò fines extenſas habens, & de ea parte fluvium habentem, & ſuper ipſum alveum tranſit quammaximè habens, & ſuper pratum ped. cc. in collicello circa viam orculam invenies, in quadrifinio conſtitutam: ex eodem pergis recta valle, item per limitem orientalem ad fontem, quæ aqua viva interpretatur, in termino curſorio limitem ejus per ped. iiii. lxxviiii. Idem ratione ſupraſcripta extra Italiam in fundo ſupraſcripto invenies.

Y. caſa quæ per y nomen habuerit, fines grandes habens, ſub ſe montem habentem, & de parte ſiniſtra mutabiles locos, caſa in ſuis ſucitariis: proximum caſa venit de ſiniſtra parte, ſub ſe habet aliam fontanam, quæ interpretatur terminus curſorius: limes ejus per ped. D. legitur in fundo ſupraſcripto.

Z. caſa quæ per z nomen habet, fines nihil habens, proximum ſe orientalem concidet de ſiniſtris partibus fontem habentem: de ſextanea parte limitem proximum veniet, de meridiano latus rivus excurrit. limes ejus pergens uſque ad rivum, de ipſo deſcendens uſque in arcam quadrifinalem, quæ eſt in collicello circa viam, terminum quammaximè habens ſub via, hoc eſt ſub cectoria, quod eſt fovea rotunda: dividit territoria. Sic *b* à bonis compagina literarum venit, hoc eſt computationis, quod ſuperius

b F. omnis comp.

rius ſcriptum eſt: limites quibuſque finalium explicuerunt, facit nomina fundorum ſupraſcriptorum, de a uſque ad z fines partire cogito literis computare. Caſa quæ nomen habuerit de a, e, i, o, computare fines campum compotum, hoc eſt nomini deſignatum, compotum ped. $\overline{\text{II}}$. cccl. hoc eſt in literis computatum colligo. De a uſque ad z omnis compagina literarum fines quales leges hoc habebis: jactatio *a* policoni dictum numerum, fient ped. ccc. de arca uſque ad lapillum, hoc eſt terminum, fiunt pedes cc. uſque ad alium lapillum, fient ped. ſedecim. ubi ab alio latere trigonium ccc. ped. numerum pentagonum, id eſt ab arca rerum productum, fient $\overline{\text{III}}$. DCL. id eſt latus rectagoni ped. $\overline{\text{III}}$. ccc. latus terminatum uſque ad lapillum deciſum conſidera, quia diametrum, hoc eſt menſuratum eſt: locum quem demonſtrat conſidera, quia ſigna ejus require latus pentagoni, quod habet ped. $\overline{\text{IIII}}$. LVIII.


a F. polygoni.

ORDI-


ORDINES FINITIONUM
EX DIVERSIS AUCTORIBUS.

TErmini ſi duo in unum fuerint, *a* embadiam formam oſtendunt. Si autem ambo quadri fuerint, naturalem lapidem in xv. pedes oſtendunt, & in xxii. alium oportet inveniri.


a F. embadum forma.



Terminus ſi in modum colubri lineam ſuper ſe flexuoſam habuerit, alluvionem per flexum finalem ſignificat. Si ante ipſam lineam foſſulam habuerit, lacum finalem ſignificat, in quo uſque linea ipſa decurrit.




Petræ ſi duæ aut tres vel quatuor taxatæ, non perdolatæ à ferro, in quadrifinio inventæ fuerint, ab oriente per convallia limitem oſtendunt: à ſextanea parte termini inveniuntur, & ad occidentem per



ped. ccccl. excurrunt: à ſeptentrione per convallia limitem oſtendunt.


Si teſtacios terminos, aut regulas, aut imbrices inveneris, oſſibus incenſis probantur, ſi in terminatione ſunt conſtituta. Quod ſi ita inveneris, ab oriente ejus linea pertranſit, & ab alia linea ped. ccccLxxxII. ſiquidem talis centuria fuerit. nam unumquodque ſignum ſecundum ſtatum poſſeſſionis ſuæ, quam cludit, ita extenditur.






Termini ſunt majores qui juxta flumina poſiti ſunt: menſales vocantur: alii baſes eos dicunt, alii autem *a* intra ametra. In quibus conſtat menſura aquæ, *b* trapeadi vocantur: & in modum *c* platumæ eos poſuimus, ut qui neſciunt, miliarios eos putent: & ſi in quindecim pedes inventus fuerit, in arcam mittit, quæ eſt ſuper Flaminiam, quæ habent inter ſe pedes ccccLIIII. & ab arca ped. xLIIII. inveniri *olivaſtellum* poteſt, quod plantavimus, & rivus per eorum lim*it*es currit, juxta quem terminos poſuimus.


a ſc. metra.
b ſc. trapeziæ. Trapediæ.
c F. pilæ imæ.



Oli-




Olivam fructiferam in lineam limitis poſuimus, quæ puteum oſtendit, aut certè alveum fluminis. Termini ſi tres fuerint in unum, pentagoni vocantur: ſed in quadrifinio conſtant, in fronte conlimitare debent.




VITALIS ET ARCADIUS AUCTORES.

Lavacrum pro termino occurrit. Nam & aliquoties in ipſo lavacro terminum poſuimus.



Terminus ſi ſingularis in trifinium fuerit, ab eo uſque ad alium, ped. cccl. & interdum DXII. Si autem in quadrifinio fuerit, uſque ad alium quadrifinium, addendum pedes ccxxv. à termino curſorio qui de quadrifinio egreditur, uſque in trifinium pedes cclxx. ſi tamen curſorius non eo lapide aut colore fuerit, quo & trifinius, aut quadrifinius, duos lapides invenies finales, qui terminus dici non poteſt, eo quòd plus tres pedes habeat. ideóque termetis dici debet. Nam terminus pro hoc dicitur, quòd tres pedes non integros habeat. hujus pedatura extenditur à ped. c. & ccl. uſque in II. cccc. [in Africa maximè,] & in aliquibus locis uſque in IIII.



Terminus epetecticalis ſive in finitione agri, ſive præfecturæ, extenditur in pedes cccc. & pedes DCCCC. In quadrifinio verò ſi plus quatuor lapidibus fuerint inventi,

ti, epetecticales vocantur. nam terminus iſte maximus appellatur.


Terminus ſi lividum colorem habuerit, limitem oſtendit.

Terminus reprobus in fine ponitur: in trifinio autem reprobum non poſuimus. nam obtuſo angulo poſuimus in trifinio, non reproba acie.

Terminos hemicyclares vocavimus hos, quos in capitibus centuriarum ſub terra poſuimus. quam maximè diſtant à ſe & ab alio termino pedes cl, & ab eo iterum pedes II. ccl. Qui ſi in curſoriis inventi fuerint, diſtant à ſe in ped. ccl. & cccxcv.


Termini qui ſub forma agri fuerint, aut ſuper formam, diſtant à ſe in ped. ccccIIII. & in pedes DCCC. & in ped. ∞ cclxxx. & ſi longius in ped. ii. ccccxx. nam iſti ſingulares literas habere ſolent.

Termini lagenares, vel orculares, à lagena, vel orcula, diſtant à ſe in ped. LIII. ſi amplius in ped. cl. & ſi plus in



ped. ccclv. & ſi hoc non, velut regioni conſuetudo eſt: hæc tamen diſtantia, non ſemper ab hoc quod incipies, hoc invenies: ſed & alia ſigna finalia occurrunt.


Terminus quadratus, ſimiles angulos habens, ſi nullum ſignum habuerit, per æqualia latera limitem demonſtrat: ipſæ acies extenduntur. nam ſine dubio finem faciunt: & habet initium pedaturæ, ped. cccl. & ccccl. & DCl. & DCcl. & DCCC. & ſi multum, in ped. ∞L.



Termini quos in planis locis poſuimus, diſtant à ſe in ped. ccclx.

Termini quos in vallibus poſuimus, diſtant à ſe in ped. ccclxxv. Si imbricem ante arcam inveneris conſtitutam, vel *a* tubulum in modum curſorii, rivum ſignificat: ſi verò tegulæ [ſi] tres inventæ fuerint, trifinium faciunt.

a F. tutulum.



Terminus à ferro taxatus ſi fuerit, & ſubditum nihil habuerit, epilogonius nuncupatur.

Terminus in medio limite ſi fuerit conſtitutus, & *b* unam partem ſubcavam habuerit, tres monticellos tranſit, & in tertium monticellum *impingit:* arcam circa lavacrum ſignificat, & ipſa arca in quadrifinio eſt conſtituta. A ſextaneo verò ſi vis ſequi limitem, rectam ſerram ſequeris ped. cl. à ſeptentrione in ſiniſtra limitis denormata linea à duodecima parte per ſubrectiora loca uſque in aquam vivam, ubi eſt terminus epetecticalis ſubſecivorum.

b F. una parte.

CAJUS ET THEODOSIUS
AUCTORES.

Terminos ſingulares in trifiniis ſi conſtituimus, adire à ſingulo uſque ad alium pedes cccl, & DXII. Si in quadrifinio

finio uſque ad alium quadrifinium per curſorios, ped. ccxxv, & cclxxv. Et ſi termini uno colore in quadrifinio & in curſorio poſiti ſunt, reverti ad auctorum ſublimitatem jubemus, & quod juſſerint obſervetur. Nec enim verecundum ſit, frequenter ad auctorum doctrinam reverti. quoties enim legeris ſingularum literarum interpretationem, ſine dubio artificioſius terminabis. Nam termini ad modum agri ſine rigore ſunt ordinati, nec præpoſuimus alium alio.

Nam & lapides naturales cæcidimus, & in finem conſtituimus.

Stellam *a* juniorem ſuper picatos palos conſecravimus, & ut invenias rationem, inter ſe habent pedes ccccxi. *a* al. minorem.

Terminus quammaximè ideo II. s. pedes habet, quòd tali nomine *b* vtatur. *b* F. vocatur.

Terminus teſtacius in ped. ccccl, per Tuſciam urbicariam & annonariam: veteranorum agri ſecundum modum jugerationis acceperunt: qui termini diſtant à ſe in ped. cc. in ped. cccc. in ped. D. Per terminos curſorios de trifiniis in quadrifiniis hæc menſura conſtat.

Termini epetecticales in centuriis & in cardinibus habent inter ſe ped. DCCC.

Lagenas & orculas in finibus poſuimus, & ſepulchra: in trifinio quammaximè.

Terminos in multis locis à ferro non taxatos in finibus conſtituimus. nam alios tegularum fragminibus circumcalcavimus: alios autem ſua cæſura ſuffulſimus: aliquibus nihil eſt ſubditum.

Terminos quadratos ſub terra conlocavimus, qui à menſoribus Italiæ pro hypotenuſa obſervantur. Cathetum vero in terminum præſidentem in formam trifinii conlocavimus. Nam & alios terminos quadros curſorios poſuimus: qui

neſciunt eorum menſuram, non eos intellegunt, an in trifinio, an in curſorio ſint, & multos limites in errorem deducunt. Nam diſtant à ſe in ped. CCCLXXIIII, & in ped. D.

LATINUS ET MYSRONTIUS TOGATI AUGUSTORUN AUCTORES.

De locis ſuburbanis vel diverſis itineribus pergentium in ſuas regiones.

Aliquibus locis pro terminis monumenta ſepulchráve veteranorum conſtituimus: in ſequentibus lineis foſſatos quos Auguſteos appellamus. deficientibus autem illis terminos poſuimus, aut certè inſtructuram fecimus, deinde limitem opere manus factum conſtituimus.

Item palos ſacrificales defiximus, in quibus locis conſtricti menſuris frequenter ſibi duo fines cuneati occurrunt, propter rigorum aut linearum curſus. Ergo in locis ſupraſcriptis talia ſigna inveniuntur:

Termini Tiburtini, ſilicei, toſinei, igniferi, ſpatulæ curſoriæ, ſtructuræ parietum in modum lineæ. monumenta finalia militari viæ non conjunguntur. Monumenta vero non [omnia] ſunt finalia, niſi ea quæ in extremis finibus occurrunt. Nam aliquibus locis alluviones & divergia aquarum & itinera finem faciunt, quæ tamen vicem limitum expectant, à regammantibus lineis, vel percurrente rigore: in his locis nulla comportionalium ſigna inveniri poſſunt, *quæ* ea ratione, ſicut ſcripſimus, mortua nuncupantur. Nam in multis agris diverſorum ſignorum fides quærenda eſt. Termini, congeries, maceriæ vel foveæ, arbores antemiſſæ, ſambuci, aqua viva, vepres, & mala cotonea, vel diverſa genera arborum, quæ in ea regione, qua metivimus, inveniuntur peregrina, in modum currentis lineæ


lineæ parietem ſtruximus. Nam in locis montanis terminos poſuimus rotundos, quos Auguſteos vocamus, pro hac ratione, quòd Auguſtus eos recenſuit, & ubi *de*fuerunt, lapides alios conſtituit, & omnem terram ſuis temporibus fecit remenſurari, ac veteranis aſſignari. [qui] Lapides *a* Caij Cæſaris lapides rotundi ex ſaxo ſilice aut mo- *a* al. Caij lap. lari ſupra terram ſeſquipedem, in terra pedes duos ſemis, & alti ped. iiii. diſtant à ſe in ped. II. cccc.

Sunt & alii termini ſupra terram ped. II. craſſi p. i. s. in terra p. iii. alti p. iiii. diſtant à ſe in ped. cccc.


Sunt & alii Neroniani, Veſpaſiani & Trajani Imperatorum, *b* laminæ, & quadrati in diverſis numeris conſti- *b* al. lamnici. tuti: in quibus alii gammati: alii velut locorum natura permiſit, ita poſiti ſunt, in ped. II. cccc. & in ped. III. in aliis verò locis monumenta ſepulchráve veteranorum conſtituimus.

EX LIBRIS MAGONIS ET VEGOIÆ AUCTORUM.

NAM ſunt monumenta quæ propter perennitatem itinerum conſtituta ſunt, quæ nullam limitum recipiunt rationem. Nam monumenta finalia non conjunguntur itineri publico, ei maximè quod auctoris nomen obtinet, & per redemptores & magiſtros pagorum munitur, ſed ab itinere publico ſeparata ſunt, & ſæpe pumices habent, per quos ex induſtria finales lineæ diriguntur.



Pontes quoque interdum trifinii, interdum quadrifinii,



ali-

aliquando pentagonii recipiunt rationem. & hoc ſi exegerit loci commoditas. Hi vero pontes hac ratione deſerviunt, *a* quorum alvei proxime eos fines ultro citróque [non] tranſmittunt, per quos & itinera publica currunt, quibus limes lege colonica ſervit. Nam ſunt & alii pontes in vicinalibus & privatis viis, quorum alvei *b* variantur. quæ tamen in trifinii rationem ex convenientia limitum atque ſignorum curſu, frequenter accipi poſſunt.

a F. quod eorum alvei proximos fin.

b F. vallantur.

Aquarum ductus per medias poſſeſſiones diriguntur, quæ à poſſeſſoribus ipſis vice temporum repurgantur: propter quod & levia tributa perſolvunt. *c* Quarum putei aliquoties in curſorio à terminis demonſtrantur. Quæ ſi in extremis finibus occurrerint, ex convenientia centuriarum in trifinio vel quadrifinio obſervari debebunt. *Obſervari debebunt* item *d* variatio fluminum, rivorum curſus, canabulæ vel novercæ, quod tegulis conſtruitur. Sæpe imbrices in finem poſuimus, ſæpe inſtructuras fecimus. Iidem in parte Tuſciæ [Florentiæ] quam maximè palos iliceos *e* picatos pro terminis ſub terra defiximus. Ergo ut ſuperius legitur, unaquæque regio ſuam habet conditionem. Nam Sabinenſis ager, qui dicitur quæſtorius, quem, actis limitibus quibuſdam, laterculis *f* quinquagena jugera incluſerunt. Poſtea verò aliquibus locis terminos poſuerunt, & ſigna aliqua pro terminis defoderunt. Hi verò agri multas habent conditiones. nam in ſupradictis locis ſuburbanis, ubi limitem opere manuum [hominum] ordinavimus, terminos non neceſſe habuimus ponere, niſi incerta ratione, in trifinio aut in quadrifinio. In prædictis locis in modum lineæ parietem conſtruximus, & juxta ipſam lineam multorum militum veteranorum ſepulturæ inveniuntur, ſicut eſt in territorio Gabinati, id eſt pergentes, itinera, quæ & ipſa ſæpe finem faciunt. nam in locis ſuburbanis circa

c F. Aquarum.

d F. varatio. vel, ratio.

e al. ſpicatos.

f F. quinquagenum jugerum.

circa ipſa itinera ea ſigna requirenda ſunt, ſicut & de agro Gabinatium diximus.

Ager verò qui Tibur*tinus* appellatur, idem eſt aſſignatus, & aliquibus locis propter ſterilitatem aut indigentiam, eo quòd non invenimus lapides peregrinos, quos poneremus, ex ipſo metallo ſaxum à ferro taxatum aſſignavimus, aut certè congerias petrarum, quas ſcorofiones vocamus. Nam in aliis limitibus, qui à linea nomina accipiunt, in ipſis quoque ita poſuimus terminos: ſicut & in locis ſaxuoſis ſimilis eſt conditio. Nam in locis campeſtribus rariores terminos conſtruximus, & maximè arborem peregrinam plantavimus, idem & in convallibus conſtituimus, *a* ut ubi limitem fecimus, aut certè foſſas ſive montes deciſos, ſive ea per quæ arcifinalis ager finitur, conſtituimus, terminos difficile poſuimns. nam & in ſupraſcriptis locis campeſtribus vel convallibus limes ſextaneus transit per limitem poſſeſſionis. Nam limes orientalis uſque in occidentem rumpi non poteſt, qui maximus appellatur, maximè quia centurias claudit.

a F. utrubi.

IDEM VEGOIÆ ARRUNTI VELTYMNO.

Scias mare ex æthere remotum. Cum autem Juppiter terram Hetruriæ ſibi vindicavit, conſtituit juſſitque metiri campos, ſignarique agros, ſciens hominum avaritiam vel terrenam cupidinem, terminis omnia ſcita eſſe voluit, quos quandoque ob avaritiam propè noviſſimi [octavi] ſæculi datos ſibi homines malo dolo violabunt, *b* contingentque atque movebunt. Sed qui *c* contigerit moveritque poſſeſſionem promovendo ſuam, alterius minuendo, ob hoc ſcelus damnabitur à Diis. Si ſervi faciant, dominio mutabuntur

b al. confring.
c al. confregerit.

tur in deterius. Sed ſi conſcientia dominica fiet, celerius domus extirpabitur, genſque ejus omnis interiet. Motores autem peſſimis morbis & vulneribus afficientur, membriſque ſuis debilitabuntur. Tum etiam terra à tempeſtatibus vel turbinibus plerunque labe movebitur. Fructus ſæpe lædentur decutienturque imbribus atque grandine, caniculis interient, robigine occidentur, multæ diſſenſiones in populo *a* fient. Hæc ſcitote, cum talia ſcelera committuntur: propterea neque fallax neque bilinguis ſis, diſciplinam pone in corde tuo.

a al. fieri. F. fient. Fieri hæc ſc.

ARCADIUS [AUGUSTUS] AUCTOR.

De b *terminis & de lineis partium orientalium.*


b *terminibus*. & ita ſæpe.

Conſtantinopoli maximè cum ſignis & ſigillis conſtituimus terminos, & in foſſa ex calce & harena conſtruximus, carbones ſubjecimus. Nam in eiſdem provinciis tranſmarinis & ſiliceos terminos poſuimus, & in ipſis terminis nomina fundorum ſcripſimus, ut ſic quæratur eorum pedatura, ſicut in libro XII. auctores conſtituerunt, his generibus literarum, ſicut in omnem modum. Nam & colores terminorum orientalium, & *c* lignorum finitimorum genera agrimenſori notum faciam. Sunt enim termini marmorei in limite, alii marmorei virides, alii palumbacii, alii praſini, & ipſi termini v. pedes in terram conlocati ſunt: & alios marmoreos albos ſicut ſubter in forma deſcripſimus.



c F. ſignorum.

Nam & in limitibus pro terminis plantavimus dactylum, amygdalas, & mala cotonea, & maximè olivaſtellum,



lum, & ficum Cypriam in fine conſtituimus. Qui beneficium noſtrum legerit, hoc obſervet, ut hæc ſigna vel termini, ccl. inter ſe pedes habeant. Ita de trifiniis in quadrifiniis, ſicut ſuperius expoſuimus, obſervetur.

ITEM VITALIS AUCTOR.

a F. una parte.

Terminus ſi in medio limite conſtitutus fuerit, & *a* unam partem ſubcavam habuerit, in tertio monticello arcam circa lavacrum ſignificat, & ipſa arca in quadrifinio eſt conſtituta. A ſextaneo verò ſi vis ſequi limitem, rectam ſerram ſequeris ped. cl. A ſeptentrione in ſiniſtram *b* limitem determinatam lineam, pedes XII. Invenies arcellam in trifinio poſitam, & ipſum trifinium duabus lineis deſcendit per planuria, & *c* aliam à duodecima parte *d* in ſubrectioribus locis uſque in aquam vivam, ubi eſt termi-

b F. limitis.

c F. alia.

d F. e.

terminus epitecticalis, [id eſt] ſubſecivorum. Planis dorſis quammaximè terminos poſuimus, & multas centurias aſſignavimus, & terminos poſuimus Tiburtinos, & alium poſuimus tofineum. Hi non ſunt ſemper à ferro taxati, & *a* circa botontinos obſervantur. Conſtituimus in bilamnis & olivaſtellum, in ipſis bilamnis foſſatum fecimus: in aliis locis congerias lapidum fecimus, in aliis locis memoriam in finem conſtituimus. Nam & monticellos de terminis circundedimus.

a F. citra.

ITEM FAUSTUS ET VALERIUS.

In Africa & in Galliis & Sirmii, ubi pertica noſtra definivit, talia ſigna conſtituimus. Itaque alios quadratos terminos conſtituimus, alios rotundos, alios tres in unum ſecundum formam: ſi fuerit arca longa ped. xxx, lata ped. xv. alta ped. VII. duco longitudinem per altitudinem, fiunt ped. ccx. Hoc duco per latitudinem, fiunt ped. iii. cl. ſic quæro pedaturam. Literæ ſingulares quæ in diverſis locis inveniuntur, ubi termini in capitibus centuriarum ſub terra inveniuntur. Hæ verò literæ in curſoriis eorum terminorum ſunt, qui in trifinio aut quadrifinio ſub terra ſicuti ſe ſequuntur inveniuntur. KM. MA. KA. XI. AQ. GI. NH. MXI. NK. IL. IF. SV. VS. KM. SD. IF. P. CCD. F. P. CCCC. HO. IM. AI. GP. HO. RX. A. FM. AQ. M. DM. IN. KI. M. ADRI. DI. MI. SI. NO. ON. PA. CO. KM. LX. XP. RA. RV. DI. KI.

Diſtant autem à ſe in ped. DCCC. & iicccc. per iicccc. ccclxxv. & in ped. D. Item aliæ literæ ſingulares quæ in partibus Africæ vel Mauritaniæ in terminis invicem ſe oſtendentes ſcriptæ inveniuntur. MI. MI. GI. NO. NO.

BHO. FA. ME. MA. PR. CCCL. BN. RE. FS. US. AD. MO. RI. NO. NO.

Et diſtant à ſe in ped. cl, & in ped. iiccl. Alii in ped. ccDccc, & in ii. cc. Alii in ped. D, & in ccclxxx, & in ped. Dccccl x, & in iicccc. per iicccc. Alii in ped. ccciii, & in Dccccxiii, & in cccxc, & in iicccxx, & vi, & in viilxxxv. Nam molares in ped. cl, & ccccl, & Dcccl, & Dcccc, & cclv, & cccc, & in ccccl, & in iiccccl x.

prima linea . prima menſura . prima norma quæ & nota.
A L A M I N

primum decumanum, cardinem . menſura . primum k, decumanum primum.
I D K M I K D I

a F. decuſſem.

oſtendit hoc eſt rectum . maximum . a decumanum . finalis . Petra .
O M X Y P

fixa prima . orthogonium oſtendit . ſequeris quintarium .
F I H O S V

ſequeris primum . zonto idem angulo . quintario . quæris primum .
S I Z E Q P

rigorem termini orthogonium . norma . gamma finalis .
R T H N G Y

primum, ſecundum, & tertium oſtendit . gamma . orthogonium .
A B C O G H

rigorem . quintarium limitem, maximum . rigorem maximum .
R V L M R M

quæris primum, quintarium, ſecundum, terminum quintarium .
Q P V S T V

b F. Kardo maximus.

gamma orthogonii, orthogonii prima b k m .
G H H I K M

ſecundario, primo . finalis . petra .
S I Y P

rigori ſecundario . prima norma . gamma poſita.
R S I N G P

horthogonium oſtendit, decumanum oſtendit . quintario, primo .
H O D O V I

c F. terminor.

c terminus regundorum . quæris majorem . ne . decem.
T R Q M N X

zonto

zonto qui angulum primum . norma ſecundaria . decem pedes .
Z A N S X P
max kar . terminum rigoris .
M K T R
decumanum oſtendit . [a] A [b] fi
X O A F
horthogonium primum . pedes . minus .
H I P M
quinque . decem .
V X

[a] F. Alpha.
[b] F. finis.

RATIO LIMITUM REGUNDORUM Hæc eſt:

Auctores Theodoſius & Neuterius de terminis & lineis expoſuerunt. ccciiii. jugi agrimenſoris qui mappa, quas lineas habuerint, obſervetur.

EXPOSITIO PODISMI.

A limes hujus literæ habet in longo ped. ccl.
B limes hujus literæ habet in longo ped. cccl.
C limes hujus literæ habet in longo ped. Dcl.
D limes hujus literæ habet in longo ped. Dl.
E limes hujus literæ habet in longo ped. Dc.
F limes hujus literæ habet in longo ped. Dcc.
G limes hujus literæ habet in longo ped. Dccc.
H limes hujus literæ habet in longo ped. ccl.
I limes hujus literæ habet in longo ped. cc.
K limes hujus literæ habet in longo ped. cccl.
L limes hujus literæ habet in longo ped. cccc.
M limes hujus literæ habet in longo ped. Dccc.
N limes hujus literæ habet in longo ped. cc.
O limes hujus literæ habet in longo ped. ccc.

P limes hujus literæ habet in longo ped. cccc. & appendices. ii.
Q limes hujus literæ habet in longo ped. ccccc.
R limes hujus literæ habet in longo ped. ccDc.
S limes hujus literæ habet in longo ped. ccD.
T limes hujus literæ habet in longo ped. ccD.
V limes hujus literæ habet in longo ped. ccDc.
X limes hujus literæ habet in longo ped. cc cc.
Y limes hujus literæ habet in longo ped. cc ccc.
Z limes hujus literæ habet in longo ped. cc ccc.

Ager quamvis [fundus] longiores fines habeat, [amplius] non longiorem finem habet quàm ped. ccDxxvii.

DE MENSURATIONE JUGERI.

Jugerum unum pedes ccxl. *long.* & in latitudine ped. cxx. faciunt terram modiorum iii.


EXPOSITIO LIMITUM VEL TERMINORUM.

Omnes limites maritimi aut Gallici una factura current. Quoniam ſanctior eſt, I. juſtior videtur, maritimus limes frequentius ſolet *a* rectè ſtudiri, quod interpretatur non *b* extorcet, ſed eſt conſtitutus ita.

Eſt Gallicus in ſua conſuetudine, ſecundum quam ordinavimus, quem*admodum* expoſuimus: frequentius *c* corrumpet, extorcet, & ſaltum dat, qui eſt conſtitutus ita.

a F. rectus dirigi.
b F. extorquet.
c F. curſum rumpet, extorquet & ſalt.

Contrà



Contrà [urbis Babylonis] Romam maritimi limites fient, & Gallicus impinget. Quia de limitibus curavimus exponere, ſub terminis qualia ſigna invenimus? aut calcem, aut gypſum, aut carbones, aut vitria fracta, aut cineres, aut teſtam tuſam, aut decanummos vel pentanummos. Hæc ſigna ſi inveniuntur, una *a* certatio eſt ad juſtitiam antiquitus, quomodo terminos *b* conſtituimus. quoniam res voluntaria eſt. Si quis novit geometricæ artis philoſophiam, novit hæc ſigna terminorum diligenter exponere. Terminus qui [decum.] x. habuerit, quadrifinium exponet: ſi ſuccumbum fuerit, *c* limitem oſtendit, aut vallem deſiderat.

a F. certa ratio eſt ad inveſtigandum antiq.

b F. conſtituimos.

c F. limitis finem.

Terminus ſi inciſuram habuerit, rivum aut foſſatum ſignificat, aut fluvium oſtendit.

Terminus ſi foſſulam habuerit, lavacrum aut piſcinam ſignificat, *d* aut terminum rotundum oſtendit. Si aliquid fictum habuerit ſuper ſe, acrum aut plumbum aut ſtannum

d F. Att.r. oſtendit ſi.

a Sc. epitheticum. b al. maſſaticium.

a epicteticum, hoc eſt *b* maſſatium fabricatum, quod eſt inter cenſam centuriæ.

Terminus ſi tranſpertuſus fuerit, flumen tranſit, aut in aquam vivam mittit.

Terminus ſi punctum habuerit, puteum aut fontem oſtendit.

Terminus ſi aliquam ſciſſuram [hoc eſt taliaturam] habuerit, montem ſciſſum, [id eſt taliatum] oſtendit. limes ille finem tranſit.

Terminus ſi tres petras circa ſeſe habuerit, trifinium demonſtrat. Talem terminum nomine Bifurcium Samartia vocatur, & habet arcam in trifinio. Si botontini terræ, ex ſuperis prohibeo te ſacramentum dare. *c* Si cihiamellus, hoc eſt ſiliqua ſylvatica *d* fuerint tres, trifinium demonſtrat. Si olivaſtellum inveneris unum terminum, demonſtrat aquam vivam & convallia loca ſignificant. Si tres murtæ fuerint, trifinium demonſtrat. Si tres cotonei fuerint, trifinium demonſtrant.

c F. Si ſicuamellum. d F. fuerit, tres trifinium demonſtrant.

Terminus ſi ſcriptus fuerit, & punctos habuerit literis Græcis, ſequeris curſum ejus aſion, hoc eſt ab oriente per literas Græcas de mappa, hoc eſt pentagonum quod interpretantur cubitos quinque.

EXPOSITIO TERMINORUM
per diverſas provincias poſitorum.

Terminum ſingulum in quadrifinio invenies. Quatuor lapides in quadrifinio poſiti ſunt, & termini factura tornatiles, hoc eſt rotundi, ſubtiliſſimi: in quadrifinio invenies.

Puteum ſi in fine invenis, pro termino habebis.

Ciſternam [factam] in fine poſitam, & circa hanc memoratum terminum invenies, & pro termino habebis.

Ter-

Terminum de lapide deciſum vivo invenies, & pro termino habebis.

Macerias lapidum in finem pro termino invenies.

Sepulchra finalia aut monumenta ſine dubio invenies.

Malum cotoneum in fine pro termino invenies.

Cypreſſum in fine pro termino invenies.

Olivaſtellum in fine pro termino invenies.

Foſſatum deciſum parvum in fine pro termino poſuimus. foſſatos alios finales majores ſine dubitatione invenies.

Limitem *a* torrem hoc eſt torum ſine dubio invenies. *a* Sc. torem.

Parietes de calce fabricatos finales direximus.

Ripas deciſas finales direximus.

b Botontones finales invenies. *b* F.Botontinos.

Arbores antemiſſas finales invenies, peregrinas, exteras.

Pontem marmoreum in fine invenies.

Pontem de lapide vivo in fine invenies.

Pontem ex calce factum in fine invenies.

Orcas in fine invenies.

Sarcofaga in fine invenies.

Imbrices in fine invenies.

Collectaculum de carbonibus in calce miſcitatis, & glareas fluminales ne deſpicias, ſignales conſtituimus.

Palos picatos pro terminis invenies.


Laterculos quadrangulos pro terminis invenies.


Lapides nativos cum aliquo ſigno *in* finem pro termino conſtituimus, & multa conſecratione ſignavimus.

Flumen aliquoties in fine invenies.

Rivum finalem invenies.

Hæc ſigna per diverſas provincias obſerventur.


A in latere vna
a in monte vna
B in latere
B in monte
A in plano ſola
C ſola
D Duæ appendices
E vna appendice
E ſola
F ſola
F duo montes
G vnus mons
H ſola
I ſola
K ſola
L vnus mons


M vnum
N ſola
O vnum
Botõtini
P duæ appendices
ca-
ſa
Arca
foſ-
ſa
app.
app.
q ſola
Q duo
R in monte
r in plano
ſ vnum montem
S ſola
T ſola
V ſola
vnum montem
ſola
LI 3

Unde & territoria dividuntur, ut requiras caſales ſecundum literas iſtas, quomodo ſunt poſitæ in monte & in planis locis.

ITEM EXPOSITIO TERMINORUM.

Quales terminos conſtituimus? ali*bi* quidem politos, *a* & ubi diſpectas lapides poſuimus. ſubtus terram deciſimus, ut firmarentur lapides: quos diſpectas in rigore & in latere limitis conſtituimus lapides, qui poſiti ſunt in terminis. amplius menſura ejus non poteſt inveniri, quàm tertio pede de manu, & de his pedibus ſemiſſe minus unum. ſcutanei ſunt hoc eſt dolatiles. alii qui ſunt lapilli facti tornatiles, ſive alia factura breviores, hoc eſt minores, & in fine poſiti: ſi hæc non admittuntur, ſubter terram deciſas invenies, quas deciſas in omnibus finales *b* ſunt. aut quidem in altum per jugum de monte. Hæc ſigna conſtituimus dirigi lineam, quod eſt valle inciſam. quia ſub axe cæli determinata eſt terra. Euangelium ad Matthæum, ſanctus Petrus, ſanctus Paulus, ſanctus Laurentius, ſanctus Johannes Euangeliſta, Chriſtus Filius Dei, per quem & pax terminationis in terra proceſſit, & præcepit limitibus continere, & ſtanti, & fontibus egredi, & egreſſæ ſunt per ſingula loca.

a Sc. eſt.

b F. ſumunt.

Quas literas ſingulas in terminis invenies, quæ capitaneæ ſunt, non fundorum, ſed rationis terminum oſtendunt.

A. ſi in termino inveneris, finem in proximum ſignificat, aut aquam vivam deſignat.

B. ſi in termino inveneris, bifurcium oſtendit, aut trivium ſignificat.

C. ſi

C. ſi in termino inveneris, à centuria nunquam recedas.

D. ſi in termino inveneris, decumanum oſtendit.

E. ſi in termino inveneris, vallem ante ſe ſignificat, aut rivum, aut fluvium: & ſuper ſe ſubrectiore loco per planitiam limes excurrit.

F. ſi in termino inveneris, finalem cauſam exponit, & in longinquo terminum oſtendit.

G. ſi in termino inveneris, ſui nominis auctorem, limitem tortuoſum oſtendit.

H. ſi in termino inveneris, grandes longitias limitum oſtendit, & rariora ſigna in fine invenies.

I. ſi in termino inveneris, viam ſignificat, aut collis rigorem oſtendit, hoc eſt jugum.

K. ſi in termino inveneris, cardinem oſtendit, quem terminum ſubtiliſſimum & ſpecioſum invenies, hoc eſt formoſum.

L. ſi in termino inveneris, ſuæ normæ facturam deſignat, limitem gammatum, & in longinquo arcam finalem oſtendit, & convallia ejus fundi finem vindicant.

M. ſi in termino inveneris, fines quadras deſignat, & in proximo ſigna finalia invenies.

N. ſi in termino inveneris, proximam aquam ſignificat, & quadras fines habentes aquæ, à ſeptentrione arcam marmoream invenies.

O. ſi in termino inveneris à ſeptentrionali parte ſylvam demonſtrat, & per ipſam ſylvam rivus currit, & trans rivum ſigna demonſtrat.

P. ſi

P. ſi in termino inveneris, pedaturam ſignificat, extra aliis ſignis finalibus, vel quòd literas finales continet. Has per ſingulos titulos invenies, alioſque finales titulos ſine noſtris ſignis in agris poſuimus, qui rationem oſtendunt limitum, & cauſam dirigunt finalem.

Q. ſi in termino inveneris, à limite rivum.

R. ſi in termino inveneris, per collicellum terminos invenies.

S. ſi in termino invenies, ſupra poſſeſſionem multas aquas vivas indicat, quæ alveum tranſeunt.

T. ſi in termino inveneris, trifinium oſtendit.

V. ſi in termino inveneris, terminum in collem meridianum oſtendit, per limitem orientalem.

X. ſi in termino inveneris, quadrifinium exponit, & pro decumano finem habebis.

Y. ſi in termino inveneris, ſub ſe fontanam proximam habet.

Z. ſi in termino inveneris, à ſiniſtra parte fontem ſignificat.

Hæc omnia ſupraſcripta expoſitione terminorum conſtant, ut intelligas quæ ſigna, aut quales cauſæ finem faciunt.

INCIPIT EXPOSITIO
DE MARGINIBUS TERRÆ ET OPERIBUS CÆSIS.

* * * * * *

a Quamquam igitur de termini expoſitione aliquoties extra limites termini poſiti inveniuntur, antiquæ tamen menſuræ convenit, ut terminos foris limites *b* ponerentur: ſine dubio conſtat finis, & quia arca aliquoties circa ſepulchrum ſine dubio ponitur, & ſuper ipſam arcam memoriæ conſtitutæ: & quod ſanctius videtur, antiquitus nobis ſic convenit menſura, ut in ipſa memoria conſecraretur arca finalis, & ita ad menſuras noſtras perſcribamus, ut ſine dubio ubi hæc ſigna inveniuntur, finales adnectimus: in legibus exponantur, ſicut ſuperius lectio continet.

a F. DE TERMINI POSITIONE. Quanquam igitur aliquoties. *b* F. ponerent, & ſine d.

INCIPIT EXPOSITIO
DE VALLIBUS.

Valles autem *ſic* fluviis permittunt. Et conſtitutus *ſi* ſit fluvius, qui foris agrum non vagatur, & alveum alterum per agrum non mutet, & flumen fuerit ſaxuoſum, *c* qui alvea alta quaſi rectos alveos excurrit, finalem cauſam per ipſum direximus. *d* Hæc quia ſinguli ſemper agri non *e* finiti [niſi] per terminos, [niſi] per diverſas macerias, ſigna finit*ima poſ*ſunt, per*que* terminorum rationem, per aquas vivas ubi terminus non *f* poſſit, foſſas finales & aquæ ductus in fine direximus: quoniam agri qui rectas lineas, hoc eſt valles finales habet, per rivum, quod frequentiorem ſolet in quæſtionem deduci. ſed qui rivum collectaculum

c F. qui per labia alta. *d* F. Ac. *e* F. finiri. *f* F. poſitus.

vallium ſubter eum limitem ſuſcepit, ſine dubio finalis ipſe rivus obſervetur: & aliquoties ſuper labium de ipſo rivo terminum finalem conſtituimus, qui mittit rectum rigorem *a* limitem: ſine dubio per legem obſervetur.

a F. limitum.

DE PALUDIBUS.

Non deſcribantur per ſigna finalia.

Stagnum vero finale aliquoties direximus, & lacunam, quæ interpretatur aqua viva, unde ipſum ſtagnum exiet. Ex tertia hora ipſum ſtagnum finale conſtituimus, & quàm plurimè contra tertiam horam ſuperius alveum. Signa quæ inveniuntur per ſepulchra finali cauſa diriguntur: pleriſque ſuper ripam paludis ſacra paganorum inveniuntur: qui finales ſint requirantur, quia ut ſuprà dixi, requiri oportet, qualia ſigna finalia admittantur, & terminos altiores poſuimus: ſine dubio obſerventur.


Hæc ratio notis juris eſt exponenda ex lege ſecundum *b* grammaticam & philoſophiam geometricæ artis. ſingulos fundos ex notis juris obligavimus, ſed ita exponantur leges ſecundum artem geometricam, ad pertinentes lectiones ſecundum *c* loci rumorem, quod interpretatur, ſecundum loci obſervationem: ſeu foſſis ſubſecivis, ſeu rigoribus, ſeu centuriis, ſeu terminis. Ita exponuntur, quia ſicut in præteritis diximus, duæ foſſæ finem non faciunt: præterea ſi circa publica diriguntur.


b F. gromaticam.


c F. locorum morem.

Caſale ejus, ſi in monte poſita finis, quàm maximè in oriente: à ſole occumbente via, & in via terminum ſcriptum habet.

EX-


via
A. in latere, ſuper ſe via
et in monte et in via.
fons
arca ſcripta
A
Fluvius
in plano
foſſatum
puteus
agua
agua
in monte
puteus
agua
puteus



via à monte
lauac. ij.
arcam
à caſale
∂ e
via
lavacrum
la-
cum
Alue-
us
via à monte
caſal
E
Alueus
limes
F


Foſſatus
via
bot-
tones
vialis
petra
Alueus
à monte ca-
ſales duo
Alueus
alius fluuius
H
arca
mons
mons
caſale
aqua
alius fons
Fluuius
Vallis in qua planura et pratum

EXPOSITIO LITERARUM FINALIUM.

Monticellum habet, poſt montem non tranſit ad collem, ſtricta eſt, habet ad pedem aquas vivas duas, & *a* ſub ipſa fluvius currit.

a al. ſub ſe flumen.




Super ſe montem habet, & ad pectus ſtricta eſt alia caſa, eam ibidem mordet. poſt ſe rivum habet, & tranſit contra, non longè finis à rivo ei jacet.





Uſque ad collem exit, non grandes fines habet, in gamma jacet, poſt ſe ad pedem aquam vivam habet, & flumen inferius.

Ad



Ad montem ſe colligit, inferius majores fines habet, & ad pedem aquam vivam habet, & flumen inferius.






Super ſe montem. Sicca caſa eſt, aquam non habet, per colles jacet, ſicut Æmilianus fundus.






In ſcamnum jacet, per jugum in lanceolam, habet ad pedem aquam vivam, & flumen inferius.




Super ſe nihil habet, quia uſque ad collem exit, & ad pectus ſteriles terras habet, & confragoſas, & ſub ſe meliores & latiores: à ſiniſtra parte aquam vivam habet & flumen inferius.




In trigono jacet, & ad pectus ſtricta eſt, inferius latior eſt, & ad pedem aquam vivam habet, & flumen inferius.


Qua-



Quadra poſſeſſio eſt, ſuper ſe colligit aquam, & habet velut herbam germanam: ad dextram & ſiniſtram partem aquas vivas habet, & flumen inferius.




Ad collem exit & uſque ad fluvium, aqua ad collem redit, à ſiniſtra parte ad pedem aquam vivam habet, & flumen inferius.




Per colles in quadro jacet, per colliculos deſcendentes, dextra lævâque aquas vivas habet, & inferius flumen.


Botontini.




[a] Circa montem, & ſub ſe redit ad aquam, & ſub ſe fluvium habet. [a] al. Circat.




Vallem tenet. ab aqua exit, & per colles in aquam revertitur. finis ejus interdum flumen habet.




Per longum currit ei limes, ante ſe habet caſalem, poſt ſe ad pedem habet aquam vivam, & flumen inferius.



In montem ſe colligit, in octogonum jacet, per medium flumen habet, & ad pedem aquam vivam: & flumen inferius.



A plano contra pectus jacet, & ſub ſe mordet eam alia caſa, dextra lævaque aquas vivas habet, & flumen inferius.



IN-

INCIPIT
VARATIO FLUMINIS.

Si in agri quadratura tibi dictanti occurrerit flumen quod neceſſe ſit varari, ſic facies. Rigor qui impingit in fluvio, exinde verſuram facies. in quam partem *a* verteris tetrantem pones. deinde transferes ferramentum in eum rigorem quem dictaveris ex eo rigore qui in flumen impegerat. deinde transferes ferramentum, & comprehenſo rigore quem dictaſti, verſuram facies in partem dextram. deinde exiges medium illum rigorem à tetrante, & divides illum in duas partes, & ſignum pones perpenſum. deinde figes ferramento, & perpenſo comprehenſo rigore ad umbilicum ſoli. emiſſum perpendiculum cum ſuper ſignum ceciderit, percutis gromam, donec comprehendis ſignum quod poſueras trans flumen. cum diligenter comprehenderis tranſis & ex alia parte ferramenti, manente groma dictabis rigorem, ubi ſe conſeruerit norma tua, cum eo rigore quem dictaveris ſignum pones & exiges numerum *b* à ſigno ad tetrantem. ſed quia lineaquam ſecueras media duo trigona oſtendit & quia cathetus catheto par eſt, erit & baſis baſi par. quantus ergo numerus baſis, *c* junctis trigonis quæ exegiſti, fuerit, tantus rigor alterius trigoni cujus rigor impactus in fluvium. numeras & hac baſe quam exegiſti, tollis hunc numerum quem à tetrante ad fluvium exegiſti. reliquum quod ſuperfuerit, erit latitudo fluminis.

a al. veneris.

b al. ad ſignum tetrantis.

c al. junctus trigono quem exeg.

Cum in agro aſſignato veneris, & lapides duos contra ſe alium alio in capitibus centuriæ in decumano, ſive in cardine inveneris, incipies menſuram agere ab eo lapide centuriali, unde poſſis pervenire ad centuriam, in qua men-

menſuræ agendæ ſunt. Si decuſſatæ in capitibus lapides fuerint, *a* ab eo lapide, qui limitem ducturus eſt, primum lapidem circinabis, & ſi inveneris recte inciſas quatuor lineas, eidem lapidi figes ferramentum puſillum longius à lapide, ita ut poſſis Decumani vel Cardinis lineam mediam comprehendere, & dictare duas cannas, quas per quatuor latera diligenter perpendes, unam ultra lapidem, & alteram citra lapidem. Inde transferes in altero latere lapidis ferramentum & ſimiliter facies ſicut ſupra. Deinde ſublato ferramento transferes ad lapidem, & figes, & cum fixeris perpendes, & cum perpenderis diligenter tamdiù facies, ut ab umbilico ſoli emiſſum perpendiculum ſupra punctum deciſuræ cadat. Cum ita feceris incipies quatuor metis comprehenſis dictare limitem in quam partem iturus es. Si lapidem inveneris ſcias te limitem tenere. Si vero varatus inveneris, unde tibi venerit verſuram facies, ita ut per punctum deciſi lapidis rigor tibi *b* occurrat. Cum ita feceris tetrantem pones, & deinde reverteris ad lapidem unde primum cæperas, & cultellabis uſque ad Tetrantem, & à Tetrante uſque ad punctum lapidis, ad quem varatus veniſti, ut reponas te in limitem. Sic facies & catheti quamvis partem ſolidam ſumes, & referes à puncto lapidis per ipſum cathetum & ſignum pones perpenſum: & quam retuleris in rigore ſuo, eamdem partem ſumes baſis & *c* referes normaliter ſigno, quod poſueras, numero, quem ſolidum baſis ſumpſeras. Et ubi expletum fuerit ſignum perpenſum pones, eritque hoc ſignum in limitem & numerum, quem à puncto lapidis retuleras per cathetum. Dare illi ſimiliter refert per eumdem cathetum in rigorem, & ab eo ſigno normaliter duplicatum numerum ejus baſis, quem retuliſti in limitem, ſimiliter referes: & ſignum pones, & habebis duo ſigna in limitem perpenſa. Cum ita fece-

a F. ab eo lapide limitem ducturus es. Pr.

b al. currat.


c al. referis.

feceris figes ferramentum ad lapidem ita ne in rigore limitis figas. Fixo ferramento *a* convertes ad umbilicum ſoli ſupra punctum lapidis: & ſic perpendes ferramentum. Perpenſo ferramento ab umbilico *b* ſoli emittes perpendiculum, ita ut in puncto lapidis cadat, & comprehendes quatuor ſigna ea, quæ poſuiſti in limitem, aliiſque corniculis tenebis alium limitem. & ſic menſuras ages, ut ſcias primum an in *c* limite lapidis in capitibus centuriæ ſigna ſint. Lege ſcripturam lapidum. Si in uno rigore ſunt, decumanum aſſcriptum te habere ſcito. ut puta decumanus primus, aut ſecundus, aut tertius, vel *d* quartus. Cumque in aliis lapidibus ſcriptus fuerit, duo lapides in lineam decumani contravenient alius alii. Si vero in cardine linea fuerit, ſimiliter in ambobus lapidibus, unus cardo ſcriptus erit. Item *e* zachonem lapidis, ſi fuerit, ſic deprehendis: ut puta primum lapidem, quem inſpexeris, ſi ſcriptus eſt decumanus V, cardo XII, & alius decumanus VI, cardo *f* VIII. apparet per hos duos lapides, quia nec cardo nec decumanus unus eſt, illos in *g* zachone eſſe.


Varationem in agris diviſis ſic reponimus ut puta lapidem à lapide pedes DCC, & in alio lapide pedes *h* I DC XXX. Vara ad alterum lapidem pedes XX. ſemper video quod præcedent XX. quod quoniam ſolidum eſt, ſumo partem viceſimam. Item varationis modus fit ita. Si repoſitionem facies ut per *i* actus ſingulos pedes, quos varaſti, reponas ſi eundem limitem agere neceſſe fuerit. Sed ſi ultra agros eum *k* produxeris extra pedes XX. ad hunc unum acutum renormabis pedes XXI. & ſignum ad perpendiculum pones. Deinde in aliis pedibus inſequentibus CXX, renormabis ſimiliter pedes XXII, & ſignum pones. Deinde apprehenſis ſignis duobus & lapide recto limite ibis. Similiter ſi retro ire volueris à lapide à quo exieris, detrahes in actibus varationis pedes quantum adje-

a al. convertis umbilicum ſoliæ.
b al. ſoliæ.
c al. limitis lapidibus.
d al. quantuſcunque in aliis lapidibus.
e al. taconem.
f al. XIIII.
g al. taconem.
h al. MDCC. & in alio lapide MDCXXX. ſunt in unum ped. IICCCC.
i al. actos.
k al. prodideris extra ped. XXII. & ſignum ponis.

adjeceras, ſi in priorem locum eas. Hoc modo non ſolum *in* actus obſervare debes, ſed in pedes LX. vel LXXX. plus minus prout ratio poſtulaverit, facere debebis.




Alia ratio eſt, ut quodcunque pedibus varaverimus, non ſolum in limitem, verum etiam in alterius conditionis agrum transferamus, ut puta pedes CCCLXXV. pedes D. pedes IↃCCC. Si varaverimus per XVII. ſic faciemus. Semper dividimus partem ſolidam limitis, ut ad ſolidam varationem eam habeamus, ut nunc limites CCCLXXV. Sumo partem duodecimam ubicunque convenerit. Fiunt XXX, & ſemis. Item ſeptimam decimam. Fiunt XXIII, uno minus. Hoc in portionem limitis & varationis, ſive retro ſive in priori repoſitione, faciemus & tractabimus, ut ſciamus quantum ad ſingulas repoſitiones adjicere, ſi in priora ibimus, aut demere, ſi retro venerimus, debeamus.




In agris diviſis ſolent lapides in centuriis non parere. Sed

Sed ſunt termini qui inter lineas conſortales finem faciunt à quibus ſi reprehendaris, limitem interpones & comprehendes lapidem qui eſt in angulo centuriæ: & tractabis longitudinem ad latitudinem, quomodo ibi fuerit. Tractabis ſimiliter & hypotenuſas repones & comprehenſis ſignis, limitibus agros terminabis.



At ſi lapis in angulo fuerit, & in alio angulo alius, quaſi qui perſpiciatur, erunt in zachone ſimiliter duo lapides. Et quia in centuriis paria latera ſunt latitudinis & longitudinis, ſimiliter ex quacunque parte volueris, verſuram facies normaliter: & totidem quot inveneris cultellabis, comprehenſis per hæc limitibus in extremitatibus formarum.




ITEM INTERPRETATIO UBI ſupra de finibus agrorum.

Fines dictæ, eo quod agri funiculis ſint diviſi. menſurarum lineæ in terrarum partitione tenduntur, ut dimenſionis æqualitas teneatur. Limites appellati antiquo verbo tranſverſi. Nam tranſverſa omnia antiqui lima dicebant: à quo & limina hoſtiorum, per quæ foris & intus itur: & limites, quòd per eos foras in agros eatur: hinc & limus vocabulum accepit cingulum, quo ſervi publici cingebantur, obliqua purpura. Termini dicti quod terræ menſuras diſtinguunt, atque declarant. His enim teſtimonia finium intelleguntur, & agrorum intentio, & certamen aufertur.


DE MENSURIS AGRORUM.

Menſura eſt, quicquid pondere, capacitate, longitudine, altitudine, latitudine, animóque finitur. Majores itaque orbem in partes, partes in provincias, provincias in regiones, regiones in loca, loca in territoria, territoria in agros, agros in centurias, centurias in jugera, jugera in climata: deinde climata in actus, perticas, paſſus, gradus, cubitos, pedes, palmos, uncias, & digitos diviſerunt. tanta enim fuit eorum ſolertia. Digitus eſt pars minima agreſtium menſurarum: inde uncia habet digitos tres, palmus autem quatuor digitos habet, pes XVI. paſſus pedes V. pertica paſſus duos, id eſt pedes X. Pertica autem à portando dicta, quaſi portica. Omnes autem præcedentes menſuræ in corpore ſunt, ut palmus, pes, paſſus, & reliqua: ſola pertica portatur. Eſt enim X. pedum, ad inſtar calami in Ezechiele templum menſurantis. Actus minimus


nimus eſt latitudine pedum quatuor, longitudine cxl. Climata quoque undique verſus pedes habent lx, ita.



Actus quadratus undique finitur pedibus cxx. ita.




Hunc Bætici arapennem dicunt, ab arando ſcilicet. Actus duplicatus jugerum facit: ab eo quod eſt junctum, *a* jugerum nomen accepit. Jugerum autem conſtat longitudine pedum ducentorum xl. latitudine cxx, ita.



Actum provinciæ Bæticæ ruſtici *b* agnam vocant: porcam iidem Bætici xxx. pedum latitudine, & lxxx. longitudine definiunt ita.

a al. jugerū

b Col. acnuam.



Sed porca eſt quod in arando extat: quod defoſſum eſt, lyra. Galli candetum appellant in areis urbanis ſpatium centum pedum, quaſi centetum: in agreſtibus autem, pedum cl. quadratorum juſtum candetum vocant. Porro ſtadialis ager habet paſſus cxxv. id eſt pedes dcxxv.
a F. quod. cujus menſura octies computata miliarium facit, *a* qui conſtat quinque milibus pedum. Centuria autem ager eſt ducentorum jugerum, qui apud antiquos à centum jugeribus vocabatur: ſed poſtea duplicata, nomen priſtinum retinuit. in numero enim centuriæ multiplicatæ ſunt, ſed
b F. noluerunt. nomen mutare *b* non potuerunt.

DE AGRIS.


Ager Latinè appellari dicitur, eo quòd in eo agatur aliquid. Alii agrum ex Græco nominari manifeſtius credunt, unde & villa Græcè choragros dicitur. Villa à vallo, id eſt aggere terræ nuncupata, quod pro limite conſtitui ſolet. Poſſeſſiones ſunt agri latè patentes publici privatique, quos initio non mancipatione, ſed quiſque ut potuit occupavit atque poſſedit: unde & nuncupati. Fundus dictus, quod in eo fundatur, vel ſtabiliatur patrimonium. Fundus autem & urbanum ædificium & ruſticum intelligendum eſt.
c al. prævid. Prædium quòd ex omnibus patrisfamilias maximè *c* providetur, id eſt apparet, quaſi prævidium: vel quòd antiqui agros quos bello cœperant, [ut] prædæ nomine habebant. Rura veteres incultos agros dicebant, id eſt ſylvas & paſcua. Ager compaſcuus dictus, qui à diviſoribus agrorum reli-

relictus eſt ad paſcendum communiter vicinis. Alluvius ager eſt, quam paulatim fluvius in agrum reddit. Arcifinius ager dictus eſt, quia certis linearum menſuris non continetur, ſed arcentur *a*ffines ejus, objecto fluminum, montium, arborum: unde & in his agris nihil ſubſecivorum intervenit. Novalis ager eſt, primum proſciſſus, ſive qui alternis annis vacat, novandarum ſibi virium cauſa. Novalia enim ſemel cum fructu erant, & ſemel vacua. Squalidus ager, quaſi excolidus, quod jam à cultura exierit, ſicut exconſul quòd à conſulatu diſceſſerit. Uliginoſus ager eſt ſemper *a* humidus. nam *a* humidus dicitur, qui aliquando ſiccatur. Uligo enim humor terræ eſt naturalis, ab ea nunquam recedens. Subſeciva ſunt propriè quæ ſutor de materia præcidens, quaſi ſupervacua abjicit. Inde & ſubſecivi agri, quos in pertica diviſos recuſant, quaſi ſteriles aut paluſtres. Item ſubſeciva quæ in diviſura agri non efficiunt centuriam, id eſt jugera ducenta.


a al. uvidus.

EX LIBRIS DOLABELLÆ.

Omnis terminus ab oriente lympidum latus habet, ab occidente roſidum latus habet.




Vertices agrorum [qui] ſunt in montibus lapideis tantummodo (& non poteſt in eis fodiri & terminus figi) inductis quadratariis, ut firmius eſſet quod naturaliter dolantes in montibus ex monte terminum eminentem monti conſtituerent, quàm ſi cavarent, & ſic infigerent lapides finales. Ideóque vertices agrorum, ſicut verticem in capite humano natura præſtitit, ſic & in montibus menſores docti inſtituerunt. [Hi ſunt vertices agrorum, qui in montibus lapides naturales ſunt.]




Omnis poſſeſſio quare Silvanum colit? quia primus in terram lapidem finalem poſuit. Nam omnis poſſeſſio tres Silvanos habet. unus dicitur domeſticus, poſſeſſioni conſecratus: alter dicitur agreſtis, paſtoribus conſecratus: tertius dicitur orientalis, qui eſt in confinio lucus poſitus, à quo inter duo pluréſve fines oriuntur. Ideóque inter duo pluréſve eſt lucus.

Fines



Fines templares ſic quæri debent: ut ſi in quadrifinio eſt poſitus, & quatuor poſſeſſionibus finem faciet, quatuor aras quæris, & ædis quatuor ingreſſus habet: ideó[que], ut ad ſacrificium quiſque per agrum ſuum intraret. Quòd ſi deſertum fuerit templum, aras ſic quæris: longè à tem-




plo

plo quæris pedibus xv. & invenis velut fundamenta aliqua. Quòd ſi inter tres, tres ingreſſus habet, inter duos, duos ingreſſus habet templum.

a F. hic. *b* F. qui. *c* F. recolligis.

IN agro olivario ſic quæris, quô dirigant fines. Si ordines olivarum ſibi in tranſverſo occurrerint, *a* ſic eſt rigor finalis. Si certe ordines ſibi convenerint, non eſt rigor finalis.... nam hi duo rigores hebetes *& acuti* ſunt appellati, *b* quia ſine lapidibus ſunt hodiéque: & non poteſt ager olivarius demetiri, niſi ſic ut ad ordinem diſconvenientem adtendas, & ſic *c* te colligis, quô finis inter poſſeſſiones demetiatur, aut quô exitum habeat.




d F. ſi intellegis, intellegis q.

Fines ſepulturarios ſive cinerarios *d* ſic intellegis, quô vadant rigores inter poſſeſſiones. Juxta ſepulturam ſunt buxus, ſunt etiam cineres. aut cacabos invenis, aut orcas fractas, aut certè integras. Ut invenias ſi finalis eſt ſepultura, quæris longè ab ea pedes quinque, aut aratro terram agis: & ſi inveneris ea ſigna, finalis eſt ſepultura. Si enim non inveneris, tranſi in aliud latus, & ſic per rigorem vicinarum

cinarum poſſeſſionum in rigorem venies: de quibus poſſeſſionibus intentio vertitur, & ſic veritas agnoſcitur.



Quare per ædes publicas in ingreſſibus antiqui fecerunt crucem, antica & poſtica? quia aruſpices ſecundum aruſpicium in duas partes orbem terrarum diviſerunt: unam partem ab oriente in occidentem, aliam à meridiano in ſeptentrionem. Ideóque ſi quis imperatorum aut conſulum pugnantes terras adquiſierunt nomini Romano, & partiti ſunt veteranis aut militibus Romanis, & pro voto ſuo diis templum ædificaverunt, ut ſciretur à poſteris, quia adquiſierant terras nomini Romano, ſecundum aruſpicium ſignum fecerunt in æde deorum ſuorum, ut ſcriberent, antica & poſtica.



SI in agrum aſſignatum veneris, ut ſcias in qua parte agri ſis, an in ultrato & dextrato, an in citrato & dextrato, an in ſiniſtrato & ultrato, an in ſiniſtrato & citrato, ſic deprehendis. Cum in agrum veneris, quæris lapides plures centuriales, quorum ſcripturam cùm inſpicere ceperis, nota tibi quomodo ſcriptura currat: ſic & limites antea inſtituti ſunt. Si enim decumani numeri ab oriente incipiunt, & in occidentem creſcunt, decumani inſtituti ſunt, ut oriente poſt te relicto in occidentem ſpectes. Si a verò & numeri notati in lapidibus centuriarum fuerint, ſcias decumanos inſtitutos eſſe, ut in orientem & occidentem ſpectent: cardinem verò meridianum, & ſeptentrionem ſcies ſpectare. Cùm hoc diligenter tibi liquerit, in re præſenti plurium lapidum centurialium inſpicies ſcripturas, & ſi numerus cardinum creſcet in occidente erit pars ultrata. Decumanorum verò numerus ſi creſcet in partem ſeptentrionis, erit pars dextrata. ſic ſcis te ex ſcriptura lapidum

a F. retro.

pidum eſſe in parte ultrata & dextratâ. Similiter ſi decumanum creſcere deprehenderis in meridianum, & cardinem in partem occidentis, occidens erit pars ſiniſtrata & ultrata. Item ut dextratum & citratum invenias, ſimiliter lapidum ſcriptura oſtendit. Si enim cardinum numeri in occidentem creſcent, erit pars citrata. Decimanorum numeri in ſeptentrionem ſi creſcent, erit pars dextrata. ſic ſcies te in dextrato & citrato eſſe. ſimiliter, ſi cardinum numerus in occidentem creſcet, erit pars citrata. ſi decimanorum numerus in meridianum creſcet, erit pars ſiniſtrata. ſed ut ſæpè ſolet in re præſenti deprehendi. Decimanum maximum ita inſtitutum, ut & meridianum & ſeptentrionem ſpectet, Cardinem verò maximum orientem & occidentem ſcies ſpectare. Similiter, ſecundum ſcripturam lapidum hoc ipſum deprehendis ſicut à principio inſtitutum fuerat, erit pars ſiniſtrata decumani maximi in occidente, dextrata in oriente. In hac quoque parte ſi volueris ſcire in qua parte eris, ſcies. cum inveneris ex ſcriptura lapidum cardinum numeros in ſeptentrionem creſcere, erit pars ultrata. cùm decimanorum numeros in occidentem creſcere, erit ſiniſtrata. ſic ſcies te in ſiniſtrato & in ultrato eſſe. ſimiliter ſi volueris ſcire in ultrato te eſſe & ſiniſtrato, ſic deprehendes. ſi decimanorum numerum in occidente, cardinum [numerus] in ſeptentrione creſcere videris, erit pars dextrata & ultrata. Similiter ſi decimanorum numeri in orientem creſcent, & cardinum numeri in meridiano creſcent, erit pars *a* dextrata & citrata.

a al. ſiniſtrata.

Quibuſdam regionibus in agris aſſignatis propter ſterilitatem lapidum inter centurias quinas lapides poſiti ſunt. hoc in re præſenti deprehendi poteſt ex lapidum poſitione & inſcriptura. Aliis vero regionibus in capitibus centuria-

rum non ſunt lapides ſcripti ſed in effigie termini poſiti ſunt. Sed & quibuſdam regionibus pro lapidibus in capitibus centuriarum pali roborei infixi ſunt. In his regionibus in qua parte agri ſis invenire non potes, niſi ex typo vel forma ipſius. ſunt enim in typo montium vocabula & alia ſigna complura ex quibus poſſis ſcire in qua parte agri ſis. Non una ſpecies agrorum adſignatorum eſt. Eſt ager centuriatus qui quadratis centuriis diviſus. Hic ager in ſingulis centuriis ducenta jugera habebit. Eſt etiam ager ſcamnatus qui [appellatur,] in longitudinem majorem numerum habebit, quam in latitudinem. Hi quoque agri non niſi in re præſenti deprehenduntur, vel ex forma regionis. habent enim agri ſcamnati in centuriis ſingulis jugera ducentena quadragena, qui per latitudinem habent actus xx. & per latitudinem actus xxiiii.

Si duo lapides in capitibus centuriæ in linea decimani ſive cardinis inventi fuerint, & menſuræ agendæ ſunt ſecundum formam agri adſignati, ut modus jugerationum ſecundum acceptam uniuſcujuſque ſeparetur in centuria in qua quæſtio fuerit orta, primum in re præſenti typus regionis quærendus eſt, & inſpecta ſcriptura lapidum in re præſenti typum conlocabis, ut ſcias primum an decimanus maximus ab oriente in occidentem ſit conſtitutus, an vero à meridiano in ſeptentrionem. Si enim ab oriente in occidentem conſtituti ſint, typum ſic convertes, ut poſt te relinquas orientem & occidente ſpectato, ſic typum tenebis. reſpicies, *a* in typum, cardinem maximum, quo loco ſit. & ſi ex ſcriptura lapidum deprehenderis in orientem creſcere, erit pars citra cardinem. ſi vero inveneris in occidentem creſcere, erit ultra cardinem. Sed ut ſcias an dextra decumanum ſtes, an ſiniſtra decumanum, inſpectis lapidibus qui in linea cardinis ſunt, ſi in ſeptentrione creſcent,

a F. ut.

ſcent, erit dextra decimanum, ſi in meridiano creſcent, erit ſiniſtra decimanum. Hæc inſcriptura demonſtrabit tibi quomodo debeas typum in re præſenti collocare. Similiterque facies, ſi decumanus maximus à meridiano in ſeptentrionem collocatus fuerit, cardo ab oriente in occidentem, eadem ratione ſicut ſupra, in re præſenti typum collocabis ut decimanus maximus ſpectet ſuum locum, id eſt meridiani & ſeptentrionis, cardo maximus orientis & occidentis lineam, & ſecundum rationem S. S. ſcies lapidum ſcriptura quæ ſit pars dextra decimanum, & quæ ſiniſtra decimanum, & quæ citra cardinem, & quæ ultra cardinem.

Si quando in agro adſignato menſuras egeris, & reverſus ad formam inveneris hominibus ſex data clxxx. jugera, ut ſcias quantum quis acceperit, quæris ſub littera. & ſic invenies quantum quis acceperit.


Si in agro adſignato aliquando aliquis modus jugerationis vacaverit, ne putes ſubſecivum remanſiſſe. Quære primum ſit nec ne poſt *a* eſt fixum & machina regionis illius ſublata ſecunda adſignatione alicui adſignatum. vel, quæris ſi in libro Beneficiorum regionis illius beneficium alicui Auguſtus dederit. quòd ſi neutrum factum eſt, ſcias illum ſubſicivum remanſiſſe.

a F. æs.


EX LIBRIS LATINI DE TERMINIBUS.



Terminus ſi caput de aquila factum habuerit, montem trans ciſum tranſit, & uſque in olivaſtellum mittit. Si tres oleaſtri fuerint, trifinium faciunt.




Terminus ſi tranſpertuſus fuerit, ciſternam ſignificat, alveum tranſit, & uſque in aquam vivam mittit, & ipſa aqua viva in arca trifinii eſt.




Terminus ſi ſubcumbus poſitus fuerit, limitem *a* oſtendit: quidam maximè per convallia pergunt. Si autem in plano ſubcumbus poſitus fuerit. Ubi vallis non ſit, in proximo ante ſe claudet finem.

a F. oſtendit quidem, maxime per convallia. Pergunt autem ſi in plan.



Terminus ſi in quadrum dolatus fuerit, & in latere punctum habuerit, fontem ſignificat. Si verò ſuper ſe cavum habuerit, puteum finalem ſignificat.


Terminus ſi à ſurſum uſque deorſum ſciſſuram habuerit, fluvium, aut certè rivum ſignificat.




Terminus ſi ſuper ſe plumbum habuerit, ſtagnum ſignificat, aut ciſternam.

Ter-

Terminus ſi ſubcavus fuerit, lavacrum ſignificat.






Terminus ſi *a* bifurcus fuerit, *b* ſamardacus dicitur: trifinium facit.

> *a* F. bifurcius.
> *b* F. ſamartiacus.

Terminus ſi rotundus fuerit, & brevis, & de una parte [in latus] punctum habuerit, in fontem quatuorangulatilem deſcendet.



Terminus ſi ecce tale *c* lignum habuerit ſubtus, vel ſupra, arborem peregrinam ſignificat, quæ in eo loco ex ſtudio in fine poſita eſt.

> *c* F. ſignum.



Arbor ſi plumbum habuerit, idem ſicut terminus, aut ſtagnum, aut fluvium majorem, aut fontem ſignificat.



Termini autem omnes nec uno modo, nec uno tenore ſunt conſtituti in trifinium aut quadrifinium, *d* & ſagrabam quam appellant alluvionem. Etiam monticelli ſunt in finibus conſtituti.

> *d* F. ad ſagræ oram.

Alio-



Alioqui qui neſciunt quid eſt in lectionibus, negant eſſe in finibus conſtitutos *Conſtitutus* is in tempore quando milites occidebantur in bello publico: alibi quam maximè non ponebantur, niſi circa fines & in centuriis: & quantos milites ponebant, tantos lapides defigebant. Ideóque ſcringis & allabinibus & centuriis ſigna proponebantur. Quoniam terminus ſi in tres acies conſtitutus fuerit, tres lineas auctoris *a* oſtendit: ſi in quatuor acies, quadrifinium facit.

a F. extendit.



GENERA LAPIDUM FINALIUM.

Lapis fluvialis, *b* cromaticus vocatur. Lapis Tiburtinus, cæſalis dicitur: terminus coctus teſtacius, ullageris dicitur. Lapis albus *c* ſilicineus, ſi peralbus fuerit, Gallienſis nuncupatur:


b F. ſtromaticus.


c F. ſiligineus.

cupatur: ſi mixtam venam habuerit, ignifer nomen habet. Nam in aliquibus locis terminos non dolatos poſuimus, & nihil illis ſubter addidimus. Terminus, ſi venas mixtas habuerit, fictoaciem dicitur. Aſpratilis, qui velut ſigninum coagulatus lapis naturalis fuerit. Terminus ſi ſuperius politus fuerit, & inferius ſubulis impolitus, monumentalis eſt: non habet fidem finitionis.

CAJUS AUCTOR V. P.

Nam & naturales lapides cecidimus, & in finem conſtituimus. in orientales partes, omnes palos de ilice *a* picatos poſuimus: in terminatione verò quàm maximè ſub terra ipſos palos cooperuimus, & ſignatim, ut inveniantur pali ipſi, ſtellam conſecravimus. & ipſa ſtella *b* junior vocatur. Terminus autem ſi unam aciem reprobam habuerit, hoc eſt non æqualem aciem, ipſum quoque reprobum reputamus. *c* Id autem ponitur aliquando in trifinium. In quadrifinium autem [reprobus] non ponitur, niſi ſolidus lapis. Et quatuor lapides in quadrifinium conſtituimus. Si extra quatuor lapides fuerit, *d* epetecticales obſerventur.







a al. ſpicatos. item al. pictos.

b al. minor.

c F. Is.

d ſc. epict.

AUCTOR VITALIS.

Terminus ſi fuerit quinque pedes intra limitem, aliis quinque pedibus in caput limitis terminum invenies.

Terminus ſi in medium limitem conſtitutus fuerit, & *a* unam partem ſubcavam habuerit, tres monticellos tranſit, & in tertium monticellum arcam circa lavacrum ſignificat: & ipſa arca in quadrifinio conſtituta eſt.


a F. una parte.

FAUSTUS ET VALERIUS
VV. PP. Auctores.

Per Gallias & per Africam.

Dum per Africam aſſignaremus, circa Carthaginem in aliquibus locis terminos rariores conſtituimus, ut inter ſe habeant pedes II. cccc. In limitibus verò, ubi rariores terminos conſtituimus, monticellos plantavimus de terra, quos botontinos appellavimus. Et intra ipſos carbones & cineres, & teſta tuſa cooperuimus. Trifinium quammaximè *ali*quando conſtituimus cum ſignis, id eſt cineribus aut carbonibus & calce ibidem conſtruximus, & ſuperduximus, & ſuper coxam monticellum conſtituimus. In Carthagine & in provincia SS. quammaximè olivaſtellum & cotoneum, & ſambucum in finem conſtituimus, & circa ſambucum monticellos conſtituimus, ſicut ſuperius ſcripſimus, cum ſignis & ſigillis quammaximè. fines ut ſint breves in provinciis, *b* & montibus ſaxuoſos limites de lapide conſtituimus: & in aliquibus locis murum de lapide fecimus conſtringere ex calce & harena, fundamenta quammaximè: in alios

b F. ex.



alios fines nihil poſuimus, ſed ex opere *a* foſſas fecimus mitti in alto: *in* alios fines quos ſurſum monte direximus in xii. pedes latitiam conſtituimus, propter ripæ ruinam. Circa urbem Babylonis Romæ maritimum fiet & Gallicum, jubeo te jusjurandum præſtare: ſi cotoneum malum inveneris, quia trifinium erit: ſi olivaſtellum fuerit in medio, unum terminum demonſtrat. lagenæ tres *b* quadrifinium faciunt: in convallia loca, aqua demonſtrat.

a F. foſſæ terras.


b F. trifin.



a F. fiſſas,

Terminus ſi tres petras circa ſe habuerit *a* fixas, trifinium facit.

Terminus in modum arcellæ cavatus, Claudianus dicitur, brevis eſt: & ſi tres fuerint trifinium faciunt.




EX LIBRO FRONTINI SECUNDO.


b F. qua augetur ipſis ſubjacentibus inferioribusve ceſ.

Si termini deſint. Frequenter inter ſe poſſeſſores propter loci difficultatem totum ſupercilium *b* quod augenter ipſa ſubjacet, inferioribus ceſſerunt, & contenti fuerunt terminos per ſummum jugum diſponere, nullam ſecuti rationem. Hæc tamen ſi occurrunt, non quaſi nova intueri debemus. Plurimis deinde locis terminos ſacrificales non in fine ponunt, ſed ubi illos ſacrificii potius opportunitas ſuadet poni, hoc eſt loci commoditas, in quo ſacrificium abuti commodè poſſint. Hos terminos non ſtatim finitimos obſervare debebimus, etiamſi non longè à fine poſiti fuerint. Frequenter enim viæ finiunt, juxta quas arbores ſolent eſſe latiores, ſub quas defigere terminos ſacrificii cauſa poſſeſſores conſuerunt. Veruntamen multi qui non tantum ſacrificii ſequuntur conſuetudinem, ſed etiam rationem, in ipſis finitionibus defigere maluerunt: propter quod


quod adimi fides ſacrificalibus palis in totum non debet, nec haberi.




Nam & locorum rationes, & trivia, & colliculi finem faciunt. Termini autem ſi tranſverſi poſiti fuerint, gammam faciunt: ſed non ſtatim trifinium oſtendunt.




LATINUS V. P. TOGATUS.




Terminus ſive petra naturalis, ſi brancam lupi habuerit factam, arborem peregrinam ſignificat.




Terminus ſive petra naturalis, ſi brancam urſi habuerit, lucum ſignificat.



Terminus ſive petra naturalis ſi ungulam pecoris bifurcam habuerit, de ſub ſaxo egredientem aquam ſignificat.



Terminus ſive petra naturalis ſi caput vituli ſculptum habuerit, de duobus montibus aquas egredientes ſignificat, per quas lineæ confinales deſcendunt: ſuper ſe autem ſacra paganorum oſtendit in trifinio.



Terminus ſi ungulam equi ſculptam habuerit, terminum curſorium ſignificat, & uſque in fontem mittit, & ipſe fons trifinium facit.

Terminus, ſi aſpratilis fuerit, & mixta piperatia loca habuerit, ſine dubio in trifinio conſtat: paralleloneum vocamus Conſtat eum habere legum initia conſulta: pedatura ejus fit ped. ccccl x.

cc	ccc	cccc	d	dc	dcc	dccc	dcccc
A	B	C	D	E	F	G	H

∞	∞ c	ii. d	iii. d	∞	∞ d	∞ cc	∞ ccc
I	K	L	M	N	O	P	Q
∞ cccc	∞ d	∞ dc	∞ dcc	∞ dcc	∞ dccc	∞ dcccc	
R	S	T	V	X	Y	Z	


Has literas ſi inveneris in *a* terminis ſcriptas, ſingillatim, vel binas, quantum computum habuerit, tantum quæris ab eo in aliud ſignum.


a al. terminibus.

DE JUGERIB. METIUNDIS.

Caſtrenſe jugerum quadratum habet perticas cclxxviii. pedes autem quadratos XXVIII. dccc. id eſt per latus unum perticas *b* xviii. quæ in quatuor latera faciunt perticas lxxii. Habet itaque tabula una quadratas perticas lxxii. Si ergo fuerit ager tetragonus iſopleurus, habens per latus unumquodque perticas l, ita eum metiri oportet, ut ſciamus quot jugera habeat intra ſe. Duco unum latus per aliud, fiunt perticæ II. d. quæ faciunt jugera viii. tabulas ii. perticas lii.


b F. XXIV. per aliud XII.






Itaque

Itaque caſtrenſe jugerum capit K. modios iii. Ager ſi fuerit in rotundo habens per gyrum perticas lxxx. ſumpta quarta parte, id eſt xx. multiplicas in ſe, & fiunt cccc. perticæ. Sumis cclxxxviii. quod eſt jugerum, remanent perticæ cxii. quæ faciunt tabulam unam ſemis, & perticas iiii.




Ager ſi fuerit trigonus iſopleurus, habens tria latera *a* per quæ ſexagenas perticas habeant, duco unum latus per alterius lateris medietatem, id eſt lx. per xxx. fiunt perticæ MDCCC. quæ faciunt jugera VI. tabulam unam.

a F. per æqua quæ ſ.




Ager ſi caput bubulum fuerit, id eſt duo trigona iſopleura juncta, habentia per latus unum perticas l. unius trigoni

goni latus in alterius trigoni latus duco, id eſt l, per l, fiunt ii d. quæ ſunt jugera viii. tabulæ ii. [s.] perticæ lii.




Ager ſi fuerit inæqualis, ita ut habeat in latere uno perticas xl. & in alio xxx. & in alio xx. & in alio vi. conjungo xl. & xxx. fiunt lxx. Divido in æqua, fit una pars xxxv. rurſus jungo vi. cum xx. fiunt xxvi. Divido æquali-




ter, fiunt xiii. Duco latus quod diviſi prius, id eſt xxxv. per xiii. fiunt perticæ ccccly. quæ faciunt jugerum unum, tabulas ii. perticas xxiii.


Ager ſi fuerit lunatus habens à foris perticas lx. & in ſinu ſuo perticas xx. æquas majorem partem cum minore, & facis partem unam xl. Et ſi in uno capite habuerit perticas x. & in alio in punctum deſierit, dividis x. fiunt v. Hoc ducis per xl. fiunt cc. id eſt tabulæ duæ, & perticæ lvi.



Ager ſi fuerit ſemicirculus, cujus baſis habeat perticas xl. curvaturæ latitudo habeat perticas xx. oportebit multiplicare latitudinem cum baſe, id eſt vicies quadragena, fiunt perticæ dccc. Hoc undecies, fiunt viii. dccc. Hujus ſummæ pars quartadecima, id eſt dcxxviii. s. tot eſſe dicimus quadratas perticas, quæ faciunt jugera duo, & tab. dimidiam, pertic. xvi.




Ager ſi rotundus erit, circuli ſpeciem habens, ſic podiſmum colligo. eſto area rotunda, cujus diametrus habeat perticas xl. has in ſe multiplico, quæ fiunt perticæ ∞ dc. hanc ſummam undecies multiplico, fiunt perticæ $\overline{\text{XVII}}$ dc. Ex qua ſumma quartamdecimam duco, id eſt perticas ∞ cclvii. ped. i. ℈ v. quæ ſumma efficit jugera iiii. tabulam i. perticas xxxiii.



Ager

Ager ſi minor fuerit quam ſemicirculus, arcum ſic metimur. Eſto arcus cujus baſis habeat perticas xx, latitudo perticas v. latitudinis cum baſe jungo numerum, fiunt perticæ xxv. Hoc duco quater, fiunt c. Horum pars dimidia, l. Item perticarum xx, quæ ſunt in baſi, pars dimidia, ſunt x. qui in ſe multiplicati fiunt c.



Horum quartamdecimam duco: qui remanent perticæ vii. ped. i. & v. quibus adjicio perticas l. quas ſuperius *a* dixi. Junctus itaque numerus utriuſque ſummæ facit perticas lvii. hoc in arcu eſſe dicimus.

a F. duxi.

Ager ſi fuerit ſex angulorum, in quadratos *b* pedes ſic redigitur. Eſto hexagonum, in quo ſint per latus unumquodque perticæ xxx. latus unum in ſe multiplico, id eſt tricies triceni, fiunt perticæ dcccc. hujus ſummæ tertiam partem ſtatuo, id eſt, ccc. nihilominus ex eadem pleniori ſumma decimam partem tollo, id eſt xc. Quæ pariter junctæ faciunt cccxc. quæ ſexies ducendæ ſunt, quia ſex latera habet. Quæ ſumma colligit perticas. ĪI. cccxl. Tot igitur quadratas perticas in hoc agro eſſe dicimus.

b F. perticas.



EX EUCLIDIS LIB. I.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Punctum eſt, cujus pars nulla eſt. Linea verò præter latitudinem longitudo. lineæ verò fines puncti ſunt. Recta linea eſt quæ ex æquo in ſuis punctis jacet. Superficies verò quod longitudinem ac latitudinem ſolas habet. ſuperficiei vero fines lineæ ſunt. Plana ſuperficies eſt, quæ ex æquo in ſuis rectis lineis jacet. Planus angulus eſt, duarum linearum in plano invicem ſeſe tangentium & non indirecto jacentium, ad alterutram concluſio. Quando autem quæ angulum continent lineæ rectæ [ſunt] tunc rectilineus angulus nominatur, quando recta linea ſuper rectam ſtans circum ſe angulos æquos ſibi invicem fecerit. Rectus eſt utérque æqualium angulorum, & quæ ſuperſtat linea ſuper eam quam inſiſtit, perpendicularis vocatur. Obtuſus angulus eſt major recto: acutus autem minor recto.

Figura eſt quod ſub aliquo vel aliquibus terminis continetur. terminus verò quod cujuſque eſt finis. Circulus eſt figura plana quæ ſub una linea continetur, quæ vocatur circumducta: ad quam ab uno puncto eorum quæ intra figuram ſunt poſita, omnes quæ incidunt rectæ æquæ ſibi invicem ſunt. Hoc verò punctum centrum circuli nominatur. Diametrus circuli eſt recta quædam linea per centrum ducta, & ab utraque parte ad circumferentiam circuli terminata, quæ in duas æquas partes circulum dividit. Semicirculus verò eſt figura plana quæ ſub diametro & ea quam diametrus adprehendit circumferentia, *a* continetur.

a al. terminatur.

Rectilineæ figuræ ſunt, quæ ſub rectis lineis continentur.

tur. Trilatera quidem figura eſt, quæ ſub tribus rectis lineis continetur. Quadrilatera verò, quæ ſub quatuor. Multilatera verò quæ ſub pluribus quàm quatuor lateribus continetur. Æquilaterum igitur triangulum eſt, quod tribus æquis lateribus cluditur. Iſoſceles verò, quod duo tantummodo latera habet æqualia. Scalenon verò, quod tria latera inæqualia poſſidebit.

Amplius trilaterarum figurarum ὀρθογώνιον, id eſt rectiangulum quidem, triangulum eſt quod habet angulum rectum. Amblygonium verò, quod eſt obtuſiangulum, in quo obtuſus angulus fuerit. oxygonium verò, id eſt acutiangulum, in quo tres anguli ſunt acuti.

Quadrilaterarum verò figurarum quadratum vocatur, quod eſt æquilaterum atque rectiangulum. Parte verò altera longius, quod rectiangulum quidem eſt, ſed æquilaterum non eſt. Rhombos verò quod æquilaterum quidem eſt, ſed rectiangulum non eſt. rhomboides autem, quod in contrarium conlocatas lineas atque angulos habet æquales: id autem nec rectis angulis, nec æquis lateribus continetur. Præter hæc autem omnes quadrilateræ figuræ trapezia, id eſt menſulæ nominantur. Parallelæ [id eſt alternæ] rectæ lineæ nuncupantur, quæ in eadem plana ſuperficie conlocatæ, atque utrinque productæ in neutra parte concurrent.

Αἰτήματα id eſt petitiones ſunt v.

Petatur ab omni puncto in omnem punctum rectam lineam ducere.

Item definitam lineam in continuum rectumque producere.

Item omni centro & omni ſpatio circulum deſignare.

Et omnes rectos angulos æquos ſibi invicem eſſe.

Et ſi in duas rectas lineas linea incidens interiores ad eas

 par-

partes, duos angulos duobus rectis fecerit minores, productas in infinitum rectas lineas concurrere ad eas partes, quibus duobus rectis anguli ſunt minores.

Κοιναὶ ἔννοιαι, id eſt communes animi conceptiones hæ: Quæ eidem ſunt æqualia & ſibi invicem ſunt æqualia: & ſi ab æqualibus æqualia auferantur, quæ relinquuntur æqualia ſunt: & ſi æqualibus addantur æqualia, tota quoque æqualia ſunt: & quæ ſibimet ipſis conveniunt, æqualia ſunt.

Σ Χ Η Μ Α Τ Α.

Super datam rectam lineam terminatam, triangulum æquilaterum conſtituere. Sit data recta linea terminata A B. oportet igitur ſuper eam quæ eſt A B, triangulum æquilaterum conſtituere. & centro quidem A, ſpatio verò B, circulus ſcribatur, B C E D, & rurſus centro B, ſpatio autem A, circulus ſcribatur, A C F D, & ab eo puncto quod eſt C, quo ſe circuli dividunt, ad ea puncta quæ ſunt A B, adjungantur rectæ lineæ, C A, C B. Quoniam igitur A punctum, centrum eſt C B E D circuli, æqua eſt A B ei quæ eſt A C: rurſum quoniam B punctum centrum eſt, A C F D circuli, æqua eſt A B ei quæ eſt B C. ſed & A B, ei quæ eſt C A, æqua eſſe monſtrata eſt, & A C igitur ei quæ eſt B C, erit æqualis. Tres igitur quæ ſunt, C A, A B, B C, æquæ ſibi invicem ſunt. Æquilaterum igitur eſt C A B triangulum, & conſtitutum eſt ſupra datam rectam lineam terminatam, eam quæ eſt AB, quod oportebat facere.

Ad datum punctum datæ rectæ lineæ æqualem rectam lineam conlocare. Sit quidem datum punctum, A, data verò recta linea, B C: oportet igitur ad punctum A, rectæ lineæ B C, æquam rectam lineam conlocare. adjungatur enim ab A puncto, ad B punctum recta linea ea quæ eſt AB,

AB, & conſtituatur ſuper AB rectam lineam, triangulum æquilaterum, quod eſt DAB, & ejiciantur in rectum DA, DB rectæ lineæ ad AG & BM: & centro quidem B, ſpatio autem BC, circulus ſcribatur CFE, & rurſus centro D, ſpatio autem DF, circulus deſcribatur, FKL. quoniam igitur, B punctum centrum eſt CFE, circuli, æqua eſt CB, ei quæ eſt BF. Rurſus quoniam D punctum centrum eſt FLK circuli, æqua DL ei quæ eſt DF: quartum quidem AD, ei quæ eſt DB æqua eſt. Æquilaterum enim triangulum eſt id quod eſt DAB. Reliqua igitur AL, reliquis BF, BC. exiſtat æqualis. ſed & BF, ei quæ eſt BC, æqua eſſe monſtrata eſt, & BC, ei quæ eſt AL, erit æqualis. Ad datum igitur punctum, id quidem A, datæ rectæ lineæ ei quæ eſt BC, æqua locata eſt ea, quæ eſt AL, quod oportebat facere.

Duabus inæqualibus rectis lineis datis, à majore minori æquam lineam abſcindere. Sint datæ duæ rectæ lineæ inæquales AB, CD, & ſit major AB. oportet igitur à majore AB, minori CD, æquam lineam abſcindere. Conlocetur enim ad A punctum, ei quæ eſt CD, æqua ea quæ eſt AE, & centro A, ſpatio vero AE, circulus deſcribatur EGF. quoniam igitur A punctum centrum eſt EGF circuli: æqua eſt igitur AE, ei quæ eſt CD, quæ erat æqualis, & CD, ei quæ eſt AG erit æqualis. Duabus igitur datis rectis lineis inæqualibus eis quæ ſunt AB, CD, à majore quæ eſt AB, minori quæ eſt CD, æqualis abſciſſa eſt ea quæ eſt AG: quod oportebat facere.

DE

DE MENSURIS SECUNDUM

Geometricæ diſciplinæ rationem ex voluminibus eruditorum virorum excerpta.

Menſura eſt quicquid pondere, capacitate, longitudine, latitudine, altitudine, animóque finitur. Majores itaque noſtri orbem in partes, partes in provincias, provincias in regiones, regiones in loca, loca in territoria, territoria in agros, agros in centurias, centurias in jugera, jugera in climata, climata in actus, actus in perticas, perticas in paſſus, paſſus in gradus, gradus in cubitos, cubitos in pedes, pedes in palmos, palmos in uncias, uncias in digitos diviſerunt. Digitus eſt pars minima agreſtium menſurarum. Inde uncia, habens digitos tres. palmus autem quatuor digitos habet. pes verò ſedecim. paſſus v. ped. habet. Pertica paſſus duos, id eſt pedes x. Perticas autem juxta loca, vel craſſitudinem terrarum, prout provincialibus placuit, videmus eſſe diſpoſitas, quaſdam decempedas, quibuſdam duos additos pedes, aliquas verò xv, vel x & vii. pedum diffinitas: ita duntaxat, ut craſſioribus terris minores menſuras, ſterilioribus majores tribuiſſent, prout modiorum numerus incremento frugum unicuique loco ſufficeret. Quidam autem quinque grana hordei tranſverſa tam indici, quam impudico ſive medio convenire judicantes, hos tres digitos ſimul junctos unciam dixerunt. palmum autem minimo addito diffinierunt. Quidam ergo ſeptem grana hordei in tranſverſo poſita pollicem judicaverunt, ex quibus xv, pedem reddunt. Pedes duo & ſemis, greſſum ſive gradum: duo greſſus, paſſum: duo verò paſſus: decempedam [perticam] faciunt. Alii autem

autem voluerunt, ut pertica xlviii. palmorum eſſet, quæ pertica ad manus xii. pedes habet. quod per extenſionem brachiorum verius eſſe demonſtratur. Idcirco putamus miniſteriales imperatorum majores in accipiendo, minores in dando menſuras habuiſſe. Actus minimus habet in latitudine pedes iiii. [ex quibus pertica eſſe non poteſt.] In longitudine pedes cxx, qui faciunt perticas [decempedas] xii. Actus major, qui quadratus dicitur, habet undique pedes cxx, qui duplicatus jugerum facit. Jugerum conſtat in longitudine ped. ccxl, quæ ſunt perticæ [decempedæ] xxiiii. in latitudine ped. cxx, quæ ſunt perticæ xii. Clima dicitur pars agri quadrata, quæ habet ex omni parte pedes lx, id eſt perticas [decempedas] undique ſex. Arapennis verò, quem ſemijugerum dicunt, idem eſt quod & actus major, habens undiqueverſum pedes cx, perticas verò xii. Porcamis eſt pars agri, habens in latitudine ped. xxx, id eſt perticas iii, in longitudine lxxx, id eſt perticas [decempedas] viii. Porrò ſtadialis ager habet paſſus cxxv, id eſt pedes dcxxv. Cujus menſura octies computata, miliarium, quod conſtat quinque milibus pedum. Centuria autem eſt ager ducentorum jugerum, quæ apud antiquos à centum jugeribus vocabatur, ſed poſtea duplicata èſt, noménque priſtinum retinuit. In numero enim centuriæ multiplicatæ ſunt, nomen tamen mutare *a* non potuerunt. Illud enim ſciendum eſt, quod pes dupliciter ſecundum morem antiquorum pronuntiatur: uno modo, eo quod ſit naturaliter pes: alio modo, quod uſurpative per manus metiatur. Tantum enim præcellit pes manualis pedem naturalem; quantum pollex in longitudine protendi poteſt. Similiter & cubitus. nam unus cubitus eſt, qui naturaliter à cubito ad digitorum ſummitatem uſque pertendit. Qualis erat cubitus quo arca Teſtamen-

a F. noluerunt.

ſtamenti, quam Moyſes juſſu Dei fecerat, fuerat menſurata. Alius cubitus eſt, qui & major dicitur, quo Arca Noë demetita eſſe dinoſcitur, qui brachio extenſo toto cubito capiti prælato ſe eſſe demonſtrat. Sic etiam & paſſus apud antiquos dupliciter haberi videntur. etenim paſſus dicitur, quod duobus greſſibus gradiendo conficitur. Paſſus etiam dicitur, quantum ambobus brachiis extenſis, inter longiſſimos digitos eſt. Status autem eſt uniuſcujuſque altitudo. Illud etenim ſciendum eſt, quia ſunt menſuræ quæ ad viatores ſeu ad curſores pertinent. minima pars ſtadium eſt, habens paſſus cxxv. Octo ſtadia miliarium reddunt, mille paſſus habentem. Miliarius & dimidius apud Gallos leuvam facit, habentem paſſus mille quingentos. Duæ leuvæ, ſive miliarii tres apud Germanos unam raſtam efficiunt.

DE PONDERIBUS.

Ponderum pars minima calculus eſt, qui conſtat ex granis ciceris duobus, & apud quoſdam ſiliqua penſante, quæ tribus granis hordei declaratur in pondere. Duo calculi ceratium faciunt. Quatuor calculi ſive duo ceratia obolum reddunt. Duo oboli ſcripulum complent. tres ſcripuli drachmam faciunt. Drachma quæ conſtat ſiliquis x. & viii. & ſcripulus qui eſt ex ſiliquis ſex, & obolus qui eſt ex tribus, quadrantem efficiunt continentem in ſe ſiliquas xxvii. duo quadrantes ſtaterem faciunt. duo ſtateres unciam reddunt. Juxta Gallos vigeſima pars unciæ denarius eſt, & duodecim denarii ſolidum reddunt. Ideóque juxta numerum denariorum tres unciæ quinque ſolidos complent. ſic & quinque ſolidi in tres uncias redeunt. Nam duodecim unciæ libram, xx. ſolidos continentem efficiunt.

ciunt. ſed veteres ſolidum qui nunc aureus dicitur, nuncupabant. Libra dicitur quicquid per duodenarii numeri perfectionem adimpletur. Nam libra dici poteſt annus, qui conſtat ex quatuor temporibus & xii. menſibus, & ex lii. hebdomadibus, & die vel quadrante. Libra eſſe poteſt æquinoctialis dies ſine ſua nocte, qui conſtat xii. horis: hora conſtat cxv. punctis, x. minutis, xv. partibus, xl. momentis, lx. oſtentis. Hora autem diei ſecundum ſolis curſum, v. punctos habet, juxta lunam iiii. Nam libra in ponderibus, in menſuris arborum, vel ſpatio terrarum, vel ſtatu hominis, per diverſas menſuras in duodenario numero comprehendi poteſt. Mna centum drachmis appenditur. Juxta rationem autem ponderum, nihil calculo minus, aut talento majus eſt. etenim l. libræ talentum minimum eſt. lxx. ii. libræ medium talentum. cxx. libræ maximum talentum eſt. Centenarius autem dicitur, eo quòd centum libris conſtet.

DE MENSURIS IN LIQUIDIS.

Menſurarum in liquidis cochlear eſt pars minima, quod habet dimidiam drachmam, id eſt ſcripulum & obolum. Cochlearia duo chemam faciunt. Cochlearia iii. conchulam faciunt. Conchulæ duæ cignum ſive miſtron. Conchulæ ſex & duo cochlearia quæ decem drachmas appendent, cyathum faciunt: additis duabus drachmis acetabulum complent: additis adhuc tribus drachmis quod ſunt xv. oxybaphum, apud quoſdam cyathi novem heminam facere videntur, quod ſunt drachmæ xc. Apud quoſdam verò acetabula quatuor, quod ſunt drachmæ xlviii. hemina autem juxta quoſdam appendet libram unam, apud quoſdam verò libram & dimidiam. Similiter ſextarios duplices judi-

caverunt. Nam alii voluerunt, ut ſextarius duarum eſſet librarum, alii verò trium: utrique tamen ut duæ heminæ ſextarium facerent diffinierunt. Eſt autem ſextarius ſexta pars congii, qui in divinis ſcripturis Hin appellatur in liquidis. Chœnix autem quinque ſextariis adimpletur, cui ſi ſextum addideris, fit congius. Congius quater miſſus modium complet. Quemadmodum autem de ſextario, ſic & de modio. Aliis placuit xvi. ſextariis modium impleri: aliis xx. & duobus: aliis verò xxiiii. Sed has menſuras ad votum principum vel judicum eſſe deprehendimus. Nobis autem viſum eſt magis convenire ponderum rationi, eo quòd de minimis uſque ad majora ducantur: ut primum finem habeat modius in menſuris, ſicut libra in ponderibus. Quia ſicut poſtquam in ponderibus penſando ad libram pervenitur, cætera quæ majora ſunt pondera per libræ multiplicationem ponderantur: ſic & in menſuris, poſtquam ad modium ventum erit, quicquid amplius menſurandum eſt modii multiplicatione peragitur. Nam quemadmodum à calculo per obolos ac drachmas, cæteráque pondera ad libram uſque pervenitur: ſic in menſuris à cochleari per conchulas cyathos ad ſextarios ad modium uſque pertingitur. Eſt enim modius, ut prædictum eſt, juxta quoſdam ſextariorum xvi. juxta quoſdam autem xx. & duorum: apud quoſdam verò xxiiii. Nobis verò videtur eſſe rectiſſimum, ut trium librarum ſextario vicies & quater multiplicato modius impleatur; qui modius medii talenti pondere coæquatur, lxx. duabus efficitur libris. Sive ut quinque libras habens ſextarius, ſimiliter vicies & quater ductus, maximi talenti, id eſt cxx. librarum pondere menſuretur. Modius & ſemis urnam faciunt. Similiter & in aridis menſuram, quæ dicitur batus. Batus verò conſtat modiis duobus, totidémque ſextariis. Duo bati metretam

faciunt,

faciunt, qui ſunt ſextarii c. Urnæ duæ amphoram complent, quæ ſunt modia tria. quod in aridis dicitur æphi. Urnæ tres cadum vel artabam faciunt, quæ ſunt modia iiii. & ſemis. Modia quinque medimnum faciunt. Tres medimni gomor complent. Duo gomor chorum reddunt. Duo chori, chulleum, quæ ſunt modia lx.

REI AGRARIÆ LEGES VARIÆ.

ELENCHUS SEQUENTIUM.

Fragmenta legis Thoriæ.
Legis Mamiliæ capita tria.
Imperatoris Conſtantini A. reſcripta tria.
Imppp. Valentiniani, Theodoſii & Arcadii reſcriptum.
Imppp. Theodoſii, Arcadii & Honorii reſcriptum.
Impp. Theodoſii & Valentiniani reſcripta tria.
Modeſtinus libro x. Pandectarum.
Ulpianus libro VI. Opinionum.
Florentinus ſexto Inſtitutionum.
Calliſtratus libro III. de Cognitionibus.
Ex libro v. Sententiarum Pauli J. C.
Ex eodem Paulo XXIII. ad Edictum.
De ſepulchris Imp. Tiberius Cæſar.
Legis Liciniæ capita quædam ex variis auctoribus collecta.
Legis Semproniæ quædam.
Legis Agrariæ Julii Cæſaris quædam.
Quædam Cæſaris Auguſti.
Agrariarum capita nonnulla quarum auctores ignorantur.
Legis Agrariæ quam propoſuit Rullus capita xx. à W. Goeſio collecta.
Ejuſdem legis capita aliquot prout ab Rigaltio edita.

LEGIS

LEGIS THORIÆ FRAGMENTUM, CUM SUPPLEMENTIS C. SIGONII.

SP. THORIUS.... F. TR. PL. PLEBEM. JURE. REG. PLEBESQUE. JURE. SCIVIT. TRIBUS.... PRINCIPIUM. FUIT. PRO. TRIBU. Q. FABIUS. Q. F. PRIMUS. SCIVIT. QUEI. AGER. POPLICUS. POPULI. ROMANEI. IN. TERRAM. ITALIAM. P. MUCIO. L. CALPURNIO. *coſſ. fuit. extra. eum agrum. locum. quei. ex. lege. plebeive. ſc. à. vetere. poſſeſſore. poſſeſſus. ſit.*

De. eo. agro. loco. quem. quis. ſibi. AGRUM. LOCUM. SUMPSIT. RELIQUITVE. QUOD. NON. MODVS. MAJOR. SIET. QUAM. QUANTVM. UNVM. HOMINEM. EX. LEGE. PLEBEIVE. SC. SIBEI. SVMERE. *relinquereve. oportent.*

quod. QUOI. EIQUE. DE. EO. AGRO. LOCO. EX. L. PLEBEIVE. SC. III. VIR. SORTITO. CEIVI. ROMANO. DEDIT. ADSIGNAVIT. QUOD. NON. IN. EO. AGRO. LOCO. EST. QUOD. *ultra. fineis. ejus. agri. locei. eſt.*

redditus. EST. QUEI. AGER. PVBLICVS. POPVLI. ROMANEI. IN. TERRA. ITALIA. P. MUCIO. L. CALPURNIO. COS. FUIT. EXTRA. EUM. AGRUM. QUEI. AGER. EX. LEGE. PLEBEIVE SC. *à. vetere. poſſeſſore poſſeſſus. ſit.*

ager. locus. ædificium. omnis. qui. ſupraſcriptus. eſt. quod VE. AGRI. LOCEI. PUBLICEI. IN. TERRA. ITALIA. QUOD.

EJUS. EXTRA. URBEM. ROMAM. EST. QUOD. EIVS. IN. URBE. OPPIDO. VICO. EST. QUOD. EJVS. III. VIR. DEDIT. ASSIGNAVIT. QUOD. *ejus. agrei. locei. neque. poſſeſſor. ipſe. abalienavit. abalienaveritve.*

extra. eum. agrum. locum. quei. ager. locus. ex. LEGE. PLEBEIVE. SCITO. QUOD. C. SEMPRONII. TI. FIL. TR. PL. ROG. EXCEPTUM. CAVITUMVE. EST. NEI. DIVIDERETUR. QUOD. QUOI. EIQUE. DE. EO. AGRO. LOCO. AGRI. LOCEI. ÆDIFICII. *datum. aſsignatum. eſt. quod. ejus. agri. locei. extra. eum. agrum. locum. quem. locum. agrum.* IN. TERRA. ITALIA. III. VIR. DEDIT. ASSIGNAVIT. RELIQUIT. INVE. FORMAS. TABULASVE. RETULIT. REFERRIVE. JUSSIT. AGER. LOCUS. ÆDIFICIUM. OMNIS. QUEI. SVPRA. SCRIPTUS. *eſt.*

O. ITA. UTEI. CETERORUM. LOCORVM. AGRORVM. ÆDIFICIORVM. PRIVATORVM. EST. ESTO. CENSORQUE. QUEI. QUOMQUE. ERIT. FACITO. UTEI. IS. AGER. LOCVS. ÆDIFICIUM. QUEI. *ſupra. ſcriptus. eſt. ejus. ſit. cujus. ex. lege. plebeive. ſcito. eſſe. oportet.*

Quei. ager. locus. ædificium. datus. aſsignatus. EST. NEIVE. QUIS. FACITO. QUO. QUOIUS. EVM. AGRUM. LOCUM. ÆDIFICIUM. POSSESSIONEM. EX. LEGE. PLEBEIVE. SCITO. ESSE. OPORTET. OPORTEBITVE. EUM. AGRVM. *locum. ædificium. alius. habeat. poſsideat. utatur. fruatur.*

neive. queis. de. ea. re. ad. ſenatum. referto. ſenator. judexve. NEIVE. SENTENTIA. DEICITO. NEIVE. FERTO. QUO. QUIS. EORVM. QUOIUM. EUM. AGRVM. LOCVM. ÆDIFICIUM. POSSESSIONEM. EX. LEGE. PLEBEIVE. SCITO. ESSE. OPORTET. *oportebitve. eo. agro. loco. ædificio. poſſeſsione. ſpolietur.*

Quem. agrum. locum. in. viaſieis. VICANEIS. QUEI. IN. TERRA. ITALIA. SVNT. DEDERVNT. ADSIGNAVERVNT. RELIQUERUNT. NEI. QUIS. FACITO. QUO. MINVS. OETANTVR. FRUANTVR. HABEANT. *poſsideant.*

eumque.

cumque. non.aliter.vendere.dare. reddereve. jus. eſto. ATQVE. EVM. AGRVM. QVEM. EX. H. L. VENIRE. DARI. REDDIVE. OPORTEBIT. QVEI. AGER. LOCVS. ÆDIFICIVM. EI. QVEM. IN. VIASIEIS. VICANEISVE. EX. S. C. ESSE. OPORTET. OPORTEBIT. *venditus. erit.*

Quo. minus. quod. in. hoc. capite. ſcriptum. eſt. ita. VTEI. EST. SIET. EX. H. L. N. R. QVEI. AGER. LOCVS. PVBLICVS. POPVLI. ROMANEI. IN. TERRA. ITALIA. P. MUCIO. L. CALPURNIO. COS. FUIT. EXTRA. EVM. AGRVM. QVEI. AGER. EX. LEGE. PLEBEIVE. *ſcito. à. vetere. poſſeſſore. poſſeſſus. ſit.*

cujus. rei. cauſa. IN. EVM. AGRVM. AGRI. JVGRA. NON. AMPLIVS. XXX. POSSIDEBIT. HABEBITVE. S. AGER. PRIVATVS. ESTO. QVEI. IN. AGRVM. COMPASCVOM. PECVDES. MAJORES. NON. PLVS. X. PASCET. QUAI. *ex. eis. minus. annum. gnatæ. erunt poſteaquam. gnatæ. erunt.*

nihil. populo. neive. publicano. neive. DATO. NEIVE. SOLVITO. AGER. PVBLICVS. POPVLI. ROMANEI. QVEI. IN. ITALIA. P. MUCIO. L. CALPURNIO. COSS. FUIT. QUOD. EJVS. AGRI. III. VIR. A. D. A. EX. LEGE. PLEBEIVE. SCITO. SORTITO. QUOI. CEIVI. ROMANO. *dedit. aſſignavit. ejus. ſit. cujus. ex. hac. lege. plebeive. ſcito. eſſe. oportet.*

Pr. Conſulve. quo. de. ea. re. ex. h. l in jus. aditum. erit. ious. dicito. DECERNITOQUE. UTEI. POSSESSIONEM. SECUNDO. EUM. HEREDEMVE. EJUS. DET. QUOI. SORTI. IS. AGER. DATUS. ADSIGNATUSVE. FUERIT. QUOD. EJUS. AGRI. NON. ABALIENATUM. ERIT. ITA. UTEI. S. S. EST. *eſto.*

Quei. à. poſſeſſoribus. QUEIVE. AB. EORVM. QUEI. EMIT. QUEI. EORVM. DE. EA. RE. ANTE. EIDUS. MARTIAS. PRIMAS. IN. IOUS. ADIERIT. AD. EUM. QUEM. EX. H. L. DE. EO. AGRO. JUS. DEICERE. OPORTEBIT. IS. DE. EA. RE ITA. JUS. DEICITO. *decernitoque. utei. jus. ſuum. conſequatur*

 qui-

quiquomque.ex.eo.agro.quei.ager. S. S. EX. POSSESSIONE. VI. EJECTUS. EST. QUOD. EJUS. QUEI. EJECTUS. EST. POSSEDERIT. QUOD. NEQUE. VI. NEQUE. CLAM. NEQUE. PRECARIO. POSSEDERIT. AB. EO. QUEI. EUM. EA. POSSESSIONE. VI. EJECERIT. *jus. ſuum. perſequi. liceto.*

quod. agri. locei. ædificii. ex. plebiſcito. EXVE. H. L. PRIVATVM. FACTVM. EST. ERITVE. PRO. EO. AGRO. LOCO. ÆDIFICIO. PROQUE. SCRIPTURA. PECORIS. QUOD. IN. EO. AGRO. PASCITUR. POSTQUAM. VECTIGALIA. CONSTITERINT. QVÆ. POST. H. L. *rog. primum. conſtiterint. nei. quis. facito. quo.*

quid. ob. eam. rem. populo. Romano. debeatur. QVOVE. QVID. OB. EAM. REM. POPVLO. AVT. PVBLICANO. DETVR. EXIGATVRVE. NEIVE. QVIS. QVID. POSTEA. QVAM. VECTIGALIA. CONSISTENT. QVÆ. POST. H. L. ROG. PRIMVM. CONSTITERENT. OB. EOS. AGROS. *locos. ædificia. nomine. populi. aut. publicani. exigat.*

E. A. D. XI. K. OCTOBRIS. QUOM. AGRUM. QUEI. TRANS. CURIONE. EST. LOCAVERINT. QVEI. IN. EO. AGRO. LOCO. CEIVIS. ROMANVS. SOCIVMVE. NOMINISVE. LATINI. QVIBVS. EX. FORMVLA. TOGATORVM. *ibei. eſſe. licet. ſunt. nei. quis. eo. agro. loco. moveat.*

Quod. OPPIDVM. COLONIAMVE. EX. LEGE. PLEBEIVE. SCITO. CONSTITVIT. DEDVXITQVE. CONLOCAVITVE. QVEM. AGRVM. LOCVMVE. PRO. EO. AGRO. LOCOVE. DE. EO. AGRO. LOCO. QVEI. PVBLICVS. POPVLI. ROMANEI. *fuit. dedit. adſignavit.*

QUOIVE. AB EO HEREDE. EJVS. IS. AGER. LOCVS. TESTAMENTO. HEREDITATI. DEDITIONIVE. OBVENIT. OBVENERITVE. EMIT. EMERITVE. QVEIVE. AB. EMPTORE. EJVS. EMIT. EMERITVE. S. AGER. PRIVATVS. ESTO. QVAM. *ſei. is. ager. P. Mucio. L. Calpurnio. cos. fuit. pr. conſulve. quo. ex. h. l. in. jous.*

adi-

aditum. erit. jus. dicito. facitoque. utei. poſſeſſionem. ſecundum. eum. HEREDUMVE. EJUS. DET. QUOI. III. VIR. EUM. AGRVM. LOCVM. PRO. EO. AGRO. LOCO. QUO. COLONIAM. DEDUXIT. DEDIT. REDDIDIT. ADSIGNAVITVE. FACITOQUE. IS. PR. CONSOL. VE. QUO. DE. EA. RE. IN. IOUS. ADITVM. ERIT. *utei. jus. ſuum. conſequantur.* NEIVE. IS. AGER. COMPASCUOS. ESTO. NEIVE. QUIS. IN. EO. AGRO. AGRVM. OUPATVM. HABETO. NEIVE. DEFENDITO. QUO. MINVS. QUEI. VELIT. COMPASCERE. LICEAT. SEI. QUIS. FAXIT. QUOTIENS. FAXIT. IN. AGRI. JUGRA. SINGULA...... H. *pendat.....*

NUMERUS. PECUDUM. IN. H. L. SCRIPTUS. EST. LICETO. NEIVE. QUIS. QUOI. OB. EAM. REM. VECTIGAL. NEIVE. SCRIPTURAM. *dare.* DEBETO. QUOT. QUISQUE. PECUDES. IN. CALLEIS. VIASVE. PUBLICAS. ITINERIS. CAUSA. INDUXERIT. *nei. quid. populo. neive. publicano. pecuniam. ſcripturam. vectigalve. det.*

Quem. agrum. ex. publico. in. privatum. COMMUTAVIT. QUO. PRO. AGRO. LOCO. EX. PRIVATO IN. PUBLICUM. TANTUM. MODUM. AGREI. LOCEI. COMMUTAVIT. *is. ager. locus.* OMNEIS. PRIVATUS. ITA. UTEI. QUEI. OPTIMA. LEGE. PRIVATUS. EST. ESTO. QUEI. AGER. EX. PRIVATO. *in publicum. commutatus. erit.*

quem. alii. à. CENS. REDEMPTUM. HABENT. CENSORES. QUEICUMQUE. POST. HAC. FACTEI. ERUNT. EI. FACIUNTO. UTEI. QUEI. VOLENT. TANTIDEM. PRO. PATRITO. REDEMTUM. HABEANT. P. P. SUBSIGNENT. II. VIRUM. QU......

quod. EX. H. L. ITA UTEI. S. S. EST. IN. AGREIS. QUEI. IN. ITALIA. SUNT. QUEI. P. MUUCIO. L. CALPURNIO. COS. PUBLICEI. POPVLI. ROMANEI. FUERUNT. CEIVI. ROMANO FACERE. LICEBIT. ITEM. LATINO. PEREGRINOQUE. M. LIVIO. L. CALPURNIO. COS. *conſultum. eſt. facere. liceto.*

QUISQUIS. QUOD. EUM. EX. H. L. FACERE. OPORTUERIT. NON. FECERIT. QUODVE. QUIS. EORUM. EX. H. L. OMISERIT. MAG. PROVE. MAG. QUO. DE. EA. RE. IN. IOUS. ADITUM. ERIT. QUOD. EX. H. L. PETETUR. ITEM. JUDICIUM. JUDICEM. *recuperatoreſve. dato.* I. U. E. E. R. P. F. U. S. U. E. *jus. dicito. decernitoque.*

SEIVE. QUEI. PRO. MOINICIPIEIS. COLONEIS. SOCIISVE. NOMINISVE. LATINI. POPLICE. DEVE. SENATI. SENTENTIA. AGER. FRUENDVS. DATVS. EST.

quoive. ab. eo. heredeve. ejus. is. ager. locus. teſtamento. hereditate. deditioneve. OBVENIT. OBVENERITVE. QUIBVS. ANTE. H. L. ROG. REDEMPTVM. CONDVCTVM. HABERE. FRUI. POSSIDERE. DEFENDERE. LICUIT. EXTRA. EUM. AGRVM. LOCVM. *ædificium. quem. agrum. locum....*

QUEI. AGER. LOCVS. PVBLICVS. POPVLI. ROMANEI. IN. TERRA. ITALIA. P. MUUCIO. L CALPVRNIO. COS. FUIT. QUOD. EJVS. AGRI. LOCI. EX. LEGE. *plebeive. ſc.*

de. eo. agro. loco. nei. ious. dicito. neive. decernito. NEIVE. JVDICIVM. NEIVE. JVDICEM. NEIVE. RECVPERATORES. DATO. NISEI. COS. PR. VE. QVOD. VADIMONIVM. EJVS. RE....

SEI. QVID. DE. EO. AGRO. LOCO. AMBIGETVR. COS. PR. CENS. QVEI. QVOMQVE. ERIT. DE. EA. RE. JVRIS. DICTIO. JVDICI. JVDICIS. RECVPERATORVM. DATIO. ESTO. I. V. E. E. R. P. F. S. V. E. *jus. dicito. decernitoque.*

ESSE. VIDEBITVR. QVO. MINVS. HVIC. L. INTERCEDAT. E. H. L. N. R. QVOI. PVBLICANO. E. H. L. PEQVNIA. DEBEBITVR. *ſolvi.* DARIVE. OPORTERE. DECRETVM. ERIT. COS. PR. PROVE. PR. QVO. IN. IOVS. ADIERINT. IN. DIEBVS. X. PROXSVMEIS. QVEIBVS. *hæc. res. delata. erit. decretum. judicatum. habeto.*

QUÆ. RES. SOLVTA. NON. ERIT. EA. DECRETA. NON. SIET. JVDICATAVE. NON. SIET. QVOD. EJVS. PRÆVARICATIONIS....

SEN-

SENTENTIA...... REI. JUDICANDÆ. MAXSUME. VERUM ESSE COMMPERRIT. FACITOQUE. *utei*......

HABERE. POSSIDERE. FRUI. VETET. QUASVE. IN. LEGES. PL. VE. SC. DE EA. RE. *relatum. erit.*

nei. magiſtratum. QUEM. MINUS. PETERE CAPERE. GERERE. HABEREQUE. LICETO. NEIVE. *quid.*

quod. ei. facere. ex. lege. PL. SC. EXQUE. FOEDERE. LICUIT. SED. FRAUDE. SUA. FACERE. E. LICETO. IN. QUE. EAS. LEGES PL. SC. DE. EA. RE. QUOD. EX.....

US. EST. DEDIT. ADSIGNAVITVE. QUEMVE. AGRVM. LOCUM. DE. EO. AGRO. LOCO. *quei. publicus. populei. Romanei*....

ADSIGNATVM. ESSE. FUISSEVE. JOUDICAVERIT. UTEI. IN. H. L. SC. EST. QUEI. L......

AGRVM. LOCVM. QUEM. EX. H. L. COLONEI. EIVE. QVEI. IN. COLONEI. NVMERO *ſunt*.....

PRÆVIDES. PRÆDIAQVE. SOLVTI. SVNTO. EAQVE. NOMINA. MANCVPIS.....

EMIT. IS. PRO EO AGRO. LOCO. PEQUNIA. NEIVE. PRÆVIDES. NEIVE. PRÆDIA....

MANCEPS. PRÆSVE. FACTVS. EST. QUODQUE. PRÆDIUM. OB.................

AGER. LOCVS. PRIVATVS. VECTIGALISQUE.....

VECTIGALIA. IMPERARE. SOLENT. EIS. P.......

QVEM. AGRVM. LOCVM. IN.

quei. AGER. LOCVS. PVBLICVS. *populi. Romanei. erit.*

LEGIS THORIÆ
FRAGMENTUM. ALTERUM.

quod. c. Semproni. Ti. f. tr. pl. rog. EXCEPTVM. CAVITVMVE. *eſt. nei. divideretur.*

JVDICIO. EVM. QVOIVM.

NEIVE. QVIS. DE. EA. RE. AD. SENATVM. *referto*.....

habeat.

habeat. POSSIDEATQVE. QVOVE. POSSESSIO. INVITO. MOR. . . . .

AGRVM. NON. ABALIENAVERIT. EXTRA. EVM.

. . . *is*. AGER. LOCVS. ÆDIFICIUM. PRIVATUS. SIET. QUOVE. MA. . . . . . EXTRAQVE. EVM. AGRVM. QVEM. VETVS. POSSESSOR. EX. LEGE. PLEBEIVE. *ſcito. habuit. poſſedit. uſus. fructuſque eſt*.

PASCET. QVÆQVE. EX. IIS. MINVS. ANNVM. GNATÆ. ERVNT. POST. EA. QVAM.

neque ipſe. ABALIENAVIT. ABALIENAVERITVE. NEQVE. HERES. EJUS. ABALIENAVIT. ABALIENAVERIT*ve*. ERET. POSSESSIONEM. DEDIT. ADSIGNAVIT. REDDIDIT. QUODQUE. EJUS. AGRI. III. *vir. coloniæ. deducendæ. dedit. aſsignavit*.

QUOI. IS. AGER. VETERE. PROVE. VETERE. POSSESSORE. DATUS. ASSIGNATUSVE. QUEIVE.

ante. eidus. MARTIAS. QUÆ. POST. H. L. ROG. PRIMÆ. ERUNT. FACITO. UTEI. IS. QVEI. ITA. VI. EJECTUS. ERIT. *reſtituatur*.

neive. populo. neive. PUBLICANO. PEQUNIA. SCRIPTVRAM. VECTIGALVE. DET. DAREVE. DEBEAT. NEIVE. QVIS. . . .

qui. PASCETVR. POPVLO. AVT. PVBLICANO. DARE. DEBEAT. AGER. LOCVS. PVBLICVS. POPVLI. *Romanei*.

agrum. LOCVM. PVBLICVM. POPVLI. ROMANEI. DE. SVA. POSSESSIONE. VETVS. POSSESSOR. PROVE. VETERE. POSSESSORE.

extra. eum. AGRVM. LOCVM. QVEI. AGER. LOCVS. EX. LEGE. PLEBEIVE. SC. QUOD. C. SEMPRONI. TI. F. TR. PL. ROG. EXCEPTUM. *cavitumque. eſt. nei. divideretur*.

QVO. COLONIAM. DEDVXSIT. ITA. VTEI. S. S. EST. AGRVM. LOCVM. ÆDIFICIVM. DEDIT. REDDIDIT. ADSIGNAVIT.

QUEI. AGER. LOCUS. QUEI. SVPRA. SCRIPTVS. EST. QVOD. EJUS. AGREI. LOCEI. POST. H. L. ROG. PUBLICUM. POPULEI. ROMANEI. ERIT. EXTRA. EVM. AG. . . . .

nihil.

nihil. DARE. DEBETO. EI. QUEIQUOMQUE. ID. PUBLICUM. FRUENDUM. REDEMPTUM. CONDUCTUMVE. HABEBIT.... BOVES. EQUI. QUIBUS. VIEIS. LOCIS. PUBLICEIS. PASTUM. IMPULSUM. ITINERIS. CAUSA. ERIT. NEIQUID. POPULO. NEIVE. PUBLICANO. PEQUNIA. *ſcripturam. vectigalve. det. dareve. debeat.*

quei. ager. ex. PUBLICO. IN. PRIVATUM. COMMUTATUS. EST. DE. EO. AGRO. SIREMPS. LEX. ESTO. QUANSEI. IS. AGER. P. MUUCIO. L. CALPURNIO. *cos.*

PER. TERRAM. ITALIAM. P. MUUCIO. L. CALPURNIO. COS. FUERINT. EAS. FACIUNTO. PATEANT. VACUÆQUE. SIENT.

ex lege. PLEBEIVE. SC. EXVE. FOEDERE. LICUIT. SED. FRAUDE. SUA. FACERE. LICETO. QUOD. EX. H. L. ITA UTEI. S. S. EST. IN. AGREIS. QUEI.

ET. IN. EUM. JUDICIUM. JUDICEM. RECUPERATORESVĒ EX. H. L. DARE. OPORTERET. SEI. QUIS. DE. EA. RE. JUDICIUM.....

neive. PRO. COLONIA. MOINICIPIOVE. PRO VE. MOINICIPIEIS. FRUENTUR. QUEI. IN. TRIENTABULEIS..... DARE. OPORTEBIT. ID. UTEI. QUICQUID. QVOI. EIQUE. ANTE. H. L. R. LICUIT. ITA. EI. HABERE. *liceat.*

...*ſei.* QUID. DE. EO. AGRO. LOCO. AMBIGETUR. COS. PR. QUEIQUOMQUE. ERIT. DE. EA. RE. JURISDICTIO. *judici. judicis. recuperatorum. datio. eſto.*

I. CAUSA. DECERNANT. EJUS. H. L. N. R. QUOD. JUDICIUM. JUDEX. RECUPERATORVE *reddiderit. id. jus. ratumque. eſto.*

Pr. conſulve. nei. de. EO AGRO. LOCO. IOUS. DEICITO. NEIVE. DECERNITO. NEIVE. JUDICIUM. *neive. judicem. neive. recuperatores. dato.....*

EM. FACITO. QUO. QUIS. PRO. AGRO. MINUS. ALITERVE. SCRIPTURAM. VECTIGALVE. *det*.

CIVIBUS. L. QUEI. CLASSIS. PRIMÆ. SIENT. XI. DATO. INDE. ALTERNOS. DUCITO......

decretum. JUDICIUMVE. FACTUM. NON. SIET. SEI. MAJOR. PARS. EORUM. RECUPERATORUM *non. conſenſerit*.

RIT. SEDULO. MN. UTEI. IS. QUEI. JUDICATUS. ERIT. DARE. OPORTEAT.

aliter. habebit. POSSIDEBIT. FRUETUR. QUAM. EX. H. L. LICEBIT. EUM. AGRUM. QUEM.

SI. QUÆ. LEX. PLEBEIVE. SC. EST. QUÆ. MAS. QUEM. EX. H. L. DECERNERE. OPORTEBIT. SED. FRAUDE. SUA. NEI. JOURATO. NEIVE.

ex. PL. SC. QUOD. M. BÆBIUS. TR. PL. III. VIR. COLONIÆ. DEDUCENDÆ. *fecit*.

EXTRA. EUM. AGRUM. LOCUM. QUEI. AGER. LOCUS. IN. EA. CENTURIA.....

...... *oportet*. OPORTEBITVE. QUOD. EJUS. AGRI. LOCEI. QUOIEIQUE. EMPTVM. EST.....

quæſtor. QUEI. ÆRARIUM. PROVINCIAM. OBTINEBIT. IN. TABLEIS.

publiceis. referat.

ob. eam. REM. QVOD. PRÆS. FACTVS. EST. POPVLO. OBLIGATVS. EST.....

QVEI. AGER. LOCVS. IN. AFRICA. EST. QVEI. ROMÆ. PUBLICE. *veniit. venieritve*.

datus. ADSIGNATVS. ERIT. QVOD. EJVS. AGRI. LOCEI. EXTRA. TERRAM. ITALIAM. EST......

VE. AGRVM. LOCVM. QVEIQVOMQVE. HABEBIT. POSSIDEBIT....

quei. AGER. LOCVS. IN. AFRICA. EST. QVOD. EJVS. AGRI. *locei*...... *diebus. proxſumis. quibus* FACTVS. CREATVSVE. ERIT. *facito*. .... PROFITEBITVR. COGNITO. IQVE. IPSE.

Lex

Lex Mamilia, Roſcia, Peducia, Alliena, Fabia.

. . . .

. . . .

K. L. III.

QUÆ colonia hac lege deducta, quodve municipium, præfectura, forum, conciliabulum conſtitutum erit, qui ager intra fines eorum erit, qui termini in eo agro ſtatuti erunt, quo in loco terminus non *a* extabit, in eo loco is cujus is ager erit terminum reſtituendum curato, utque recte factum eſſe velit, idque magiſtratus qui in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo jure dicundo præerit, facito *b* ut fiat.

a al. ſtabit.

b al. uti.

K. L. IIII.

Qui limites Decumani qui hac lege deducti erunt, quæcunque foſſæ *c* limites in eo agro erunt, qui ager hac lege datus aſſignatus erit, ne quis eos limites Decumanos obſepito, neve quid in eis *d* immolitum, neve quid ibi poſitum habeto, neve eos arato, neve eas foſſas obturato, neve quis ſepito, quo minus *e* ſuo itinere aqua ire fluere poſſit. Si quis adverſus ea quid fecerit, in res ſingulas quotieſcunque fecerit H. S. IIII. colonis municipibusve iis, in quorum agro id factum erit, dare damnas eſto. pecuniæque qui volet petitio hac lege eſto.

c F. limitis.

d al. inoliſtum.

e al. ſui itineris.

K. L. V.

Qui hac lege coloniam deduxerit, municipium, præfecturam, forum, conciliabulum conſtituerit, in eo agro,

qui ager intra fines ejus coloniæ, municipii, fori, conciliabuli, præfecturæ erit, limites Decumanique ut fiant *a* terminique ſtatuantur curato. Quique fines ita ſtatuerit ſi fines eorum ſunt, dum ne extra agrum colonicum territoriumve fines ducat. Quique termini hac lege ſtatuti erunt, ne quis eorum quem ejicito, neve *b* commoveto ſciens dolo malo. Si quis adverſus ea fecerit, is in terminos ſingulos quos ejecerit, locove moverit *c* ſciens dolo malo HS. XXV. in publicum eorum, quorum intra fines is ager erit, dare damnas eſto, deque ea re Curatoris, qui hac lege erit, juriſdictio reciperatorumque datio addictio eſto. Cum Curator hac lege non erit, tunc quicunque magiſtratus in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo jure dicundo præerit, ejus magiſtratus ea de re juriſdictio judicisque datio addictio eſto, inque eam rem is, qui hac lege judicium dederit, teſtibus publice duntaxat x. denuntiandi poteſtatem facito, ita ut è Republica fideque ſua videbitur. Et ſi is unde ea pecunia petita erit condemnatus erit, eam pecuniam ab eo deve bonis ejus primo quoque *d* die exigito, ejusque pecuniæ quod receptum erit partem dimidiam ei cujus unius opera maxime is condemnatus erit, partem dimidiam in publicum redigito. Quo ex loco terminus aberit, ſi quis in eum locum terminum reſtituere *e* volet, ſine ſua fraude liceto facere, neve quid cui is ob eam rem hac lege damnas eſto.

a al. terminatique.
b al. loco moveto.
c al. inſciens.
d al. tempore.
e al. ſumet.

IMP. CONSTANTINUS AUG.

ad Tertulianum V. P. Comitem diœceſeos Aſianæ.

Si quis ſuper invaſis ſui juris locis prior detulerit querimoniam, quæ finali cohæret cum proprietate controverſiæ, prius ſuper poſſeſſione quæſtio finiatur, & tunc agrimenſor

menſor ire præcipiatur ad loca, ut patefacta veritate hujuſmodi litigium terminetur. Quod ſi altera pars *a* locorum adepta dominium ſubterfugiendo mores attulerit, ne poſſit controverſia definiri, Locorum Ordines & delectus agrimenſor dirigatur ad loca. Ut ſi fidelis inſpectio tenentis locum eſſe probaverit, petitor victus abſcedat. Et ſi controverſia ejus claruerit qui primo detulerit cauſam, ut invaſor ille pœna teneatur edicti, ſi tamen vi ea loca eundem invaſiſſe conſtiterit. Nam ſi per errorem aut incuriam domini loca dicta ab aliis poſſeſſa ſunt, ipſis *b* ſolis cedere debet. Dat. VIII. K. Mart. Gallicano & Symmacho conſulibus.

a F. locum adepta dominum ſubt.

b F. ſolum is c.

IDEM AUG. AD BASSUM. P. V.

Si conſtiterit eum qui finalem detulerit quæſtionem, priuſquam aliquid ſententia determinetur, rem ſibi alienam uſurpare voluiſſe, non ſolum id quod male petebat amittat, ſed quo magis unuſquiſque contentus ſuo, rem non expetat juris alieni, is qui *c* inreptor agrorum fuerit in lite ſuperatus, tantum agri modum, quantum *d* diripere tentavit, amittat. Lecta apud Senatum XII. K. Jul. Gallicano & Symmacho coſſ.

c al. direptor.

d al. adimere.

IDEM AUG. AD UNIVERSOS PROVINCIALES.

post alia.

Si finalis controverſia fuerit, tunc demum arbiter non negetur, cum intra quinque pedes locum, de quo agitur apud præſidem, eſſe conſtiterit; cum de majore *e* ſpatio cauſa quædam non finalis, ſed proprietatis, apud ipſum præſidem debeat terminari. Et ſi ſocius quid petat à ſocio, ante

e F. ſpatio quodam cauſa non f.

ante Præſes judicet an præſtari aliquid oporteat, & tunc demum illud per arbitros reſtituatur, quod *a* conſtiterit eſſe ſolvendum. Dat. K. Auguſt. Baſſo & Abladeo coſſ.

a F. conſtituerit.

IMPPP. VALENTINIANUS, THEODOSIUS ET ARCADIUS AAA. NEOTERIO P.P. O. C. V.

Quinque pedum præſcriptione ſubmota finalis jurgii vel*uti* locorum libera peragatur intentio. Sola ſit igitur hujuſmodi legibus una præſcriptio, quæ improbi petitoris refrenare poſſit invidiam, ſi veteribus finem cum ſignis limes incluſus congruum erudita arte præſtiterit. Nec vero prolixioris temporis in hujuſmodi *quæſtione* locum habebit ulla præſcriptio, cum diuturno otio alienum rus quiſquam aſſerat ſe diligentius coluiſſe: quando omne hujuſmodi jurgium ſolo præcipimus jure diſcingi, quo artis hujus peritis omne commiſimus ſub fideli *b* arbitratione judicium. Dat. VII. K. Aug. Auguſto & Bautone coſſ.

b al. arbitrio notionem.

IMPPP. THEODOSIUS, ARCADIUS, HONORIUS AAA. RUFO P. P. C.

Cunctis molitionibus & machinis amputatis finalibus jurgiis ordinem modumque præſcripſimus, ac de eo tantum ſpatio, hoc eſt pedum quinque, qui veteri jure præſcripti ſunt, ſine obſervatione temporis arbitros juſſimus judicare. Quod ſi loca in controverſiam veniant, ſolemniter judices recognoſcent. Et ſeu civilis ſeu criminalis actio competet, tribuetur ita, ut cauſa cognita & redhibitioni obnoxius decernatur, nec pœnam convictus effugiat. Dat. prid. non. Novemb. Conſtantinopoli, Arcadio A. II. & Rufino coſſ.

IMPP.

IMPP. THEODOSIUS ET VALENTINIANUS AA. NUMO MAGISTRO OFFICIORUM.

poſt alia.

Præcipimus itaque *a* Agrimenſoribus, ut pro laborum vicisſitudine Geometricæ artis *à* fundo cui, finem reſtituens, in trifinii rationem *b* ſteterit, & convenientiam trium centuriarum ibidem eſſe ſignaverit, tres aureos accipiat, abſque ſua pulveratica. Quod ſi limitem direxerit, volumus ut per ſingulas poſſeſſionis uncias ſingulos aureos accipiat. *tantundem* pro intentione quæ inter partes ſopietur. &c.

a F. Agrimenſori jus.

b F. ſtatuerit.

IIDEM AA. FLORENTINO PP. O.

Ope atque auxilio noſtræ clementiæ de magiſteriis agrorum Geometriæ vel de finium regundorum, vel maxime de diſcipulis eorum cura magna ſancimus, ut ſpectabiles ſcribantur, & uſque dum profeſſi fuerint, clariſſimi ſcribantur. Et poſt alia. Quoniam qui non fuerit profeſſus ſuper hac lege ſancimus damnari, ſi ſine profeſſione judicaverit capitali ſententia feriatur. Nam & uſu armorum diſcere compelluntur agrimenſores. Dat. v. K. L. Mart. Conſtantinopoli, Theodoſio A. conſ.

IMPP. THEODOSIUS ET VALENTINIANUS AA. CYRO P. P. ORIENTALIUM.

Suggeſtionibus tui culminis ſemper magnum aliquid reipublicæ conferendi materia miniſtratur, ſemper nobis aliquid

quid porrigitur emendandum. Quanta itaque Magnitudinis tuæ Provincialium cura eſt, per eas quoque indubie declaratur. Alluvionum quæ contingere ſolent in prædiis, quæ ripis quorundam fluminum terminantur, ea natura eſt, ut ſemper incerta poſſeſſio, incertum ſit ejus dominium, quod poſſeſſori per alluvionem adcreſcit. Nam quod hodie poſſidemus, nonnunquam altero die vicini fundi dominio in alteram fluminis ripam tranſlatum adquiritur. Nec tamen apud eum cui adcreſcit remanet, ſed plerumque redit ad priorem dominum cum augmento. Sæpe nec ad poſteriorem manet, nec redit ad priorem, ſed in harenam fluminis inundatione ſolvitur. Ideoque ſuggeſtione culminis tui admittitur, ut judicio agrimenſoris finiatur. Non Ægyptiis ſolis nec de Nili tantum alluvionibus loquimur, ſed quod ſalubre eſt orbi terrarum atque omnibus provinciis promulgamus, & ea quæ per alluvionem poſſeſſoribus adquiruntur, neque ab ærario vendi, neque à quolibet peti, nec ſeparatim cenſeri, vel functiones exigi, hac perpetuò lege valitura ſancimus, ne vel alluvionum ignorare vitia, vel rem noxiam poſſeſſoribus indicere videamur. Similiter nec ea quidem quæ paludibus antea vel paſcuis videbantur adſcripta, ſi ſumptibus ac laboribus poſſeſſorum nunc ad frugum fertilitatem tranſlata ſunt, vel vendi, vel peti, vel quaſi fertilia ſeparatim cenſeri, vel functiones exigi concedimus, ne hi doleant diligentes operam ſuam agri dediſſe culturæ, nec diligentiam ſuam ſibi damnoſam intelligant. Hujus legis temeratorem quinquaginta librarum auri condemnatione coerceri decernimus. Inter quos habendum eſt officium quoque tuæ ſedis excelſæ, ſi aliquid hujuſmodi ſuggeſſerit diſponendum, vel ſi preces inſtruxerit *a* petitor. Inluſtris itaque ac magnifica auctoritas tua ſuggeſtione tui culminis ac diſpoſitione tua non admiſſa tantum,

a F. petitoris.

tantum, ſed etiam collaudata, hanc legem edictis propoſitis ad omnium notitiam perferri præcipiat. *Præcipiat* hæc agrimenſorum ſemper eſſe judicia. Dat. xi. Kal. Oct. Conſtantinopoli, Valent. A. v. & Anatholio v. c. coſſ.

MODESTINUS LIBRO X. PANDECTARUM.

De modo agrorum arbitri dantur, & is qui majorem locum in territorio habere dicitur, cæteris qui minorem locum poſſident, integrum locum aſſignare compellitur. Idque ita reſcriptum eſt.

ULPIANUS LIBRO VI. OPINIONUM.

Ad officium de finibus cognoſcentis pertinet menſorem mittere, & per eos dirimere ipſam finium quæſtionem, ut æquum eſt. ſi ita res exigit, oculiſque ſuis ſubjectis locis.

FLORENTINUS SEXTO INSTITUTIONUM.

In agris limitatis jus alluvionis locum non habere conſtat, idque & Divus Pius conſtituit. Et Trebatius ait, agrum, qui hoſtibus devictis ea conditione conceſſus ſit, ut in civitatem veniret, habere alluvionem, neque eſſe limitatum. Agrum autem manucaptum limitatum fuiſſe, ut ſciretur quid cuique datum eſſet, quid veniſſet, quid in publico relictum eſſet.

CALLISTRATUS LIBRO III. DE COGNITIONIBUS.

Hi quoque qui finalium quæſtionum obſcurandarum

cauſa faciem locorum convertunt, ut ex-arbore arbuſtum, aut ex-ſylva novale, aut aliquid ejuſmodi faciunt pœna plectendi ſunt pro perſona & conditione, & factorum violentia.

EX LIBRO V. SENTENTIARUM PAULI.

Qui terminos effodiunt vel exarant, arboreſve terminales ſubvertunt, ſiquidem ſervi ſua ſponte faciunt, in metallum damnabuntur: humiliores in opus publicum, honeſtiores in inſulam, amiſſa tertia parte bonorum relegabuntur.

PAULUS LIBRO XXIII. AD EDICTUM.

Poſt alia.

Sed & ſi menſor ab altero ſolo conductus ſit, condemnatio erit facienda ejus qui non conduxit, in partem mercedis.

Item poſt alia.

Si dicantur termini dejecti vel exarati, judex qui de crimine cognoſcit, etiam de finibus cognoſcere poteſt.

DE SEPULCRIS.

IMP. TIBERIUS CÆSAR.

De ea lege agrorum cuſtodienda & limitum fidem ſtare oportet, qua non * antium Decumanis ante hac adſignatum eſt, cum ager diviſus militi traderetur, *a* ut extremis à compaginantibus agris limitibusve ſuis monumenta ſepulchrave

a F. & extremis compaginationibus agri lim.

pulchrave ſacrarentur. Nam quidam rationem agrorum per eas recturas putant obſervari, *a* quo viæ & itinera ante colonias nominata, in quibus monumenta conſtituta inveniuntur vel conſtituuntur, putent eſſe finalia. *Quod perpetuum non eſt.* Nam monumentum plurimis eſt conſtitutum rationibus. Eſt unum quod ad itinera publica propter teſtimonium perennitatis eſt conſtitutum [vel quod conſtituitur] quod rationem finium non recipit, niſi forte inter convenientes ager diviſus pactione fuerit. Eſt & aliud quod proxime ædibus ſuis unusquisque miles vel conſors condidit in portionibus ſuis, vel ad progeniem futuram hæredibusve teſtis loco *quod* vice inſtrumentorum tabellarumve poſſeſſionis cauſa*m* monſtraverit, quod æque nullam limitum recipit rationem. Eſt & aliud [quod] longe ab ædibus ad itinera publica conſtitutum, id eſt juxta legem Semproniam & Juliam, quod Cardinibus & Decumanis conſtitutum eſſe monſtratur. Quod rationem limitum recipere videtur, id eſt, concurrentium linearum atque ſecantium ſe invicem, & ordinem in utroque cuſtodit, limitum rationem diſcernens. Nam & alia intra agros ſunt ſita, quæ partes militum ſervant, & juxta perennem rationem unam lineam mittunt. Hæc autem jugerationis modum ſervandi cauſa ſunt ſita, quibus etiam termini lapidei appoſiti certam diſtinctionem dant. quos oportet non ad fidem, nec rationem eorum limitum, qui majorem modum agri recipiunt, pertinere. Eorum ergo agrorum ſequenda conſtitutio, quæ extremis finibus concurrentes plures curſus agrorum ſpectant, atque multo longiores diſcretiones linearum perennes admittunt. Sunt etiam monumenta in itineribus conſtituta, quæ fidem publicam tenent, ſi tamen ejuſdem viæ curſus finitimus reperitur, finalia eſſe arbitramur. Omne enim monumentum dominorum nomina

[a] F. quoniam vias & itinera coloniarum ante nominata.

teſtatur, quæ ad jura poſſeſſionum pertinere noſcuntur. Et ideo hanc legem dedimus rationemve declaravimus, ut ære contineatur. Dat. Romæ, K. April. Tiberio Cæſare Coſſ.

LEGIS LICINIÆ QUÆDAM CAPITA,

quæ colligi potuerunt.

AGri modum majorem quinquagenum jugerum quocunque tandem jure vel titulo habere, tenere, poſſidere poſt hanc legem latam nemini liceto.

Sed nec plus centum capitibus majoris, plusve quingentis capitibus minoris pecoris ſive in ſuo, ſive in alieno ne quis paſcito.

Ingenuorum, qui frugum cuſtodiæ operique ruſtico præſint, capita plura quam... in fundis, agris, villis ne quisquam habeto.

Quotieſcunque populus Romanus agrum per Curatores dividi jubebit, jugera non minùs ſeptem aſſignantor.

Jugera quæcunque & ubicunque dividentur, aſſignabuntur, forenſia & juſta ſunto.

Sed qui legem agris dividendis, limitandis, tulerit ipſe ſe curatorem ne ferat.

Legem hanc ubi perlata erit Patres, Equites, Plebes, totuſque adeo populus Romanus ſancte ſe ſervaturum jurato.

Qui adverſus ea quæ ſupraſcripta ſunt quid fecerit, quotieſcun-

tieſcunque fecerit in res ſingulas æris decem millia dare damnas eſto, pecuniæque qui volet petitio hac lege eſto.

Quicquid agri quod ſupra modum præſcriptum quis habuerit, tenuerit, poſſederit, ei præterea adimitor, & æquo pretio in pauperes qui agrum non habent diſtribuitor.

LEGIS SEMPRONIÆ QUÆDAM.

QUemadmodum lege Licinia, ita quoque hac lege noſtra numerum majorem quingenum jugerum nulla de cauſa habere, tenere, poſſidere ſive ſuo ſive alieno nomine nemini liceto.

Filii tamen familias ejus modi dimidium ſi poſſideant, fraudi parentibus ne eſto.

Quicquid ſupra modum præſcriptum quis ceſſum, mancipatum, uſucaptum, poſſeſſum habuerit, reſtituto pretio ei aufertor, pauperibuſque, qui agrum non habent, dividitor.

Eamque in rem in annos ſingulos triumviri agro diſquirendo dividendoque xxxv. tribuum ſuffragio creantor.

Quin etiam iidem illi agrum qua publicus qua privatus indicanto.

Triumviri colonos non modo intra Italiam, verum etiam, ſi res poſtularit, extra Italiam colonias deducendi jus poteſtatemque habento.

Auſpicii coloniarum deducendarum cauſa Treſviri pullarios habento.

 Civi-

Civibus Romanis ex agro publico plus decem jugeribus ne aſſignanto: quique agrum aſſignatum acceperit in jugera ſingula quotannis... ærario inferre adſtringitor.

Agri quicquid diviſum aſſignatum quis acceperit, id ei hæredive ejus tranſcribere, alienare, vendere alteri ne liceto.

Centuriæ quæ ex hac lege dividentur, aſſignabuntur, quadratæ ſint in jugera ducenta.

Limites ſecundum morem antiquum ducto utrimque ſulco vel foſſa, ſcamno uno aguntor.

Sepulcra extremis finibus circa Decumanos & Cardines, qui vicem itineris publici teneant, collocantor.

Per Actuarios omnes ſicut per viam publicum iter populo præſtator.

LEGIS JULIÆ
QUÆ EST
DE AGRORUM DIVISIONE
QUÆDAM.

AGer qui publicus eſt populi Romani, excepto Campano, civibus qui agrum non habent, nomenque ſuum profitebuntur, per XX. viros dividitor.

Quod ſi hic profeſſis non ſuffecerit, tum quantum agri ſatis erit avolentibus Vigintiviri coëmunto.

Invitum, quamvis plus, quam per legem Liciniam & Semproniam liceat, poſſederit, poſſeſſione tamen Vigintiviri ne pellunto.

Fun-

Fundorum, qui ementur, pretium arbitrio xx. virum ne permittitor, ſed quanti cum poſtremùm cenſerentur æſtimati ſunt, tantum poſſeſſoribus perſolvitor.

Pretium illud de ærario numerandi xx. viri poteſtatem ne habento, ſed de captiva pecunia, quam Pompejus invexit, ſumunto.

Præter hanc à tributorum vectigaliumque reliquatoribus tantam, quanta in id ſatis erit, xx. viri exigunto.

Qui ex hac lege noſtra agrum accipiet, ipſe hæresve ejus intra annum vigeſimum quàm aſſignatus erit, eum vendundi poteſtatem ne habeto.

Agro metiundo dividendo poteſtate Prætoria xx. viri, qui aliquoties magiſtratum geſſerint, creantor.

Qui in reatu ſit, aliquove nomine convenitur, inter xx. viros ne eligitor.

Sed nec ille, qui hanc legem rogat, inter eosdem illos recipitor.

Quicunque ager hac lege cancellabitur, in centurias quadratas ducentenum jugerum per Decumanos & Cardines dividitor.

Omnibus autem limitibus tam Cardinibus quam Decumanis termini, qui recturas linearum indicent, locantor, præter eos qui numerum centuriarum monſtrant.

Inter quos & medii Epipedonici conſtituuntor.

Quicunque terminos ſtatutos extra ſuum gradum finesve moverit dolo malo, in terminos ſingulos, quotieſcunque fecerit, aureos quinquaginta in publico ejus coloniæ, in cujus agro id factum erit, dare damnas eſto.

Per

Per actuatios limites, ſicut per viam publicam, ire, agere unicuique jus eſto.

Monumenta ſepulchrave, quæ poſt hæc in agris hac lege diviſis aſſignatis conſtituentur, juxta Decumanos & Cardines, qui centurias terminabunt, vicemque viæ publicæ obtinent, collocantor.

Legem hanc ſancte ſe ſervaturum Senatus Populusque Romanus jurato.

Quod ſi antè diem... jusjurandum quis non præſtiterit, aureos.... ærario inferre damnas eſto, pecuniæque qui volet petitio hac lege eſto.

AGRARIÆ CÆSARIS AUGUSTI QUÆDAM.

Militi veteranoque, quorum opera pax orbi terrarum reddita, tum in Italia tum in provinciis ager publicus populi R. dividitor.

Quod ſi is non ſuffecerit privati quantum ſatis erit curatores coëmunto, pretiumque ſecundum reditus perſolvunto.

Ager niſi qua falx & arater ierit ne dividitor, aſſignator.

Agri diviſi aſſignati portiones nemo coëmito, neve plus quam aſſignatum, niſi edicti gratia ab Conditore impetrata, quiſquam poſſideto.

Fundi excepti hac lege noſtra ne obſtringuntor, neque ullam coloniæ munificentiam debento.

Fundi

Fundi conceſſi nulla præ reliquis prærogativa gaudento.

Decumano Maximo pedes XL, Cardini maximo pedes XX, Actuariis aliis pedes XII, ſubruncivis pedes VIII, attribuuntor.

In mediis tetrantibus è ſaxo ſilice, aut molari, aut ne deteriore lapides politi, rotundi, craſſi pedem defiguntor: iique in terram ne minus pedibus II. s. ſupra terram ſesquipedem habento.

Sed & in Decumanorum Cardinumque lineis foſſati ponuntor.

Omnibus centuriarum angulis numero limitum inſcripti lapides defiguntor.

Inter acceptas roborei termini actibus ſingulis inſeruntor.

CAPITA AGRARIARUM, QUARUM NOMEN IGNORATUR.

Rigor ſi fuerit triginta pedum latitudine, ab utroque poſſeſſore, intra quos finem faciet, ne tangitor. Si plus triginta pedibus patuerit, ſuperior poſſeſſor in planum uſque deſcendito, ſibique ſi velit, omnem locum devexum defendito.

Riparum rigorumque curſus, qui recturas ſeparationesve agrorum ab initio ſuo ad occaſum uſque cuſtodiunt, ſervantor. Ripæ rigoreſque qui intra corpus agri naſcuntur, & in ſuo latere decidunt contemnito.

Limites qui ſpectent in Orientem Vorſi, qui dirigant in Meridiem Transvorſi ſunto.

Quos agros, quæ loca, quæve ædificia intra fines illos, intra flumen illud, & intra viam illam dedero, aſſignavero, in eis agris, locis, ædificiis juriſdictio coërcitioque coloniæ eſto.

Quicquid agri delubris ſepulchriſque publicis, quicquid ſoli itineri, viæ, actui, ambitui, ductuique aquarum, publicis utilitatibus ante hanc legem latam ſervierit, eodem jure eademque conditione qua olim fuit maneto.

Si cui agro, qui hac lege aſſignatus erit, aqua fluminis noceat, ei cui aſſignatus eſt aggeres vel foſſas, queîs eam avertat, habere liceto.

LEGIS AGRARIÆ,
QUAM
P. SERVILIUS RULLUS
TR. PLEB.
PROPOSUIT
M. TULL. CICERONE
C. ANTONIO COSS.

CAPITA XXI.

1. TRibunus plebis qui hanc legem tulerit per tribus XVII. Decemviros creato, quemque novem tribus fecerint Decemvir eſto.

2. Item

2. Item eodemque modo hi Decemviri creantor, quo *Pontifex* comitiis Pontificis maximi.

3. Decemvir, niſi qui præſens ante edicta comitia ſe profiteatur, ne creator.

4. Decemviri quos IX. tribus renuntiaverint Lege Curiata ornantor, quique Prætor primum factus ſit eam legem ferto.

5. Qui primum Prætor factus ſi legem Curiatam ferre non poſſit, tum is qui poſtremus eſt eam ferto.

6. Veruntamen ſive qui primùm, ſive qui poſtremùm Prætor factus legem Curiatam ferat, intercedendi poteſtatem nemo habeto. Quod ſi nihilominus, interceſſum erit, ut perferri nequierit, eandem vim & poteſtatem tamen, ac ſi perlata eſſet, lex habeto: Decemvirique eodem, quo qui optimo jure ſunto.

7. Auſpicii coloniarum deducendarum cauſa, eodem jure quo lege Sempronia, Decemviri pullarios habento: item apparitores, ſcribas, librarios, præcones, architectos, atque ex equeſtri loco finitores ducentos in annos ſingulos: præterea mulos, tabernacula, canterios, ſupellectilem.

8. Poteſtatem prætoriam ſummoque cum imperio in quinquennium ſine conſilio, ſine provocatione, ſine interceſſione Decemviri habento: ſingulique quod egerint ſive judicando, ſive quæſtori permittendo, ſive finitorem mittendo, firmum ratumque eſto.

9. Sed & delectum habento, exercitumque quali quantoque ſit opus ſcribunto.

10. Qui agri, quæ loca, quæ ædificia, aliudve quid, quod publi-

publicum populi Romani factum eſt fuitve in Italia atque extra Italiam, L. Sylla, Q. Pompejo coſſ. aut poſtea, id x. viri vendunto.

11. Præterea omnia, de quibus vendundis SCta facta ſunt, M. Tullio, Cn. Cornelio coſſ. Decemviri vendunto.

12. Sed & vectigalia Populi Romani *reliqua* iidem Decemviri vendunto.

In Italia.

. . . .

Silva Scantia.

. . . .

In Sicilia.

. . . .

In Aſia.

Ager Attalenſium.
Ager Olympenorum.
Ager Phaſelitum.
Ager Agerenſis.
Ager Orindicus.
Ager Gaduſanus.
Ager Bithyniæ regius.
Agri quos rex Mithridates poſſedit in Paphlagonia, Ponto, & Cappadocia.

In Macedonia.

Agri regii qui Philippi aut Perſæ fuerunt.

In Cherroneſo.

Agri Attalici.

In

In Græcia.

Ager Corinthius.

In Hiſpania.

Agri apud Carthaginem novam.

In Africa.

Carthago ipſa vetus.
Agri Cyrenenſes qui Appionis fuerunt.

13. Agros, loca, urbes, ædificia, quæque alia Populi Romani ſupra commemorata ſunt, Decemviri hac lege vendere tenuntor, niſi aliter fœdere cautum reperiatur. Vendere tamen aliis locis, quam quibus Decemviris videbitur, ne adſtringuntor.

14. Quæ poſt C. Marium & Carbonem conſules, ædificia, agri, lacus, ſtagna, poſſeſſiones, loca publice aſſignata, vendita, conceſſa, poſſeſſa ſunt, ea omnia eo jure ſint, ut quæ optimo jure privata ſunt.

15. Omnium agrorum, qui extra Italiam ſunt, publici an privati juris ſint fuerint, Decemvirorum cognitio eſto: eisque quos publicos quoquo tempore fuiſſe atque à privatis obtineri conſtiterit, poſſeſſores decedere niſi optima conditione ne jubento, quosque in poſſeſſione manere permiſerint, eorum agris pergrande vectigal imponunto: excepto agro Recentorico Sicilienſi.

16. Quod ad quem pervenit pervenerit ex præda, manubiis, auro coronario, quod neque conſumptum in monumento, neque in publicum ærariumve relatum ſit, qui de Provincia deceſſerit profiteatur, idque ad Decemviros defertor. Sed & in poſterum ad eosdem Decemviros defertor protinus quod quis habeat Imperator pecuniæ, excepto Pompejo.

17. Quæque porro pecunia poſt Ciceronem & Antonium conſules ex novis vectigalibus percipietur, eadem illa Decemviri utuntor.

18. Pecúnia quæ ex venditionibus, vectigalibus, præda, manubiis, auro coronario, aliave qua cauſa ad Decemviros pervenerit in ærarium referre ne teneantur: ſed nec ab iis exigendi cuiquam poteſtas eſto.

19. Sed pecuniam ex cauſis ſupraſcriptis coactam Decemviri emptionibus agrorum impendant omnem, emantque quoscumque velint, dum ne ab invitis.

20. In agros, pecunia ac ratione ſupraſcripta emptos, coloni à Decemviris deducúntor. Quæcunque in oppida, colonias, municipia velint, quibusque item agris velint Decemviri intra Italiam deducant plebem Romanam, colonosque quos velint, dum ager ſit qui coli aut arari poſſit.

21. Capuam tamen quinque civium Ro. millia tranſcribantur, ſingulisque agri Campani dena, Stellatis duodena jugera dividuntor, quæ hæredem ſequantur.

EJUSDEM LEGIS CAPITA PROUT AB RIGALTIO EDITA.

TRibuni plebis, qui legem Agrariam tulerint, habeant comitia x. viris creandis, iſque x. vir ſit, quem novem tribus ex xvii. tribubus ſorte ductis fecerint.

Item eodemque modo ut comitiis Pontificis maximi.

Præſentes profiteantur.

Decemviris creatis lege Curiata magiſtratus detur.

Qui

Qui primus Prætor factus erit, is legem Curiatam ferat, ſin is ferre non poſſit, qui poſtremus.

Si ea lata non erit, tum ii x. viri eodem jure ſint, quo qui optima lege.

Pullarios habeant eodem jure quo habuerunt III. viri lege Sempronia, Poteſtate Prætoria in quinquennium utantur.

Habeant ſcribas, librarios, præcones, architectos: item mulos, tabernacula, ſupellectilem. Item ex equeſtri loco cc. in annos ſingulos.

Finitorem mittant. . . . .
. . . .

Omnia ea, de quibus vendundis S. C. facta ſunt M. Tullio, Cn. Cornelio Coſſ. exceptis agris de quibus fœdere cautum eſt, vendant.

Qui agri, quæ loca, quæ ædificia, aliudve quid extra Italiam erit, quod L. Sylla, Q. Pompejo. Coſſ. aut poſtea publicum populi R. factum erit, per x. viros veneat, excepro agro in Sicilia Recentorico.

Auctio vectigalium populi R. in Januarium proximum, quibuſcunque locis x. viri volunt, conſtituatur.

Aurum, argentum ex præda, ex manubiis, ex auro coronario quod ad quem præterquam ſi quid ad Cn. Pompejum pervenit pervenerit, quod neque relatum erit in publicum, neque in monumento conſumptum, id profiteantur apud x. viros, & ad eos referant.

Si qua ex novis vectigalibus pecunia recipiatur, ea x. viri utantur, agros à privatis in Italia emant, dum ne ab invitis, in eoſque agros, & in quæ loca præterea videbitur,

tur, ſi ea arari aut coli poſſint, plebs publicè à x. viris deducatur.

Quinque millia colonorum Capuam ſcribantur. Dena agri jugera ſingulis dentur, aſſignentur Stellatis campi, agro Campano duodena in ſingula jugera.

Quæ poſt C. Marium, Cn. Papirium Carbonem coſſ. data donata, aſſignata, vendita, conceſſa, poſſeſſa ſunt, ea omnia eo jure ſint, ut quæ optimo jure privata ſunt.

WILELMI GOESII
INDEX
IN
REI AGRARIÆ
SCRIPTORES ANTIQUOS.

LECTORI BENEVOLO.

CUM mecum ſtatueram Auctores, quos nunc edo, non modo ſerio legere, ſed & in eorum abſtruſiora diligentiuſcule inquirere, hoc mihi primum laboris ſuſcipiendum duxi, ut indicem accuratum non modo verborum ſed & rerum conficerem. Exiſtimabam enim id ſi feciſſem, facile me poſſe ſimilia ſimilibus comparare, contraria contrariis opponere, antecedentia ſequentibus connectere, & ſic unis ab aliis aliquid lucis mutuare. Nam in iis quæ his auctoribus ſunt propria parum auxilii mihi ab aliis Scriptoribus expectandum prævidebam. Et magna interea non modo primum legenti ſed & relegenti offerebat ſe mihi difficultas ubique. quæ tamen adeo me ab incœpto non dimovit, ut accenderit etiam multo magis exiſtimantem, nihil labore & aſſiduitate non fieri pervium. Perlectis igitur ordine omnibus, indicem mihi confeci, laborum meorum primordium, continentem omnia omnino verba quæ apud eos extarent. Verum vix labor ille exhauſtus fuit quin omne opus, & cujus nequitia incertum, penitus ita perierit, ut nullam ejus pagellam mihi videre contigerit poſtea. Cum vero ingratum illum laborem iterare pigeret, nec tamen me deſereret quod pridem occupaverat deſiderium, inter legendum quædam enotare cœpi quæ mihi potiora videbantur, quibus & per otium explicationis aliquantulum appoſui. Sed tempore crevit opus, atque hos Auctores ſæpius evolvendo acceſſere & alia, quæ & ipſe nec magni momenti cenſebam, nec ulla ſciebam difficultate laborare. Adjeci tamen, ut quandoquidem aliquo ordine digerebantur promptius ad manus eſſent quoties rex exigeret, & ſi lucis non egerent, lucis tamen aliquid adderent ſaltem cæteris. Fecique id adeo lubentius, cum penitius rem inſpiciens deprehendi quàm in parvis laberentur miſerè, qui aliquid harum rerum ſe ſcire profitebantur. Quod &

mecum, ſi quid judico, videbit tandem vel monoculus, ſi non potius cœcutire malit. Igitur cum ita porro pergeret quod mihi ſuſceperam opellæ, res & verba tandem ſegregare cœpi, ut bifidum fieret opuſculum, & una pars ſi non Gloſſarii, certe Indicis qualeſcunque ſubiret vices: altera haberet quicquid rebus ipſis potius illuſtrandis ſerviret. Et ſic tandem prodiit hic Index cum Antiquitatum agrariarum libro ſingulari, quos nunc uſibus tuis exhibitos vides. In quibus ita ſum verſatus, ut nihil mihi magis in votis fuerit, quam ut uterer ſcribendi genere, ut res poſtulat, ſimpliciſſimo, & ſi licuiſſet remotiſſimo ab omni diſputationum velitatione. Sed coëgit me neceſſitas, ut ſubinde vel indicarem vel refutarem quorundam errores. Feci id ergo, ſed ut injurius eſſem nemini, & multo plures etiam quam notavi refutare omiſerim, tuo judicio & arbitrio relinquens, ut noſtris cum illorum ſcriptis collatis eligeres ipſe quod videatur veriſimilius. Neque enim libertati tuæ legem pono. Et quamvis item multa à me indicata ſciam ad quæ alii necdum animum adverterint, non tamen id ſumo mihi, ut collocatus ſupra humanam ſortem omnis erroris ſim immunis. His ergo, qualiacunque fuerint, utere ſi profutura putaveris; ſin minus, quæ habes meliora imperti candide, & majorem ego quidem gratiam tibi rependam, quam pro his quæ nunc exhibentur flagito ipſe. Vale.

Scribebam Hagæ Comitum
XXVIII. Dec. CIↃIↃCLXXI.

INDEX

INDEX.

ABluvium. Hoc verbum fictum prælicenter à Laberio notat Gell. 16. N. A. 7. Uſurpatum autem illi pro diluvio, non tamen pro univerſali, ut notatum Cælio Rod. 22. 24. Aggenus Urbicus uſurpavit pro *alluvione*, dicit enim p. 69. *abluvio invectum:* eadem ſcilicet ratione, qua JCti dicunt *traditione acquiri.* Nam abluvium potius abradit terras, quas alluvio adjicit.

Ab hora ſexta. p. 226. 227. quod p. 228. & 229. *à ſextanea parte.*

Ab orientali parte. 228. ibid.

A meridiano. 228.

Accepta Siculo eſt ea portio, quæ uni alicui aſſignatione data eſt. Ita enim ille p. 22. *Quas quisque acceptas defendat.* & *Sæpe etiam unius ejusdemque hominis duo domini acceptam ſibi defendunt.* p. 300. *Modus jugerationum ſecundum acceptam uniuscujusque ſeparetur.* Non tamen ita ſemper, ſed & pro eo poſitum videtur, quod ut una ſorte uni pluribusve obveniat diviſum terminatumque eſt. Nam ita idem Siculus p. 17. *Manipulus ſi ſingulas acceptas accipient, aliqui gradus ſingulas & dimidias, aliqui binas.* Et Hyginus p 195. *Has centurias, & quantum ex accepta habeant, in una ſorte inſcribemus.*

Acceptarum non per omnes regiones eſt æqualitas. 18. quia agros ſecundum bonitatem taxabant, ut melioris minorem, ſequioris majorem modum darent.

Accepturi 190.

Acceptiones. Vox unaquæque interpretationem habet vel ex mente ejus qui eam profert, vel ejus qui eam excipit. Priori ratione *ſignificatio* dicitur, cum ſit ſignum mentis quod faciat ac proferat is qui loquitur: poſteriori *acceptio* eſt: quod ita qui audit excipiat atque intelligat. Ita plane poſuit Siculus p. 18. *Ergo acceptiones in centuriis explicandæ ſunt.* Nam & *accipere* ſæpe pro intelligere ſumitur. Ut apud Terent. Andr. *Si te æquo animo ferre accipiet* patet. Cicero 2. de Orat. *Quum ad verbum non ad ſententiam rem accipere videare.* Quas vero acceptiones Siculus, Hyg. p. 193. Significationes appellavit, ubi ſcribit: *Omnes ſignificationes & formas æris tabulis inſcribemus.* Sed idem ille & *appellationes* vocavit p. 182. Eædem quod in ſcripturam redactæ, etiam vocantur *lectiones* p. 304. vide *Lectiones.*

Acies termini. Cajus p. 305. *Terminus ſi unam aciem reprobam habuerit, hoc eſt non æqualem aciem.* quæ Vitali & Arcadio p. 252. eſt angulus termini. Eſt enim ibi: *Terminus quadratus ſimiles angulos habens.*

Actus, menſura longitudinis pedum cxx. abſque latitudine. p. 30. Et ſic p. 178. *Actuarios palos ſuo quemque numero inſcriptos inter centenos vicenos pedes defigemus.* non ergo habet pedes cxl. ut vult Laurenb. 1. Grom. 5. Sed præter hunc & actus ſunt alii aliis auctoribus. Et primo actus minimus Columellæ 5. 1. & Boëthio 2. de Geometr. eſt qui præter ſupradictam longitudinem etiam latitudinem habet pedum quatuor. Deinde apud auctores fit mentio actus quadrati, & item duplicati. Quadratus autem *ex omni latere pedibus* cxx. *concluditur*, qui actus major appellatur p. 321. Sed *actus duplicatus*, teſte eodem Boëthio, ccxl. *pedes explicat.* in lateribus, ſed ita ut in capitibus pedes tantum habeat lx. ne pedaturam ſuam egrediatur. Et de pedibus his lx. præterquam quod res ipſa loquatur, teſtimonium quoque perhibet Boëthius MS. Geom. l. 5. ubi ita: *Actus duplicatus qui & aripennis idem eſt, ſeu ½ jugerum habet: in longitudine*

pedes CXX. *in latitudine* LX. Et eodem libro poſt: *Actus duplicatus qui & aripennis in long. pedes* CXX. *in lato* LX. Sed tamen utroque loco mendum eſt in numero CXX. Scribendum enim, ut ante CCXL. ut arepennis modum expleat.

Acutiangulum. p. 317.

Actus menſurarum. p. 160. *Antiqua menſura actus in diverſum novis limitibus inciditur.*

Adfines, vel *affines* qui l. 4. §. 8. & 10. ff. fin. reg. vocantur confines, & legibus Wiſigoth. lib. 12. t. 1. c. 3. *confinitimi.* Hyg. p. 190. *Aras lapideas ponere debemus, quarum inſcriptio ex uno latere perticæ applicito finem coloniæ demonſtrat, ex altero quæ foras erit, affines.* Et poſt, *Has utræque civitates conſtituant, adfines enim eisdem locis nomine imperatoris & finium ſuorum inſcriptionibus aras conſecrare debebunt.* Sic p. 43. *inter affines movent diſputationem.* & p. 193. *adſcriptis adfinibus.* & l. 12. ff. fin. reg. *demonſtratio adfinium.*

Adpertinet ad ipſam. p. 221.

Advocatio. 63.

Ædes ſacræ antiquitus in occidentem converſæ. Hyg. 153.

Agere menſura agrum. Agg. p. 48. quod Paulo JCto *agere menſuram agri*, in l. 2 §. 1. ff. ſi menſ. fals. mod.

Agere terram aratro. p. 296.

Agens, menſor. p. 218. *ſi fuerit ergo vallis quæ conſpectum agentis exſuperet.*

Æquilaterum triangulum. p. 317.

Æqualitates. Sicul. p. 8.

Æreſcriptura. p. 54.

Æris libri. p. 191. 193.

Æris tabulæ. p. 193.

Æs. forma agri, æri inciſa. Sicul. p. 3. *Horum ergo agrorum nullum æs, nulla forma quæ publicæ fidei poſſeſſoribus teſtimonium reddat.* Et ſunt non modo publicè ſed & privatim agri ea ratione deſcripti. Sequitur enim: *Quidam vero poſſeſſionum ſuarum privatim formas fecerunt.*

Æs miſcellum. Sic. p. 23.

Æſtimium, idem quod æſtimatio, quæ & Feſto *æſtimia.* Front. p. 117. & 127. *pro æſtimio ubertatis præciſum.* & Hyg. *Poſſeſſiones pro æſtimio ubertatis anguſtiores ſunt aſſignatæ.*

A foris. 314.

Ager arcifinius vel *arcifinalis* dictus quod à finibus arceamus hoſtem vel vicinum. Hoſtem bello, cultura vicinum. Siculus p. 3. *Deinde ut quisque virtute colendi occupavit arcendo vicinum, arcifinalem dixit.* Front. p. 38. *Nam ager arcifinius ſicut ait Varro, ab arcendis hoſtibus eſt appellatus.* Iſidor. 15. Orig. 13. *Arcifinius ager dicitur quia certis linearum menſuris continetur, ſed arcentur fines ejus objectu fluminum, montium, arborum.* Ita editiones Vulcanii & Gothofredi, ſed addenda negatio, ut eſt apud noſtros p. 293. legendumque *non continetur*, & pro *fines* legendum *adfines.* Nam is ager non continetur certis lineis, & arcentur adfines vel vicini.

Ager occupatorius, quem ſive vacantem ſive poſſeſſum quis invaſerit & apprehenderit. Agg. p. 45. *Hic & occupatorius dicitur, eo quod in tempore occupatus eſt à victore populo territis exinde fugatisque hoſtibus.* Cic. 1. Officior. *Sunt autem privata nulla natura, ſed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt, aut victoria, ut qui bello potiti ſunt.* Gajus l. 3. ff. de acq. rer. dom. *Quod enim nullius eſt id naturali ratione occupanti conceditur.* Occupatorii autem dicuntur illi, quos quidam Arcifinales vocant, ait Siculus, inter quos & eſt Aggenus Urbicus. Mea autem ſententia differunt. Nihil enim prohibet quo minus arcifinium quem occupavi in alium tranſcribam, & ſic non amplius erit occupatorius, ut ſit maneatque

que

que arcifinalis. Et dari etiam poſſunt occupatorii, à quibus nec hoſtem nec vicinum arcere ſit neceſſe, & proinde non ſint arcifinii.

Agri ſoluti, qui certis finibus limitibusve non continentur. Siculus p. 3. *Agri ſoluti non ſunt quorum fines deprehendi poſſunt & finiuntur.* Hæc ſunt *loca*, ait Aggenus p. 49. *quæ in ſoluto eſſe dicuntur.* Sic Front. p. 107. *Cæterum in lacineis vel in ſoluto remanſit.* Aliquando ibi etiam legitur, *in abſoluto remanere*, eodem ſenſu, ſed minus recte.

Ager captus. 16.

Ager gammatus. 114.

Ager ſcamnatus. ibid.

Ager novalis. 293. v. Varr. 1. de R. R. 29.

Ager datus æqualiter, itemque *ſecundum militiam.* 17.

Ager uliginoſus. 293.

Ager citratus & dextratus: citratus & ſiniſtratus: ultratus & dextratus: ultratus & ſiniſtratus. p.298. 299. Adde Hyg. p.158.

Agri diviſi & aſſignati differunt. Sicul. p. 16. Nam dividitur abſque aſſignatione quandoque, & quandoque aſſignatur ſine diviſione. Prius fit cum major agri eſt numerus, quam colonorum. Poſterius, cum aſſignatur per profeſſiones veterum poſſeſſorum. Cujus exemplum eſt apud Siculum p. 21. *Illi fundum illum qui fuit illius.*

Ager per extremitates menſura comprehenſus Front. p. 38.

Ager Quæſtorius, quem captum per Quæſtores populus Romanus vendidit, incluſum laterculis quinquagenum jugerum, qui vocati ſunt plinthi. De quo v. Siculum p. 2. 14. & Hyginum. p.205. Mag. & Veg. p. 257.

Ager vectigalis, qui ex diviſione poſt aſſignationem cum immunis ſuperfuit, certa lege locatus fuit. Evidenter id indicant hoc verba Hygini quæ ita conſtitui debent. *Vectigales autem agri ſunt obligati: quidam reip. populi Romani, quidam coloniarum aut municipiorum, (quæ & ipſa pleræque ad populum R. pertinent) & ex hoſte capti, partitique ſunt per centurias, ut aſſignarentur militibus, quorum virtute capti erant, amplius quam deſtinatio modi quamve Ro. militum exigebat numerus. Nam qui ſuperfuerant agri vectigalibus ſubjecti ſunt.* Illa vero locatio non ubique neque ſemper fiebat in idem tempus, ut indicat idem Hyg p.205.

Agri facilitas. 162. planities.

Ager immunis p. 198. opponitur vectigali.

Agralis. 146. *Hæc ſunt teſtimonia, agralia dividentia.*

Agrimenſor. de eo v. Antiq. agr. c. 4.

Aggeſtus petrarum. 124. quod p. 122. *congeſtiones petrarum.*

Alluvio locum habet in rivis. 13.

Alluvio fines facit. 254.

Alluvione fines mutantur in occupatoriis. 13. 56. non in aſſignata regione. 56.

Alluvione tranſlati repetitio non datur. 13.

Alluvio indicit neceſſitatem riparum tuendarum. 13. 57.

Albarum. 238. & alibi ſæpius. *Super albarum alium ribum curret.* Unde liquet albarum vel albarium ſeu alvarium à rivo non differre.

Alvarium. 226.

Alveum. 232. & p. 233. *tria alvea.* 226. *alveum currens.* Gloſſ. vet. *Rivum, Rivus, Alveum, Flumen.*

Alveus. 227. *duas aquas ſive duos alveos habens.* 241. *alveus currit.*

Alvei aquæ. 227.

Alveus de fonte deſcendens. 230.

Alveus pontis. 257. pontis convexus venter viatores tranſmittens. Nihil enim minus verum eſt quam quod exercitator Plinianus ſcribit p. 946. *alveos pontium vocari rivorum alveos, qui pontibus impoſitis trajiciuntur & tranſmittuntur.* Aliud alveus fluminis, vel rivi; aliud alveus pontis.

Alveus fluminis. 42. proprie, cavum illud per quod naturaliter fontis aqua decurrit.

Alpium immodicæ nives. 57. 70.

Amarum ſolum. Sicul. 17. macrum. Plin. *Terram amaram ſive macram ſi quis probare velit, demonſtrant eam atræ degeneresque herbæ.* Diſtinguit autem inter ſalſum & amarum Palladius Januar. 13. *Locus qui miſera virgulta produxerit, vel uliginoſus vel ſalſus, vel amarus, vel ſiticuloſus & aridus &c.*

Ambiguum, nulli certæ rei deſtinatum, non colonis, non Reip. non cuiquam alii. quale ſolum eſt quod Relictum dicitur. p. 50. *In ambiguo ager & velut indefinite.* Front. p. 117. *Termini ambiguum nunquam receperunt.*

Ambire. 45.

Amblygonium. obtuſiangulum. 317.

Amovere, abalienare. Front. 41. *Eum dico locum quem nec Ordo ullo jure à publico poterit amovere.* Eandem rem ſic extulit Hyginus p. 186. *Æque territorio ſi quid erit aſſignatum id ad ipſam urbem pertinebit, nec venire aut abalienari à publico licebit.*

Amphorarum vertices pro terminis defixi Sicul. p. 6.

Angulorum genera tria. p. 32.

Angulus rectilineus. 316.

Angulus planus. ibid.

Anguli terminorum lineas limitum indicant. Agg. p. 51. 52.

Annona publice militi prætereunti data. Sicul. 25.

Annonaria Tuſcia. 253.

Antica. v. poſtica.

Antemiſſæ. v. arbores.

Aperire. Aliud eſt aperire terram vel agrum, aliud aperire limitem vel viam. Aperiunt agrum agricolæ, cum rudem & incultum aratro proſcindunt. Palladius lib. VI. cap. III. *Nunc quoque pingues agri & herboſi proſcindantur: ſed ſi agros incultos volueris aperire, conſideralis &c.* Sed limes vel via aperiri dicitur, cum reficitur, reddita ei veteri altitudine & latitudine, atque ita iter facientibus commodum tranſitum præbeant. Ulpianus l. 1. ff. de via pub. *Viam aperire eſt, ad veterem altitudinem latitudinemque reſtituere. Purgare autem proprie dicitur, ad libramentum proprium redigere, ſublato eo quod ſupra eſſet. Reficit enim & qui aperit & qui purgat, & omnes omnino qui in priſtinum ſtatum reſtituunt.* Hinc nunc fiet manifeſtum, quid ſit quod Hygin. p. 179. dixerit: *Limitibus ſecundum ſuam legem latitudines dabimus, & aperiri in perpetuum cogemus.* Hoc enim vult, lege colonos cogi limitem eo quo dictum eſt modo reficere. Sic idem p. 208. *Adjectumque* ſanctionibus Auctorum, *ut limites Decumani & Cardines aperti populo eſſent.*

Appellationes centuriarum. p. 182. nomina.

Appendices. 264. 268. 269. 282.

Aqua pluvia per ordinationem finis. p. 43. 74.

Aqua per mediam finem. 225.

Aqua viva. p. 223. 227. 240. 257. Hæc vel ex fonte fluit, vel ſcaturigine ex imo prorumpit, vel etiam è terræ ſudoribus manat. Ei contraria eſt aqua ſummerſa, quæ ſcatebras non habet, nec extra locum quo continetur evagari poteſt. Quæ quanquam duci non poſſit, poteſt tamen ei ſervitus aquæ hauſtus imponi, juxta l. 1. §. 6. ff. de aq. cott. quoniam & hæc non minus perennis poteſt eſſe quam aqua viva.

Aquarum ductus pro fine. p. 127.

Aquarum ductus per medias poſſeſſiones. 257.

Aquivergium. 225. 234. 244. idem quod p. 273. *collectaculum vallium.* Lacuna nimirum, vel id quod in vallibus maxime eſt depreſſum, quo aqua ex editioribus locis vergit & defluit.

Aræ. 47. 189. 190.
Arca conſecrata in memoria. 273.
Arca finalis. 271.
Arca lapide tiburtino. 244.
Arca inſtructa. 121.
Arca marmorea. 242. 271.
Arca ſcripta. 275.
Arca teſtacea 242.
Arca quadrifinalis. 221. 245.
Arca in quadrifinio. 221. 228. 242. 252.
Arca trifinii 223.
Arca in trifinio. 225. 228. 232.
Arca examinis. 223. Hujus exemplum videtur proponi p. 261.
Arcæ & ripæ junguntur aliquoties in Frontinianis. Ut p. 119. *Aliorum curſus eſt per rationem arcarum, riparum* &c. quod repetitur p. 143. Et p. 142. 143. *Eorum delimitatio eſt per rationem arcarum vel riparum.* Unde conjicio earum differentiam non fuiſſe uſque adeo magnam. Et forte hæ non erunt lapideæ, ſed eædem illæ quas habent leges Wiſigoth. lib. 10. tit. 3. c. 3. ubi ita ſcriptum extat. *Quoties de terminis fuerit orta contentio , ſigna quæ antiquitus conſtituta ſunt oportet inquiri. Id eſt aggeres terræ ſive arcas, quas propter fines fundorum antiquitus apparuerit eſſe conſtructas atque congeſtas.*
Arcellæ. 118. 119. 260. 308.
in Arce. in edito loco. 221. 223.
Arbores dejicere. Sicul. p. 8. quod p. 342. *ſubvertere.* aliis item *ſuccidere* & *cædere.*
Arbores antemiſſæ. 4. 10. 45. 254. & alibi. Dicuntur eædem *intactæ.* p. 7. 8. & etiam *omiſſæ.* eadem p. 8.
Arbores terminales ſunt in Pauli 5. ſent. non tantum antemiſſæ, ſed & aliæ quæ quovis modo finem demonſtrant.
Arbores notatæ mediæ. 8. 53. *utrimque.* 8. *intra pedes quinos decuſſe. gamma.* 8. *in parte alterutra.* ibid. *foras.* 53.
Archimedes. 170.
Arepennis, vel Aripennis ſemi jugeri modum habet, interque omnes ea de re convenit. Idem autem verbum inferioribus ſæculis etiam aliter inflexum eſt, nam legi in literis M. S. anni 1059. *Arpennium* & *Arpentum.* & apud Anon. M. S. aliquoties *Agripennus.* Iſidorus ab arando deducit 15. Orig. 15. Scaliger in Diras, Salmaſ. ad Solin. Voſſius de vitiis ſerm. dictum volunt quaſi *Arvipendis.* Sed cum Columella dicat Gallicam eſſe vocem, forte non recte ejus origo petetur à lingua Latina. Certe id crediditſſe videtur Pontanus, qui Originum Francicarum p. 579. illud verbum derivat ab *aerd* & *pand.* Verum ſi huc deſcendendum erit, rectius forte ejus origo petetur ab *aerd* & *ven*, ut ſit quaſi *aerdeven.* Nam in Hollandia Septentrionali etiamnum dicitur *ven* quod quadratum eſt, quæ actus juſti ſive arepennis quaſi ordinaria eſt figura, ut cui ab utriſque partibus tribuuntur pedes cxx. *Pand* vero, præterquam quod extenſum in longitudinem eſt, non ſcio uſurpari niſi de locis inædificatis. At *ven* & *acker* agreſtia ſunt vocabula, hoc agellum extenſum, illud quadratum deſignans.
Aſpratilis terminus. p. 305. *Aſpratilis, qui velut ſignum coagulatus lapis naturalis fuerit.* Et p. 310. *Terminus ſi aſpratilis fuerit.* p. 231. *In ipſis locis aſpratiles ponuntur.* Quod igitur legitur p. 230. *Omnes fines aſpratiles*, ita intelligendum eſt, ut dicamus omnes fines ſive limites aſpratiles, ſcilicet terminos habere. Sic dictum autem puto eum terminum ab aſperitate, ut qui non ſit perdolatus.
Arva publica. 46.
Arvi primæ, arvi ſecundæ ſortis. Ita legendum cenſeo p. 198.
Aſſignatio, pro agro aſſignato. p. 160. *Nova aſſignatio trans fluvium Lirim limitibus continetur.* 192. *Multis locis immunitas vicit aſſignationem.* 206. *Quod genus agrorum etiam in aſſignationibus incidere*

 poteſt.

poteſt. 209. *Quod ſingularum aſſignationum longitudinem ſcripſerit.* Cic. 3. Agrar. *Ne gratificantem ſeptem tyrannis cæteriſque Sullanarum aſſignationum poſſeſſoribus.* &c.

Aſſignatio prima Hygino p. 154. eſt perticæ. *Quibuſdam deinde coloniis pertica fines, hoc eſt prima aſſignationes aliis limitibus, aliis præfectura continentur.* Cui conſequens eſt, ut præfecturæ aſſignationes ſecundas dicamus. Sic *limes novus* p. 155. præfecturæ eſt; *vetus*, perticæ ſive primæ aſſignationis.

Aſſignatum qua falx & arater ierit. 195. 204.

Aſſignata & paſcua & ſylva. 24. 195.

Aſſignata in ſaltibus circa Brunduſium. 127. Id eſt è ſaltibus culturæ idonea *variis locis*, & ut alibi dicitur *in laciniis*, vel *præciſuris*.

Aſſignatione non datur amarum & incertum ſolum. Sicul. 17.

Aſſignatum militibus. Arretium, Abella, Caſuentium &c. p. 102. 103. Milites autem hic non ſunt veterani, ſed qui ſtipendia adhuc merent, & inde alibi ſtipendiarii vocantur. Nam & iis quandoque ager aſſignatus. Lege vet. apud Briſſ. AGRUM. LOCUM. QUEM. II. VIREI. EX. H. L. STIPENDIARIEIS. DEDERIT. ADSIGNAVERITVE.

—— *peregrinis militibus.* Ferentinum. 134. Aquinus. 136.

—— *tribunis & militibus.* Caſtrimonium. 104.

—— *militibus & familia.* Cereate. ibid.

—— *veteranis.* Anagnia, Beneventum, Calagna, Fundi, &c. 103. 105.

—— *Veteranis & tribunis legionariis.* Puteoli. p. 106. 139.

—— *colonis & familia.* Nola. 106.

—— *perfugis.* Lege veteri quæ eſt apud Briſſonium p. 158. LOCUS. PERFUGIS. ASSIGNAT.

—— *Reipublicæ.* Quod vel fit cum agri modus univerſus reip. eſt aſſignatus, ſicut in Campania Sueſſæ Auruncæ. p. 38. Vel cum in regione diviſa aliquæ ſilvæ, fundi, vel paſcua reipub. conceduntur. p. 187. Ut, *fundus Manilianus cum ſilva datus aſſignatus coloniæ Iuliæ Conſtantiæ.*

—— *territorio.* 186.

—— *ordini coloniæ.* 187.

Aſſignatum in laciniis. Antium. Ardea. Gabii. Ætium. Sueſſa. Venafrum. 102. 103. 105. 107. 136.

—— *pro parte in laciniis.* Atina. 102.

—— *in laciniis limitibus interciſivis.* Interamne. Venafrum. 106. 108. 141.

—— *in laciniis & ſtrigis.* Atella. 136.

—— *in præciſuris.* Aricia, Corfinius ager. 102. 136. 125.

—— *in præciſuris & laciniis.* Hoſtienſis ager. 134.

—— *in præciſuras & ſtrigas.* Tereventum. 108. 141.

—— *variis locis.* Ager Aſculanus. 118. 143. Falerionenſis. Albenſis. 119. 120. id eſt, in laciniis.

—— *variis locis in trigono.* Tarquinios. 132. Sed aliis codicibus eadem colonia eadem lege variis locis in tetragonon dicitur aſſignata.

—— *tribus limitibus.* Ager Attidiatis. Marſicus. 119. 123. 143. Quod fieri puto, cum non tantum tribus diverſis locis coloniæ territorium eſt diviſum, verum cum præterea tribus locis aliter vel limites acti, vel centuriarum modus definitus eſt.

—— *in nominibus.* Teleſia. Trebula. Ulubra. Verulæ. 108. 109. 140. Hoc idem eſt quod dicitur in Vulturno p. 108. *aſſignatum in nominibus villarum & poſſeſſorum.* Idemque quod Hyginus p. 160. dixit, *aſſignatum per profeſſiones veterum poſſeſſorum.* Quippe Auctores diviſuri agrum veteres primum dominos poſſeſſiones ſuas profiteri jubebant, ut recenſerentur. Quod notatum Appiano in hiſtoria Gracchorum.

—— *pro æſtimio ubertatis & natura locorum*. Capis. 113. 138. ut pinguioris minorem, macrioris vero uberiorem modum darent.
Aſſignatum centuriis Auguſteis. Sæpinum. 107.
—— *centuriis quadratis*. 300. quales ſuêre Gracchanæ. 109. 112.
—— *per centurias & ſcamna*. Bovianum, Aufidena. 103. 136. 225. Id eſt, formatis centuriis in formam ſcamnorum.
—— *per ſtrigas & ſcamna in centuriis*. Æquiculanus ager. Nurſia. 122. 123. Id eſt partim ſtrigæ, partim ſcamni forma effigiatis centuriis.
—— *per centurias & ſtrigas*. Alatrium. 102. 136.
—— *in jugeribus*. Atella. Ferentinum. Liternum &c. 102. 105. ibid.
—— *limitibus Auguſteis*. Æſernia. Lavinium. Sora. 103. 105. 107.
———— *Iulianis*. Nuceria. 106. 135.
———— *Gracchanis*. Ager Conſtantinus. Venuſinus. Auximatis. 109. 110. 119. Hi limites dicuntur p. 110. unius ſcamni.
———— *Sullanis*. Nola. 106. 139.
———— *maritimis & Gallicis*. Ager Adrianus. Falcrionenſis. 118. 119. 122.
———— *maritimis & montanis*. Ager urbis Salvienſis. Corfinius. 118. 122.
———— *Decumanis & Cardinibus*. Caſtellenſe municipium. Ager Lucerinus. &c. 121. 127. Limites vero Decumani & Cardines: Maritimi & Montani: Maritimi & Gallici, ſolo differunt nomine. Nam in Frontinianis p. 118. legitur: *Ager Adrianus & Falerionenſis limitibus maritimis & Gallicis, quos dicimus Decumanos & Cardines*. Et Hyginus p. 151. *Qui ad mare ſpectabant maritimos, qui ad montes montanos appellaverunt*. Adde Anonymum p. 216.
Aſſignati agri legem accipiunt ab his qui veteranos deducunt. 206.
Aſſignatus, pro ſignato. ut p. 146. *petra aſſignata*. & ſic quoque alibi.
Attigui poſſeſſores. 40.
Attina. Siculus p. 4. *In ſpecie maceriarum congerunt lapides, & Attinas appellant*.
Auctores. 129. 141. 226. 232. iidem qui *Auctores diviſionis*. p. 25. 59. &, *Auctores diviſionis aſſignationiſque*. p. 21. 25. De his alibi latius.
Auctores viarum. p. 9.
Augenter. p. 308.
Auguſtanea fovea. p. 265.
Auguſtei termini. Front. p. 119. 121. 122. Boëth. 2. de Geometr. *Terminos Auguſteos, id eſt rotundos, in effigiem columnæ*.
Auguſteani limites. Front. p. 139.
Auguſtianum bellum. Front. p. 106. & 139.
Auguſtana lex. Front. p. 106. 139. & l. 1. ff. de cenſib. *Auguſtana colonia*.
Auguſtini. Agg. p. 72. Sunt autem coloni coloniæ Auguſtæ. ſic apud Boëth. *paſcua Auguſtinorum*.
Auguſtalis terminus. Boëth. Item vet. inſcr. TERMINUS. AUGUSTAL. INTER. BLETISAM. ET. MIRORB. ET. SALM. & TERM. AUG. INTER. LANC. OPP. ET. IGAEDIT.
Auguſti termini. Front. p. 119. Sic apud eundem aliquoties *colonia Auguſta*, quod alibi etiam paſſim. Et Ovid.
Poſtibus Auguſtis eadem fidiſſima cuſtos
Ante fores ſtabis, &c.
Auſpicaliter. Hyg. p. 153. id eſt, auſpicio habito.

B *Albus*. Front. p. 109. 141. & Anon. p. 148.
Baſes. 176. 248. 314. 315.
Bifurcius terminus. p. 266. is autem trifinium oſtendit. p. 270. 303. v. *Samartia*.
Bifurca ungula. Latinus p. 310. non ſolida ut equorum, ſed bifida ut boum & porcorum.
Bilamna. Vitalis p. 261.
Botontini. Fauſtus & Valerius p. 306.

Monticellos plantavimus de terra quos Botontinos appellavimus. Hinc alibi, *botontini terræ*. p. 266. Hos appellari puto *tumores terræ* apud Front. in *Ager Auſculinus*. p. 126. Latinus p. 304. videtur indicare, poſitos primitus fuiſſe occaſione militum occiſorum in bello, qui ibi ſepelirentur. An apud Innocent. p. 244. illi ipſi indicentur per *ſignum de terra manibus factum*, non auſim affirmare. Nam ex legibus Wiſigothorum ſupra indicavimus etiam aggeres totos de terra finium cauſa fuiſſe exſtructos, quos arcas vocarent. Hi Botontini in legibus Ripuarior. dici videntur *Butinæ aut Mutuli.*

Branca lupi. p. 310. Sic ibid. *Branca urſi.*

Buxus. p. 296.

C*Acabus* juxta ſepulchrum. 296.

Cæſura quod cædendo de lapide cadit. Pag. 253. *Terminos ſua cæſura ſuffulcimus.* P. 5. ſunt *fragmina ſaxorum*. Vitruvio aſſulæ & cæmenta: Plinio, Segmina & ſecamenta.

Cadere in aſſignationem. 23. 24. 25.

Calumnia. v. Briſſ. de V. S.

Cambio. 13. Dicitur autem & cambire & cambiare.

Campicellus. 222.

Cancellatio. 16. 109.

A capite uſque ad caput. 6. ab initio ad finem. Nam ager duo habet capita. p. 312. *Si uno capite perticas habuerit decem, alio in punctum deſierit.* Et ſic p. 216. agris quadratis duæ tantum adſcribuntur partes, capita ſcilicet & latera: binis partibus unum tantum nomen convenit.

Caput bubalum. 147.

Capitulum. 221.

Cardo, limes qui *directim à cardine cœli eſt*. 215. vel *à cardine mundi*. 150. ſive *polo mundi*. ibid. Dividit autem agrum citra & ultra. 215. quemadmodum Decumanus eum dividit dextra & ſiniſtra. Cardo autem maximus eſt cardinum primus, qui latitudine cæteros præcedit. Sicul. p. 19. *Decumano vero & cardini maximo maximus latitudinis modus præſcribi debet.*

Cardo, punctum cœli: Sic, *cardo matutinus & veſpertinus*. p. 15. *meridiani & ſeptentrionis*. ibid. Eaque ratione conſtituuntur in cœlo tot Cardines quot cuique viſum fuerit. Aliter certæ Manilius lib. 2. quam Siculus. Ita enim ille:

Ergo age noſcendis animum compone ſagacem
Cardinibus, qui per mundum ſunt quattuor omnes
Diſpoſiti ſemper. &c.

Cautiones, tabulæ aliaque quævis inſtrumenta, quibus quid cautum reperitur. Front. p. 43. *Similiter locorum religioſorum, quibus ſecundum cautiones modus eſt reſtituendus.* Aggenus p. 55. *Cautiones ſcilicet aut emptiones intuendæ erunt, inter quos diſputabitur, acta utriuſque menſura. Si nihil ad cautionem conveniat* &c. Et ſic in jure frequenter, atque etiam alibi.

Campus extenſus. 228. 231. *campi extenſi*. 225.

Campania, & *Campanea loca* p. 239. & 240. non ſunt alia quam campeſtria.

Campeſtria & montana non tantum opponuntur, ut p. 227. ſed & campeſtria & plana, p. 226. *Si autem in planis, ad notas juris requirendum eſt: ſi in campeſtribus fuerit, talia ſigna requiris.* Quod qua ratione fiat non video.

Canabulæ & novercæ cum fere jungantur auctoribus noſtris, eundem uſum præſtitiſſe, exiguaque vel forte nulla fuiſſe differentia, perſuaſum habeo. Deinde notari erit operæ pretium quod canabulæ & novercæ ubique dicantur *tegulis conſtrui & conſtitui*. Ita nempe p. 119. *Finitur per rationes arcarum, riparum*

parum, canabularum vel novercarum, quod tegulis conſtruitur. ut & legitur p. 142. 143. Quæ canabulæ & novercæ item dicuntur eâdem p. 119. & 147. *conſtitui.* Ut hinc non tantum certum ſit has nec natura nec caſu eſſe, ſed manu fieri, ordineque diſponi. Verum hæ cum & tegulis conſtruantur, non aliud credere licet, quam opere fuiſſe figulino. Nam tegulum non tantum exiſtimatur quod tegmini aptatum eſt, ſed præterea quicquid fit opere teſtaceo vel figulino. Et hinc in Gloſſis quas adnexas ſcriptis Cyrilli ajunt, κεραμεὺς, *figulus, tegularius.* Et paulo poſt: κεραμοποιὸς, *figulus, tegularius.* Et *canabulæ* verbum, vel *cannabulæ* potius, propter ſimilitudinem à cannâ derivatum opinor. Fuiſſe enim videntur modici aquæductus, per quos aqua tranſmittebatur ubi in limitibus foſſati intercidebantur. Nec multum differre ab iis, niſi forte laxitate, puto quos deſcribit Vitruv. lib. 8. c. 7: & Palladius 9. 11. *fictilibus ſcilicet tubis craſſitudine binum digitorum, commiſſuris pixidatis, ita ut ſuperior intret* inferiorem. Has igitur canabulas ſive cannabulas ita teſtaceo opere fuiſſe ſtructas eo magis exiſtimo quod aliquoties vocentur canales. Ut apud Front p. 142. *Eorum delimitatio eſt per rationem arcarum vel riparum, vel canalibus & novercæ.* quæ ipſiſſima etiam verba exſtant p. 143. Quod autem *novercæ* eundem præſtiterint uſum quem præſtitere canabulæ, imo quod vix aliter quam nomine tenus diſcreparint, inde colligo, quod ubique ita jungantur, ut unum aliud explicare videatur, quod ex iis omnibus teſtimoniis liquet, quæ ſupra citavimus. Novercas autem dictas exiſtimo, quod non ſufficienter aquam tranſmitterent, vel propter exilitatem, vel quod obſtruerentur facile. Nam noverca & novercalis dici res quælibet poteſt, quæ non ſufficienter, vel omnino perverſè, quod debet ſuppeditat. Hinc Plin. 17. 12. *non faſtidienda hæc quoque ſcientia, atque non in ultimis ponenda, quando quibuſque ſatis umbra aut nutrix aut noverca eſt.* Ideoque & novercari dicuntur qui quid maligne faciunt, & beneficium in maleficium convertunt. Non ergo canabulæ erunt loca iniqua & aſpera, & lapidum congerie iniqua, ut cenſuit J. Gul. Laur. Antiquario ſuo. Nec pertinebunt, quod putavit Laurenbergius, ad *membra ſterilia* agri adſignati, ut ponit 3. Grom. 17. Aut erunt *loci amaritudines*, quod item ſcribit. 2. 5. Si vero quis etiam fundum ſterilem membrave ſterilia novercari velit dicere, nec ego ei repugnavero, propter rationem jam ſupra à me propoſitam.

Candetum. p. 292. verba habes Iſidori 15. Orig. 15. Gell. *Candetum appellant in areis urbanis ſpatium centum pedum, quaſi centeatum: in agreſtibus autem pedum* CL. *quadratorum juſtum candetum vocant.* Sed corrupte legitur ibi *quadratorum* pro *quod aratores.* Nam & ita Columell. 5. 1.

Caniculæ. p. 259. Had. Junius ait, rubiginem, uredinem, carbunculum idem vitium eſſe, ſed horum cauſam efficientem eſſe caniculas. Sed Plinius tamen ſtatuit rubiginem frugum, carbunculum vitium eſſe.

Cannicia, locus cannis obſitus. p. 225. *Sub ſe cannicias habet, & res paluſtres.* Pall. 1. 13. agnoſcit cannam duplicem, craſſiorem videlicet, quæ in cannetis excolitur, & tenuiorem alteram, ſponte in locis paluſtribus provenientem, qualia hic vocantur *cannicia.*

Caput. initium cujuſque rei. Sic, *caput limitis, centuriæ.* 250. 261. 300. 306. Sic & *caput aquæ* apud Ulpianum in l. 1. §. 8. ff. de aqu. cott.

Capitulum perticæ. 219.

Capitanea litera. 269.

Carbunculi etiam vice terminorum, eadem fere ratione qua congeries lapidum & ſcorpiones, quibus ſæpe junguntur, ut p. 119. *Aliis vero locis per muros, corroſiones, congerias, carbunculos.* & ſic quoque alibi.

Caſſius Longinus vir prudentiſſimus. p. 57. apud Boëth. non modo dicitur juris auctor, ſed & judex, quoniam videlicet non raro Menſores judicarent, ut alibi notamus.

Caſa quin pro domo uſurpetur præcipuè apud Hiſpaños nulla eſt dubitatio. Non tamen ita apud Innocentium, qui multam de caſis facit mentionem. Ille enim uſurpat potius de fundo vel agro, qui ſit alicui foco vel familiæ aſſignatus. Patet id ex iis, quæ de his caſis prædicantur. Nam p. 230. *Caſa per H. heta nomen habens fines in longum habet.* & ubi fines deſcripſit, addit tandem: *inde deſcendit limes qui finem facit fundo ſupraſcripto.* Et p. 224. *Caſa per N. nomen habens fines parvos habet.... limes ejus in longum fit pedes* CCCL. Et poſt alia: *liberi fundi computatio ſupraſcripta obſervetur.* & 225. *Caſa per O. nomen habens.... fines rotundos habet & cultos: per mediam finem aquam ſignificat: ſub ſe cannicias & res paluſtres habet, & foris aquivergia.* p. 279. *Sicca caſa eſt, aquam non habet, per colles jacet.* Pag 223. *Caſa per G..... ſi in campo fuerit limites quam maxime requirendos oportet.... Ergo rariores terminos habet caſa ſupraſcripta.* Omitto alia, nam ex his abunde conſtat his auctoribus caſam non domum eſſe, ſed fundum, cum non illi ſed huic conveniant termini, limites, fines, & illi ſint ſicci, vel cum aqua, imo cum expreſſe aliquoties caſa ipſa dicatur fundus. Hinc *caſati*, qui talem caſam ab alio tenent. ut lib. 5. Capitularii Caroli & Lud. 136. *Tam Epiſcopi monachi & monacha, quam Canonici atque eorum infra caſati homines.* Sic etiam in litteris MS. anni 1065. nominantur *caſati & milites Epiſcopi*: & in aliis anni 1153. *Barones & caſati.*

Caſalia ſunt fines, limites, vel rigores qui caſas finiunt. Nam p. 225. dicuntur *caſalia fundum conſtituere*: & p. 233. *fundum continere*, quod p. 241. limitibus adſcribitur. Et ſic p. 228. *caſale* dicitur *finis caſa.*

Caſalis, terminus in limite vel caſali poſitus. p. 270. *Requiras caſales ſecundum literas iſtas.* p. 237. *Alius caſalis intra limitem.* & p. 222. expreſſe dicitur *caſalis in limite poſitus.* Quin & p. 231. indigitantur *caſales aſpratiles*, quo epitheto termini inſigniuntur p. 305. 310.

Cathetus. 253. Nypſus: *cathetus ſive perpendicularis.*

Cava. Inter ea quæ finem præſtant & *cava* recenſentur, ut p. 113. *Cæteris autem locis vias, cavas, itinera, coronium.* Et, *Rivi finales & cava qua ex pactione ſunt deſignata* Item p. 115. *Quod enim viarum, riparum, cavarum* &c. Et ſic etiam alibi. Non tantum autem in uſu eſt *cava*, ſubſtantivè, ſed & cavus, & cavum. Varro 3. de R.R. 15. *Facere his cavos oportet laxiores ubi pullos parere poſſint.* Columell. 12. 8. *Deinde cavum quem feceris ſurculo obturato.* Cato c.128. *Neque mures cava facient.* In locis autem editioribus aut declivibus, qui aquam difficile retinent, plurimus iis cavis videtur uſus. Nam ſi aqua repleantur, jam non tam cavæ, quam foſſæ erunt æſtimandæ. A *cava* derivarunt poſteriores *cavana*, quod verbum reperio in Geometricis & Gromaticis, à Schotto editis, atque reſtituendum puto in Gloſſis Iſidori. Vulgo legitur, *Canava, camea, poſt cœnaculum.* Sed legendum, *cavana, camera poſt cœnaculum.* Hujuſmodi enim cameratis cavanis dolia cupaſque

que reponebant, quæ propterea commode locabantur poſt cœnaculum.
Cectoria & *Cectorialis* p. 242. 244. ibid. Videtur à cingendo nomen trahere. limes ſcilicet, vel linea, quæ fundum territoriumve cingit vel ambit.
Cenſus. 48. *Cenſum pro ſuo modulo ſuſceperunt.* id eſt tributum. Sic Papianus reſponſo 40. *Agros comparari non poſſe, niſi eis cenſum ſtatutum qui poſſeſſionem ingreſſi fuerint ſuſceperunt diſſolvendum. Quod ſi probatur venditionis tempore ſolutum tributum, reliqua emptor diſſolvat.* &c.
Cenſere agrum lege ſua. p. 105. *Veſpaſianus poſtea agrum lege ſua cenſeri juſſit.* Id eſt, in cenſum populi Romani juſſit referri.
Centuria dicta à centum jugeribus. p. 292. quæ Iſidori ſunt. 15. Orig. 15. Sed potius à centum hominibus, quoniam ſingulis antiquitus dabantur jugera duo, ſingula nunquam.
Centuriæ jugerum CC. p. 20. 154. hæ capiunt modios DC. pag. 30.
Centuriæ jugerum L. 153. 216.
Centuriæ jugerum CCCC. 154.
Centuriæ non quadratæ jugerum CCXL. & CCX. p. 154. 217.
Centuriatio, ipſe ager in centurias diviſus. Hyg. 206. *Hi autem quibus aſſignati ſunt* agri *deducebantur intra centuriationem.* Hinc & æs ſeu forma agri centuriati hoc nomine appellabatur. S. Flaccus p. 16. *Et quamvis una res ſit forma, alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii typon.*
Centuriatus ager. 23.
Cera prima. 191.
Cilicius Saturninus, menſor. 120.
Cinctus. 151.
Cippus qui differat à termino ſic determinat Simplicius p. 88. *Si ſuperior pars tantum dolata eſt, & inferior ſubulis impolita derelicta, cippus nominandus eſt monumentalis, non terminatus*, ſeu terminus.
Circaflexa Simpl. p. 89.
Circulus. 34.
Circumactus aratri. 5. 6.
Circumcalcare. 5.
Circumdatus fundus limitibus. 244.
Circumdantes, videntur fines ſeu limites qui fundum ambiunt. Innocent. p. 220. *In omnes circumdantes per pedes* CCCCL. p. 244. *In fundo circumdato limitibus.*
Circumducta linea. 316. quæ æquali interſtitio circa centrum ducitur, id eſt circulus.
Circumferentia. 316.
Civitates per pagos ſui territorii annonam præbent.
—— militi aliique comitatui prætereunti. Sicul. p. 25.
—— ligna & ſtramenta deportant. ibid.
Claro. p. 341. *Si controverſia claruerit.*
Cluſaris angulus cujuſque eſt centuriæ. Hyg. p. 181. *Omnes enim centuriæ ſingulos angulos habent cluſares.*
Cluſare latus ipſius lapidis ſeu termini eſt, quo centuriæ angulo cluſari, quam claudit, obverſus eſt. Hyginus eodem loco: *Decumani maximi omnes, & cardinis omnes lapides in frontibus inſcribamus, reliquis in lateribus cluſaribus.* Eidem p. 183. vocatur *latus cluſarium.*
Collectaculum, locus in quo aliquid colligitur. Ut p. 273. *collectaculum vallium.* quo nimirum omnis vallium aqua colligitur. Et p. 230. *collectacula aquæ.*
Collectaculum ipſa rerum collectio. Sic p. 267. *collectaculum de carbonibus.*
Collectus pluvialis aquæ. Front. & Agg. p. 43. 61. Lucret.
At conlectus aquæ digitum non altius unum.
Colligere jugerationis modum. 110. 116. 127. Sic, *colligere menſuram.* 114. 132.
Collectio petrarum. 127.
Collis rigor, id eſt jugum. 271.

Colli-

Collicellus. 243. 245. 272.
Collina. 224. *Super ſe vero collinam extenſam habet*. Et iterum: *per collinam vero via excurrit*.
Collum. 222.
Colonia dicta ſecundum Flaccum p. 2. à *colonis*, vel, ut ait Aggenus p. 159. *à nova dedicatione culturæ*.
Colonica lex. 19. 43. 49 206. 207. 257.
Commentarius agrorum diviſorum à forma differt. Sic Flaccus p. 16. *Omnium agrorum diviſorum & aſſignatorum formas, ſed & diviſionum commentarios principatus in ſanctuario habet*. Formam Hyginus typum, commentarios librum dixit p. 193. *Libros & typum totius perticæ... tabulario Cæſaris inferemus*. Balbus tamen in Frontinianis p. 109. dicitur etiam ipſas formas in commentarios contuliſſe, ut ex duplici opere unum feciſſe videatur volumen.
Commentarius Balbi. 109. *Claudii Cæſaris* III.
Compaſcua 18. 192. Appellantur quibuſdam locis *communia*. Formula veteri: *Dono tibi... manſos tantos cum ædificiis ſuprapoſitis, curtiferis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis communiis & mancipiis* &c. Quibuſdam *Pro indiviſo*. 41. 56.
Compaſcua. Hyg. 206. *In modum compaſcuæ*.
Compagino, conjungo. Fulbertus Carnot. epiſt. 1. *Non inanis myſterii ſymbolum, ſed compaginante ſpiritu ſancto corpus Chriſti verum*. Et compaginatio non aliud quam conjunctio. Gloſſ. vet. *ἁρμογὴ junctura, compages, commiſſura, compaginacio, aptatio*. Pro eodem aliquoties apud Innocentium legitur *Compagina*. Ut p. 239. *Omnis compagina literarum ab A. uſque in Z.* p. 246. *Sic omnis compagina literarum, hoc eſt computationis venit*. Et ibidem: *Ab A. uſque ad Z. omnis compagina literarum*. Compaginantes autem non ſunt termini, ut voluit Laurenbergius 2. Grom. 4. Sed ſunt in agro diviſo ipſi limites qui paginas agri, id eſt centurias, connectunt junguntque. Sic ſane exaudimus quæ ſunt p. 346. *Ut extremis compaginantibus agri limitibuſve ſuis monumenta ſepulchrave ſacrarentur*. Ut autem limites centurias jungunt & compaginant, ita eaſdem, ſed diverſa ratione, dicuntur ſeparare & delimitare.
Compacti lapides. p. 114. 132. Boëth. de his alibi.
Comportionales termini. 52. *comportionalium ſignæ*. 254. quod hic ſigna, ibi termini.
Computare fines. 246. &, *putare fines*. 239.
Computare literis. 246. &, *de literis*. 239.
Computum. 239. 246.
Compræcidere. 177.
Conceſſi fundi non ubique iidem. Nam Siculo ſunt qui benemeritis relinquuntur. p. 16. *Nec tamen omnibus perſonis victis ablati ſunt agri. Nam quorundam dignitas, aut gratia, aut amicitia victorem ducem movit, ut eis concederet agros ſuos*. Hi ergo Siculo *conceſſi fundi*. Sed in lege Auguſti hos vocari *exceptos* notat Hyginus p. 186. *Conceſſos* vero, quos ultra modum lege definitum Auctores diviſionis cuiquam poſſidere permiſerunt.
Conciliabulum, oppidum conditionis neutiquam optimæ. Lex Mamil. *Quæ colonia hac lege deducta, quodve municipium, præfectura, forum, conciliabulum conſtitutum erit*. v. p. 41. 60. Inde autem nomen invenit, *quod ibi*, ut ait Feſtus, *in concilium convenitur*.
Conditiones agrorum. 1.
Conditores. 41. Auctores diviſionis aſſignationiſque. Neutiquam tamen *agrimenſores*, ut tamen opinatus eſt Laurenbergius 1. Grom. 3.
Confinium. 6.
Confinales lineæ. 310.
Confragoſus. 189. *Mons aſper & confragoſus*. 280. *Ad pectus ſteriles terras habet & confragoſas*. 146. *Per loca arida & confragoſa*.

goſa. Varro 1. de R. R. *Ager ſi ſit confragoſus atque arduus clivis.*

Congeria. 111. 119. 125. & *congeries.* 142. 143. 261.

Congeria lapidum. 224. *congeſtiones lapidum.* 11. &, *congeſtiones petrarum.* 122. & item *congeries* petrarum apud Boëth.

Conlimitant termini qui in eodem ſunt rigore vel linea limitis. p. 249. *Termini... ſi in quadrifinio conſtant in fronte conlimitare debent.* Sed *collimitium* apud Solin. eſt junctura duorum limitum. Ita enim cap. 49. *Hoc eſt collimitium, in quo limes Perſicus Schytis jungitur.*

Conſecrare, ſacrificio adhibito ita quid facere aut conſtituere ut inviolabile perpetuo ſervetur. S. Flaccus p. 6. *Convenientia poſſeſſorum, ut ſupra diximus, terminos conſecrat.* Dixerat autem prius: *Ex convenientia terminos ponebant, & ſacrum faciebant.* Et ita ergo intelligendum erit quod p. 253. dicitur: *Stellam minorem ſuper picatos palos conſecravimus.* quodque eſt p. 273. *In ipſa memoria conſecrata arca finalis.*

Conſecratione veteri manere dicitur oppidum, cujus conditio non eſt mutata. p. 139. *Lauro Lavinium lege & conſecratione veteri manet.* p. 105. *Marſus licet conſecratione veteri maneat.* Si enim non manebat, deleta civitas exiſtimabatur.

Conſortes. 347. Quicunque unius ſortis ſunt participes.

Conſortales lineæ. 111.

Conſtituere, lege pactove conditionem rebus imponere. K. V. Legis Mamil. *Qui hac lege coloniam deduxerit, municipium, præfecturam, forum, conciliabulum conſtituerit.* Hyginus p. 198. *Agri vectigales multas habent conſtitutiones. In quibuſdam Provinciis fructus partem conſtitutam habent.* Et poſt: *Vectigal ad modum ubertatis conſtitutum.*

Conſtringere murum. 306.

Conſumpta bella. 23. finita.

Conternare. & *Conternatio.* 191.

Contrarii agri. 12. *Qui trans rivum contrarios agros habent.* ibid. *Contrarii trans rivum agri.*

Continuæ poſſeſſiones. 54.

Convallium. 145. *Convallia.* 271. 302. *Convallia loca.*

Conveniri proprie dicitur cum plures in eundem locum una coëunt, ſive homines ii ſint, ſive cujuſvis generis res aliæ. Agg. p. 61. *Ubi trium vel quatuor poſſeſſionum terminatio conveniret.* Sic, *convenientia limitum*, & *convenientia centuriarum* p. 257. 343. Quandoquidem autem qui contrahunt, ex diverſis animorum motibus in unum deſcendunt, ideo receptum eſt, ut & ii convenire dicantur, paciſcenteſque convenientes: contractus autem vocetur conventio, & item convenientia. Sic plane eſt in legibus Longobard. lib. 3. t. 10. l. 1. *Si quis de quibuscunque rebus convenientiam fecerit.* Et eodem ſenſu eſt ea vox in legibus Baiw. tit. 11. §. 7. Et etiam apud Siculum p. 6. *Ex convenientia terminos ponebant & ſacrum faciebant. Terminos autem convenientia poſſeſſorum confirmabat.* Non enim ſufficiebat corpore in unum locum coïre, niſi & mente in unam conſpirarent ſententiam, ut terminorum rata eſſet collocatio.

Convenire poſſeſſoribus. 8.

Coronæ. 114. 131. Cato. 5.

Corpus agri. 52. 129.

Corrigia jugalis. 230.

Cortes ſunt villarum intra maceriam ſpatia, ait Nonius. Apud Innocentium legimus p. 224. & 236. *Caſa aquam in curte habet*, & 242. *in corte habet.* eo quo Nonius dixit ſenſu. Ut vero curtis, & quæ hinc deſcendunt *Curtilis* & *Curtiferus* poſterioribus ſæculis uſurpata fuerint, declarabunt leges Longobardorum, & item Sommeri Gloſſ. in *Curtillum.*

Coxa. 4. 13. 306.

Craſſus, pinguis. 320. *Perticas juxta loca vel craſſitudinem terrarum videmus eſſe diſpoſitas.* Ibidem: *Ut craſſioribus terris minores menſuras, ſterilioribus majores tribuiſſent.*

Cubitus, angulus. p. 266. *Pentagonum, quod interpretantur cubitos quinque.* Mela 2. 4. *Ex in illa in anguſto duorum promontoriorum ex diverſo coëuntium inflexu, cubiti imagine ſedens, ac ideo Græcis dicitur ἀγκών.* Exercitator Plinianus p. 622. *Coxa, Gamma, Verſura, Curvatura, Cubitus Synonima ſunt.* Verum hoc ſi admittimus jam ipſe circulus futurus eſt Coxa, Gamma, Cubitus, ut qui totus curvaturâ conſiſtat.

Culina. 60.

Cultellare agrum dicitur menſor, cum inæqualem metiens non depreſſi & exurgentis ſoli ductum ſequitur, ſed poſthabita omni inæqualitate planum animo proponit, preſſum animo & mente conſummans, eminentius vero velut cultello reſcindens. Loca auctorum, ubi de hac re agunt, ſatis ſunt depravata, non tamen ita quin, adhibita modica curatione, ſupradictam ſententiam facile inde protrahamus. Frontinus p. 43. *Cultellandi ratio quæ ſit ſæpe quæritur, cum preſſi ſoli ſpatium* (nam ita lego) *conſummamus, & illam clivorum inæqualitatem planam eſſe cogitamus, dum menſuræ lateribus inſervimus.* Boëthius Geometr. lib. 4. *Cultellamus agrum eminentiorem, & à planitie recidimus æqualitatem.* Sed legendum neceſſario: *ad planitiem recidimus inæqualitatem.* A planitie enim quomodo æqualitas reſecari poteſt? Non eſt ergo cultellare, *agrum inæqualem & clivoſum ad planitiem redigere* & exæquare, ut notavit Exercitator ad Solinum p. 690. Ridiculum enim eſt cogitare menſorem qui iſtæc faciat.

Cultura. ager cultus. p. 14. *In vineis aliiſque culturarum generibus.*

Currens, flumen, rivus, alveus. 220. *Habet ſub ſe alveum, qui currens fines ejus demonſtrat.* 226. *Et currens ſubtus Flaminiam.*

Cuneati fines ſunt angulo acuto. 146. 254.

Curſus agrorum. 347.

—— *limitis.* 47. 112.

—— *via.* 347.

—— *fluminum.* 45. 120.

—— *limitum.* 52. 257.

—— *recturarum.* 52.

—— *ſignorum.* 257.

—— *rivorum.* 120.

Currens linea. 254.

Curſorius, terminus quadratus in acumen deſinens. 141. *In campis ſtatuerunt terminos quadratos curſorios.* 253. *Alios terminos quadros curſorios conſtituimus.* p. 146. *Sepulchris terminos curſorios in effigiem tituli.* Sed legendum, *tutuli*, ut & p. 147. ubi vulgo legitur: *Termini curſorii in effigiem tituli.* Quid enim hic tituli? p. 252. *Si imbricem inveneris ante arcam conſtitutam vel tubulum in modum curſorii.* Ubi & mutatione unius literæ legendum, *tutulum.* Quid autem ſit tutulus hæc Varronis de l. Lat. declarant: *Tutulati dicti hi qui in ſacris capitibus habere ſolent ut metam, id tutulus appellatur.* Ea igitur forma hic fuit curſorius. Hic autem terminus non erat inſcriptus. Nam ſic habemus p. 148. *Non omnis titulus inſcriptionibus eſt inductus, quoniam aliquibus locis ſunt lapides non ſcripti, ſed in effigiem terminorum poſiti, quos curſorios vocamus.* Ratio, quare hi non fuere inſcripti, hæc eſt, quod erant intermedii, nec ponebantur in trifinio aut quadrifinio. p. 252. *Termini uno colore in quadrifinio & in curſorio poſiti.* A vel poſt quadrifinium excipiebat curſorius. Vitalis p. 147. *A termino curſorio qui de quadrifinio egreditur, uſ-*

que in triſinium pedes CCLXX. Cajus & Theodoſ. *Cathetum in terminum præſidentem in formam triſinii collocavimus. Nam & alios terminos quadros curſorios poſuimus.* Ergo Curſorius non incipit in quadrifinio neque uſque in trifinium aut quadrifinium pergit, ſed qui ibidem loci collocatur præſidet curſoriis. Unde & nomen aſſumpſit is terminus.

Curſorium, ut differunt Foſſatus & Foſſatum, Caſalis & Caſale, ita fere differt Curſorius & Curſorium. Foſſatus enim ut locatur in Foſſato, & Caſalis in Caſali, ita & Curſorius terminus in Curſorio. Cajus & Theodoſ. p. 253. *Alios terminos quadratos curſorios poſuimus. Qui neſciunt eorum menſuram non eos intelligunt, an in triſinio an in curſorio ſint.* p. 257. *Aquarum putei aliquoties in curſorio à terminis demonſtrantur.* Eaque prorſus ratione differunt *ergaſtulus* & *ergaſtulum.*

DE. Latinus, *Caput de aquila*, id eſt caput aquilæ, ut Cicero 4. Tuſcul. *Si qua ſunt de genere eodem.* Et Horat.

Cætera de genere hoc (adeo ſunt multa) loquacem
Delaſſare valent Fabium.

De intus ſextanea parte. p. 237. id eſt intra ſextaneam part.
De latus. 221. 236.
De latus ſe. & ſæpius alibi. 220. 221.
De latus ſiniſtrum. p. 225. 233.
De latus montem. 233.
De latus limitem. 237.
De latus rivi. p. 233.
De latus monte. 237.
De manu. 270.
De montem. 237.
De rivum. ibid.
De ſiniſtram partem. ibid.
De ſub ſe. 223. 238.
De ſub rivum. 238.
De ſub rivo. p. 226. *De ſub uno. De ſub quo.* Leg. Longob. 2. 41. 2.

Decanummus. p. 265. denarius. cujus quarta pars ſeſtertius, decima as. Vitr. 3. 1. *Noſtri primum fecerunt decem antiquum numerum, & in denario denos æreos aſſes conſtituerunt.*

Decus & *Decuſſes.* Siculus p. 8. *In verſuris decuſſes inveniuntur aut gammæ.* Quæ non diſtinxit I. G. Laurenbergius in Antiquario, ſed confudit. Ita enim ibi: *Regammans linea decuſſata in figuram literæ* Γ, *decurrens.* Decuſſatio enim fit in modum literæ χ Græcorum, vel X Latinorum. v. *Stella.*

Decidere. p. 270. *ſubtus terram deciſimus, ut firmarentur lapides.* Id eſt effodimus ut in eo effoſſo ſolo termini locati adjectaque terra foſſititia circumcalcati firmius ſtarent. Sic *foſſatum* p. 267. explicatur per *deciſum. Foſſatum, deciſum parvum in fine pro termino poſuimus.* Mago item & Vegoja dicunt p. 258. in limitem conſtituiſſe *foſſas ſive montes deciſos*, id eſt effoſſos, excavatos. Et p. 246. mentio fit *lapilli deciſi*, id eſt, in quo per quadratarios excavata linea aliudve ſignum eſt rigorem limitis indicans. Similiter p. 245. dicitur, *in ipſo lapide deciſa eſt*, id eſt inciſio, eo quo dictum eſt modo. Præterea in Chronico Gervaſii legitur inter alia prohibitum ei, qui ad defenſionem terræ ſanctæ, ut loquebantur, iturus eſſet, ne *habeat pannos deciſos, vel laceratos*, id eſt ornatus gratia inciſos. Tamen *deciſa* ſunt etiam p. 270. fruſta quæ decidunt de lapidibus dum cęduntur dolanturque, quæ alibi *cæſura* dicitur. Verba ſunt: *Subter terram deciſas invenies, quas deciſas in omnibus finales ſumunt.*

Deciſus terminus de lapide vivo p. 267. ille eſt quem Dolabella p. 294. de verticibus petrarum per quadratarios dicit formari.

Deciſio, pactum. Front. p. 113. *Ne id ſequaris*

quaris quod pacti deciſioniſve cauſa cenſuerunt. Et p. 138. *Ne id ſequaris quod aliqua pars poſteriori tempore pacis deciſioniſve cauſa inter ſe cenſuerunt.* L. 24. ff. de pact. *Cum in eo eſſet pupillus, ut ab hæreditate patris abſtineretur, tutor cum pleriſque creditoribus decidit, ut certam portionem acciperent.*

Definitio, pactum, conventio. Leg. Wiſigoth. 3. 4. 2. *Si inter ſponſum & ſponſæ parentes... facta fuerit definitio... & poſtea puella vel mulier adulterium commiſiſſe detegatur... contra priorem definitionem.* Et lib. 10. tit... cap. 19. *Si quis terram... per ſcripturam aut quamcumque definitionem acceperit poſſidendam.* Hinc patet quæ apud Aggenum p. 63. ſint *definitionis loca*, nempe de quibus pactum conventumque eſt, ut aliter quam primitus aſſignata erant, poſſiderentur. Verba ejus ſunt: *Non à trifinio aut quadrifinio, ſed ex quolibet alio finis loco incipientis termini recturam dirigit, & per inceſſum definitionis loca quadam alteri fundo adquirit, aut ſolum aufert,* & aliud *ejus loco redditur.*

Defendere ſibi. vindicare, ſibi aſſerere. p. 22. & 52. l. ſi oleum ff. de dol. *Si oleum tuum quaſi ſuum defendat Titius.* Legib. Wiſigoth. 10. 1. 11. *Terras dominus pro ſuo jure defendat.* Aggen. p. 75. *defenditur populo.*

Deflexus qui de limite detorquentur. Sicul. p. 20.

Denormata linea p. 252. ad normam formata.

Deicere arbores. Sicul. p. 8.

Deicere terminos. Paulus p. 346. l. 55. §. 2. ff. de leg. 3. l. 13. ff. de uſufr.

Delimitare, limitibus diſtinguere & ſeparare. Front. pag. 38. *Quicquid ſecundum hanc conditionem in longitudinem eſt delimitatum per ſtrigas appellatur.* Sic leg. p. 119. *Delimitatio eſt per rationem arcarum.*

Delimitatio. 142. 143. Aliud autem delineatio, quod non animadvertit Solini interpres p. 918.

Deſcendit arca. p. 224. Sic *mittit arca.* 221. *& terminus tranſit.* 243. Id eſt, lineæ illæ quæ emittunt arca & terminus deſcendunt & tranſeunt.

—— *limes.* 245.

—— *linea.* 232.

—— *rivus.* 233.

Devexus locus. 52. *Devexa collium.* 121. *Devexa montium.* 146.

Diagonium. 172.

Diagonalis linea. 184.

Diametrus. 314. 316.

Diaſtema. 33. 36. 172. Philox. Spatium, Διάστημα, Προθεσμία.

Dictare metas. 168. 218.

—— *rigorem.* 285. &, *rigorem obſequendum.* 218.

Digitus, minima menſurarum. Front. p. 30.

Dirigere, mittere. p. 341. *Agrimenſor dirigatur.* Hieron. ad Auguſt. *Firmum anno præterito Ravennam & inde Africam Siciliamque direximus.* & poſt. *Litteras meas ad S. presbyterum Firmum direxi.* Sex. Aur. Vict. *Ad quem indumenta regia direxerat.* & ſic in jure, & alibi.

Dirigere menſuram. p. 169. eſt menſuram agere. Sic p. 113. *limites directi*, non alii ſunt quam acti limites. Huc ſpectat quod p. 218. dicitur, *ferramento indomita dirigere.* id eſt confragoſa, iniqua, atque impervia ope dioptræ in menſuram redigere. Atque ea ratione limites dirigi dicuntur, qui & ipſi, ſed alia ratione, dirigunt, id eſt recta pergunt, incedunt. Hyg. p. 150. *Duos limites conſtituerunt, unum qui ab oriente in occidentem dirigeret.* Nam directus idem quod rectus. Lucret.

At ſimulacra viis directis omnia tendunt.

Vitr. 6. 2. *Remi cum ſint ſub aqua directi, tamen oculis infracti videntur.* Ambroſ. 5. Hexam.

5. Hexam. *Quantum diſtat inter* navium *directos curſus & reflexos?* Non ergo dirigere eſt prorſum ire ut notatur libro de Annis climacter. pag. 428. Nam & quod transverſim dextra ſiniſtrave ierit etiam dirigere dicitur, ſi modo recta ierit. Unde pag. 296. *In agro olivario ſic quaris quo dirigant fines. Si ordines olivarum ſibi in transverſo occurrerint, hic eſt rigor finalis.* Sic & qui limis oculis directim intuetur, ſed non prorſum. Imo ſi retrorſum incedant, dirigere & dirigi dici poſſunt. Front. p. 114. *Limites contra orientalem recturam dirigebantur.* Qui inceſſus prorſo eſt contrarius.

Directura. p. 244.

Direptum lineis. Simplic. p. 87. *Direptum ſignis, aut foſſis aut terminis.* Idem p. 88. id eſt diviſum lineis, ſignis &c.

Diſconvenit. 43. 198.

Diſconvenientes arborum ordines. 7. 296.

Divergia aquarum. p. 24. 121. & alibi Diverticula. quæ tam manu fiunt, quam ipſarum curſu aquarum. Front. p. 45. *Vel divergiis aqua, qua aut loci natura, aut ſolers procuravit antiquitas.*

Diverſus. modo alius, ut Sicul. p. 17. *Modum pro modo ſecundum bonitatem taxabant, & in locum ejus quod in diverſo erat majorem partem accipiebant.* Sic Plinius ad Trajanum: *Ipſe proficiſcebar in diverſam Provincia partem.* Modo diſſimilis. Idem Siculus p. 7. *Quidam in finibus qualeſcunque arbores intactas finales obſervant à ſe diverſas.* Quandoque item contrarius, quod & notatum aliis.

Diviſio, ager diviſus. Siculus p. 21. *Singularum regionum diviſiones.* Sic cultura, ager cultus: menſura, ager menſura comprehenſus.

Dorſum, cujuſque rei ſuperficies. p. 261. *In planis dorſis quam maxime terminos poſuimus.* Virg. *Neu dorſo nemoris libeat jacuiſſe per herbas.* & apud eundem: *Spelunca dorſo inſurgens.* apud Min. Felicem: *Dorſum maris.*

Dolare. Simpl. p. 88. *Si ſuperior pars dolata, inferior ſubulis impolita.*

Dolatiles lapides. p. 270. dolati.

Duodecima pars. p. 252. *A duodecima parte per ſubrectiora loca.* Id eſt ab occidente. Nam duodecima ſolarii linea in occidentem cadit. Eadem ratione eſt p. 220. 221. *à ſextanea parte.* Erit igitur *limes ſextaneus,* cujus mentio p. 223. qui in ſextam ſolarii lineam, hoc eſt meridiem ſpectat.

E*Dictum.* Hyg. p. 186. *Cum poſſidere unicuique plus, quam edictum continebat, non liceret.* Quod alibi *lex agraria & lex colonica.*

Effigies. 6. 144. 146.

Egregius terminus. Front. p. 115. *Imperator ... inter privatos egregios terminos poſuit.* id eſt vulgaribus eminentiores. Gloſſ. vett. *Egregius,* ἔξοχος. Egregium, ἐξαίρετον, ἔξοχον.

Ejicere lineam. Hyg. p. 176. Incertus p. 319.

Embadum. p. 247. *Termini ſi duo in unum fuerint embadum forma oſtendunt.* Boëthio embadum area, areale pavimentum, arealis planitudo, & arealis ſuperficies.

Elementum. 170.

Emeritus, veteranus, poſt exacta ſtipendia militia miſſus. Hyg. p. 159. *Erat tunc præmium terra & pro emerito habebatur.* Lucanus:

> *Qua ſedes erit emeritis, qua rura dabuntur*
> *Qua noſter veteranus aret?*

Enormis & liquis. Citantur hæc verba Scaligero & Paſſeratio, quorum tamen neuter ſententiam ſuam de iis dixit. Primus quod ſciam fecit id noſter Exercitator p. 669. ſed ita dixit ut nihil dixiſſe debeat videri, quam quod Solinum carpſerit qui lineam rectam normalem vocarit, carpendus ipſe cum jam olim

Budæus notarit ad l. fin. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. ſimili modo loquutum Quintilianum & Cenſorinum. Verum monendum hic tamen, auctorem quem Budæus innuit Auctorem incertum eſſe ſed diu pro Cenſorino habitum. Locus autem ex eo à Budæo citatus hic eſt: *ea linea Græce κάθετος Latine norma dicitur.* Et ita hoc loco *linea enormis* eſt quæ extra normam abit, id eſt curva aut flexuoſa. Alter qui de his judicium ſuum interpoſuit eſt Laurenbergius Gromaticæ lib. 2. c. 2. ubi ita ſcribit: *Vicus in agro Corinthiaco Delta nomen obtinuit, quia triangulari forma extructus cernitur. Hac ſimilitudine agros quoscunque tribus angulis cuneatos Tricranos aut Triquetros aut Delta appellare voluerunt menſores. Et inter eos qui à facie & imagine τ̃ Δ aliquantulum declinantes in anguli recti quantitatem dilatantur Normalium titulo inſignierunt, reliquos vero ſive in apicem omnino cuſpidatos, ſive ſupra normam retuſos Liques appellaverunt.* Sed hæc omnia absque auctore dicuntur, & loco menſuræ *enormis* etiam *Normalem* repoſuit. Ut nos certius aliquid hac de re afferamus verba mentemque auctoris paulo accuratius inſpiciemus. Dixerat ſummitatum duo eſſe genera, quarum una *plana, quæ æqualiter rectis lineis eſt interpoſita.* Unde ſequitur, quod tamen aut non dicit aut certe non extat, alteram non eſſe planam, nec æqualiter ſuis lineis interjacere. Deinde ſubjungit: *Omnium autem ſummitatum metiundi obſervationes ſunt duæ, enormis & liquis. Enormis, quæ in omnem actum rectis angulis continetur. Liquis, quæ minuendi laboris cauſa, & ſalva rectorum angulorum ratione ſecundum ipſas extremitates ſubtenditur.* Sic vulgo: ſed legendum ut in M. S. *in omnem actum rectis lineis.* Ut ergo duæ ſummitatum ſunt ſpecies, ita duos metiendi modos eſſe etiam oportet: unum qui planam & æqualem, alterum qui inæqualem & gibboſam ſuperficiem aut ſummitatem metiatur. Prior facilis admodum eſt, ſi planities illa contineatur rectis angulis, cognita enim capitum laterumque menſura, atque una ducta per alteram, totius figuræ modum explicabis. Quod ſi tamen ſit ſuperficies quæ ſit gibboſa eamque ſpreta inæqualitate ut ſuperiorem velis metiri, minuendi laboris gratia, licebit uti modo ſupraſcripto, laterum & angulorum habita tantum ratione, eaque obſervatio eſt *liquis.* At metiundi ratio quæ omnem inæqualitatem perſequitur *enormis* vocatur, quæ menſuratio non fit *angulis rectis*, ut plerique codices habent, ſed *rectis lineis*, quod in uno M. S. invenimus. Lineæ vero hæ ita rectæ dicuntur, quomodo infra dici annotabitur *Recto flumine, jugo, itinere, littore*, &c. Ut enim recto incedit itinere, qui à via non deflectit, licet ea in varios ſe torqueat flexus, ita & rectis lineis ille aget ſummitatis menſuram, qui aſſurgentis deſcendentisque ſoli ſequetur ductum.

Enuntiatio, & enuntiatura eſt p. 217. Geometræ determinata expreſſio menſuræ quam agit.

Epipedum. pag. 31. *Planum eſt quod Græci ἐπίπεδον appellant.* Nulli ergo ſunt agri qui peculiariter vocantur Epipedonici, quos tamen excogitavit Laurenb. 1. Grom. 3.

Epipedonici termini. Front. p. 112. de his alibi.

Evocatus. p. 209. Beneficiarius ab imperatore militia primum ſolutus, & deinde urgente neceſſitate ad bellum revocatus. Cæſar: *Evocatorum circiter duo millia quæ ex beneficiariis ſuperiorum exercituum ad eum convenerant.* Ii majore in dignatione quam milites ordinarii. quo ſpectat quod eſt in vet. inſcr.

Aram

Aram evocatus poſuit quam caligatus voverat. Quod Galbæ occaſionem dediſſe videtur deligendi *equeſtris ordinis juvenes qui manente annulorum aureorum uſu Evocati appellarentur, excubiaſque circa cubiculum vice militum agerent.* Plura de Evocatis Turneb. 1. adverſ. 9. Lipſ. 1. de mil. R. dial. 8.

Examen per arcam quomodo fiebat liquet ex iis quæ traduntur p. 261. Et hinc *Arca examinis* p. 223. & p. 224. *In monte arcam conſtitutam habet examini.*

Excepta ſunt, *quæ aut ſibi reſervavit auctor diviſionis & aſſignationis, aut alii conceſſit.* Siculus p. 18. Alii ſcilicet quam colonis, ut ſunt quos benemeritos vocant, quibus auctor gratificari voluit. Ea autem ratione dicuntur excepta, quod ab oneribus quæ aliis incumbunt eximantur. Unde Hyg. p. 186. *Excepti ſunt fundi benemeritorum, ut in totum privati juris eſſent, nec coloniæ ullam munificentiam deberent.* Cic. 3. de Natur. Deorum. *Noſtri quidem publicani cum eſſent in Bœotia, agri Deorum immortalium excepti lege cenſoria, negabant immortales eſſe ullos, qui aliquando homines fuiſſent.*

Exceptus aliquando modus flumini. Sicul. p. 19. Sic aliquando exceptus modus limitum. ib. & p. 208. & viarum publicarum. ib. id eſt exemptus menſuræ atque aſſignationi.

Excogimus habere. p. 222. *Excogimus obſervare.* ib. *Terminos excogimus requirendos.* p. 227. Nihil aliud quam cogimus, aut imperamus.

Exigere numerum. p. 285. ibid. *medium rigorem.* ibid. *trigona.* ibid. *baſim.* ib.

Exlinearia apud Simpl. 87. ſunt ſubſeciva.

Expectare. Innocent. p. 231. *invenies expectantem montem ſubter oſtendere.* Exercitator Plinianus p. 56. & alibi, expectare poni contendit pro ſpectare. Ego tamen diverſa cenſeo. Nam ut ſunt termini & ſigna qui dicuntur *mittere* ſimpliciter, vel etiam *mittere lineam*, de quibus dicetur infra, ita & ſunt termini aliaque ſigna quæ miſſam eam lineam excipiunt. Unde & apud Simpl. p 85. eſt *terminus excipiens.* Et apertius etiam Aggenus p. 51. *ſive ab alio lineam procedentem excipiat* terminus. Et hæc ſigna vel termini etiam proprie *expectare* dici mea ſententia poſſunt. Ut enim ſuperiora mittunt, ſic inferiora expectant & excipiunt. Et ſic eſt fundus ille conſtitutus, de quo ibi Innocentius, *habens ſuper ſe montem & ſub ſe montem.* Et in eo fundo eſt *terminus plumbatus in via. Hujus linea excurrit per latus montium.* Et eſt terminus *alter, cui acutum cyprinum ſuper,* eum *invenies expectantem montem ſubter oſtendere.* Mons expectans eſt ergo, lineam excipiens quam ſuperior mittit. Nec multum abit quod eſt apud Latinum & Myſr. p. 254. *Alluviones & divergia aquarum & itinera finem faciunt, quæ tamen vicem limitum expectant.* Front. p. 132. *Recturas maritimas & montanas expectant.* id eſt venientes à montibus & à mari. Ut non neceſſe exiſtimem differentia hæc verba confundere.

Exſolute, non directim, ſed libero vagoque inceſſu. Quæ enim exolute finem faciunt non ſunt manu facta, ſed naturalia omnia, ut rivi, montes, flumina, lapides nativi ſeu petræ, quæ in diverſa vagari ſolent. Pag. 241. *ſuper ſe fluvium, ſuper rivum, de quibus unus eſt qui aquam perennem habet, ipſe finem exſolute facit.* pag. 242. *per modium, qui rivus interpretatur, & in fluvium deſcendit, ſine dubio exſolute finem facit.* p. 243. *foſſatum qui rivus interpretatur, fines per ipſum conſtituimus exſolute.* p. 244. *lapides nativos, quod eſt exſoluti.*

Extenuati limites. p. 114. 131. de his alibi.

Extor-

Extorqueo, extra rigorem torqueo, declino, deflecto. p. 264. *Maritimus limes ſolet frequentius rectus dirigi, quod interpretatur non extorquet... Gallicus... frequentius curſum rumpit, extorquet, & ſaltum dat.* Ejuſdem ſignificationis eſt *detorqueo.* Siculus: *Deflexus illi qui de limite detorquentur.*

Extracluſa, vel *ager extracluſus* ſitus eſt in coloniæ territorio, atque ita intra lineam finitimam, quæ totum territorium ambit, & tamen extra limitationem. Front. p. 39. *Ager extracluſus eſt, qui intra finitimam lineam & centurias interjacet, ideoque extracluſus quia ultra limites finitima linea clauditur.* Agg. *Extracluſa quod extra limitum ordinationes ſint, & tamen fine cludantur.* Hyg. *Si qua regio in extremitate limites non acceperit, eum locum vacantem ſignificabimus, hac inſcriptione*, LOCUS EXTRACLUSUS. Is vero ager, ut ait Frontinus, *eſt ſimilis ſubſecivorum conditioni*, quia, ut ſubſeciva, *in ejus qui aſſignare potuit remanet poteſtate.*

Facies maceriarum Sicul. p. 11. *limitationis.* idem p. 24. *culturæ.* idem p. 22. *locorum.* l. 3. ff. de ter. mot. *honeſti.* Cic. 1. de off. *literæ.* Columell. 3. 13.

Facilitas agri, planities. Hyg. *Multi agri facilitatem ſequuti ibi D. M. & K. M. conſtituerunt.*

Falx. Hyg. p. 195. *Aſſignare debemus qua falx & aratrum exierit.* Hæc pertinere ait Laurenbergius 2. Grom. 4. *ad rigores determinaturos extremitatem poſſeſſionum, qui ducebantur falce aratri.* Sed ego ut aratri vomerem & cultrum agnoſco, ita falcem neſcio. Nam cum multa recenſeantur falcium genera ab Catone cap. 240. varrone 1. de R. R. 22. Columella 2. 21. & 4. 25. Palladio 1. 43. Ulpiano in l. 8. ff. de inſtr. vel inſtr. leg. nullas tamen falces aratri recenſent. Præterea hæc verba non pertinent ad rigores aut fines poſſeſſionum, ſed ad ipſum agrum qui aſſignabatur, quem cultum frugiferumque oportet eſſe, patientem aratri falciſque. De quo autem genere falcium intelligendum ſit quod ibi refertur apud Hyginum, non puto ambigendum, cum ſilvas & paſcuum agrum excludat, & non dari oportere dicat eorum quidquam, niſi ad ſupplendum acceptæ modum. Non ergo deſignantur falces putatoriæ, ſilvaticæ, aut fœnariæ, ſed meſſoriæ, quibus ſata demetuntur.

Faſciatus limes apud Boëth. M. S. 4. de Geomet. eſt qui utrimque acto rigore faſciam refert. Verba quidem ſic ſcripta extant: *Rigor eſt quicquid inter duo ſigna vel in modum lineæ rectum perſpicitur. Hoc eſt, utique quod in planitie recti poſiti ſunt limites, id eſt faſciati.* Sed emendandum puto: *velut in modum lineæ perſpicitur. Hoc eſt, utrimque quod in planitie recti poſitum limitis, hoc eſt faſciati.* Eſt ergo limes faſciatus unius ſcamni. de quo alibi pluribus.

Familiariter, per familias. Front. p. 119. *Agros in montibus acceperunt familiariter.*

Ferramentum, groma. p. 169. 177. 218. 219. 285. v. *Tetrans.*

Fidem habere, mereri fidem. Siculus p. 6. *Quæ manu fiunt fidem habere debent.*

Fides terminorum. Sicul. p. 5. *publica.* p. 347. *poſſeſſionis.* 131. *ſignorum.* p. 254.

Finis ſolidus. Sicul. p. 14.

Finis pro limite. p. 225. *Delatus ſe fines grandes habens, ſub ſe autem latiores, in longitia breviores.* p. 234. *Campus eſt* qui *fines rotundos habet & cultos. per medium finem aqua viva.*

Finis pro termino. p. 230. *Quæ via obſervat omnes fines aſpratiles.* p. 236. *Fines egregii & quadrati.* p. 271. *Fines quadræ.* &c.

Finis pro poſſeſſione. Sicul. p. 24. *Illud compertum eſt pluribus locis ita fines datos.*

Hyg.

Hyg. p. 166. *Fines qui culturam accipere poterunt.* Sic Horatio *Silvanus* dicitur *tutor finium.*

Finis alia. p. 233. *torta fines.* p. 235. &c. Gell. 13. 19.

Finis jugalis. p. 230. an is qui definitur montium jugis? an vero qui jungitur ſimul ex diverſo procedens regionis ſitu?

Finiunt viæ. p. 9. 308.

Finitimus. p. 63. *finitima argumenta.* p. 189. *finitima notæ.* p. 119. 244. *finitima ſigna.* p. 127. *finitimi muri.*

Finitima contemplatio. p. 31. *Signum eſt, cujus pars nulla eſt. Hæc eſt omnium extremitatum finitima contemplatio.*

Finitima linea. Agg. p. 48. de hac alibi.

Finitiones, res ipſæ quæ fines faciunt, & vicinos arcent. Siculus p. 13. *Ita fines ordinati ſunt, ut rigores durent per longum tractum, incedenteſque in viis aut rivis, aut ſubſtructionibus, aut rigoribus, aliiſque finitionum generibus.* Sic apud eundem *finitiones apparere* dicuntur p. 22. & negantur *via privata ad finitiones agrorum pertinere.* p. 10.

Finem faciunt aggeſtus petrarum. p. 124.
——— arbores antemiſſæ. p. 122.
——— arbores peregrinæ. p. 120.
——— aquarum divergia. p. 121.
——— arcæ. p. 141. 257.
——— canabulæ ſive novercæ. 257.
——— canales & novercæ. 142.
——— carbunculi. 119. 142.
——— cavæ. 138.
——— collectiones petrarum. p. 127.
——— congeries. p. 142. 143.
——— congeſtiones petrarum. p. 122. 258.
——— coronæ. p. 138.
——— curſus fluminum. p. 122.
——— curſus rivorum. ibid.
——— devexa montium. p. 146.
——— flumina. p. 122.
——— foſſæ. p. 127.
——— foveæ. p. 124.
——— Hermulæ. p. 142.
——— imbrices. 257.
——— inſtructuræ. ibid.
——— itinera. 138.
——— juga montium. p. 122.
——— lapides naturales ſignati. p. 127.
——— maceriæ. 122.
——— metalla materiæ ligneæ vel ſaxorum. p. 142.
——— monumenta. p. 122. 141. 347.
——— muri. p. 142. 122.
——— muri finitimi. p. 127.
——— nymphæ. p. 126.
——— ordines olivarum, qui ſibi in tranſverſo occurrunt. p. 120. 296.
——— pali ſacrificales. p. 122. 124.
——— pali lignei ſacrificales. p. 129.
——— petræ naturales ſignatæ. p. 122.
——— putei. p. 120. 121. 122.
——— ripæ. p. 142.
——— ripæ per devexa collium. 121.
——— rivi. p. 121. 125.
——— rivorum tenor. 143.
——— ſcorpiones. 142. qui alibi ſcorofiones dicuntur.
——— ſepulchra. p. 120.
——— ſupercilia. p. 122. 257.
——— ſpatulæ curſoriæ. p. 124. ſpatulæ vel metæ. 141.
——— tumores terræ. 146.
——— viæ. p. 9. 121. 126.
——— viæ militares. 146.

Flaminia. 228. & ſæpius alibi.

Fluminium. 235. 237.

Flumicellum. p. 127. *Sub via flumicellum, & trans flumicellum aquam vivam.* Sic derivatum à flumine, non à fluvio.

Flumen torrens. p. 59.

Fluminalis glarea. 267.

Focus. Siculus p. 22. *Quoniam ut ſæpe invenimus uni foco territoria complurium acceptarum attribuantur.* Servius ad illud Virg. *Hortor amare focos. Quidam per focos Lares ac per hoc domicilia tradunt.*

dunt. Nec diſſimile eſt quod legibus Burgundion. legitur, *Tectum aut focum negare.* & *Tectum aut focum non dare.* Unde l. 12. ff. de inſtr. vel inſtr. leg. vocatur *focaria* mulier, quæ una eademque domo cum patrefamilias vivit. Et apud Radulfum *Focaria canonicorum.*

Fons quatuor angulatulis. p. 303. habens quatuor angulos.

Fontana. 233. 237. fons.

Fontanea. 239.

Forata. Simplic. p. 88. *Licet terebris foratam tornutis intromiſſis habere dicantur* antemiſſæ.

Foris. p. 273. *Terminos foris limitem ponere.* & ib. *Fluvius qui foris in agrum non vagatur.* Leg. Longobard. 2. 9. 1. *Si puella libera foris provinciam ſervum alienum ſecuta fuerit.* Apud Veget. de art. vet. aliquoties eſt *deforis & intrinſecus.*

Forma, typus ſive delineatio territorii. Sicul. p. 3.

Formæ agrorum. 3. 16. 205. *locorum.* ibid. *poſſeſſionum.* 3.

Foſſa finalis. propria. obliqua, aut transverſa. Sicul. p. 10. *cœca.* p. 75. *Ejuſdem conditionis eſt de cloacis & foſſis cœcis.* Duo autem ſunt genera foſſarum: cœcarum, & patentium; de quibus videndus Pallad. 3. 6. Colum. 2. 2. & Plin. 18. 6. Lucretius corpora & primordia cœca ipſe clandeſtina appellat. quæ ſcilicet lateant, ut latent foſſæ cœcæ.

Foſſa interjecta per recturas limitum. p. 115. de his alibi.

Foſſula in termino. p. 247.

Foſſatum, quod fodiendo cavatum & deciſum eſt. p. 243. *Foſſatum qui rivus interpretatur*, manu nempe factus. Nam p. 267. eſt, *foſſatum, deciſum parvum.* Et Pallad. 10. 13. *Serendum eſt ergo, ne ſerpat ulterius circumveniente foſſato.* Leg. Longobard. 1. 27. 4. *Si quis foſſatum in terra aliena fecerit.* & 9. *Si quis foſſatum in via fecerit... & ſi ipſum foſſatum cavando damnum fecerit.* Et ita legendum in Gloſſ. Iſidori: *Foſſatum, terræ hiatus.* Vulgo legitur, *Baſſatum.* J. Meurſius ad eum Iſidori locum manu ſua annotavit in codice quondam ſuo, qui nunc meus eſt, *Baſatum*, & interpretatur, *Baratrum.* Sed vix eſt ut ejus ſententiæ accedam.

Foſſatus, terminus in foſſato poſitus, ut curſorius qui in curſorio. P. 254. *Conſtituimus in ſequentibus lineis foſſatos, quos Auguſteos appellamus.* p. 267. *Foſſatos alios finales majores ſine dubitatione invenies.*

Fovea. 124.

Fovea Auguſta. p. 265.

Fragmina tegularum. p. 253.

Frons termini. 249.

Fundare terminis. p. 198.

Fundus, locus circumquaque pedum cxx. ſecundum ea, quæ traduntur auctore incerto p. 216. Quod & in libro de annis climact. tranſcriptum quamvis auctor diſſimulet. Ubi tamen præter veritatem additur, Fundum, Hæredium & Sortem idem eſſe. Si enim Incertum illum. p. ibid. ſequemur, *Hi duo fundi* pedum cxx. juncti *jugerum definiunt. Deinde hæc duo jugera juncta in unum quadratum agrum efficiunt, quod ſint in omnes partes actus bini. Quidam appellatum dicunt ſortem, & centies ductum Centuriam.* Quod ſi ſit, Fundus quartam Sortis partem obtinebit. Hæredium autem duo jugera tenere ſcribit Varro 1. de R. R. 10. Feſtus: *Hæredium, prædium parvulum.* Eſt autem hæredium, mea ſententia, quod ita datum eſt ut ad hæredem tranſiret, nec venire liceret. Hoc enim plerumque legibus agrariis cavebatur. Quo ſpectat quod p. 118. dicitur *multa loca hæreditaria accepit ejus populus* à Conditore. Quod & eſt p. 121. 125. 142. Et quod notandum eſt, iis locis ut diverſa ſtatuuntur *loca hæreditaria accipere* & *jure ordinario poſſidere.*

Erit ergo Hæredium non aliud, quam quod aſſignatione datur eâ qua dictum lege. Non vero, ut hactenus creditum, quod hæreditate obvenit. Et ipſe Varro Hæredium non definit eſſe, quod hæres ex ſucceſſione defuncti accipit, ſed *quod hæredem ſequitur*, ex neceſſitate ſcilicet legis agrariæ.

Fundus liber. p. 225.

G*Amma*, figuram hujus literæ præferens. Siculus: *In verſuris quæ notata ſunt* arbores *aut decuſſes inveniuntur, aut gammæ*. Pag. 278. Fundus *in gamma jacere* dicitur, qui ea eſt forma. Et ab eadem illa, p. 228. 271. *limes* vocatur *gammatus*.

Gemelli termini videntur p. 214. vocari, qui p. 247. dicuntur *duo in unum*. ſed de his alibi.

Germana herba p. 281. dici videtur proba & ſincera, quomodo Columell. dixit 3. 2. *aminæas germanas*.

Gnomon, norma, aut quodcunque ad normam erectum eſt, ut ait D. Barbarus ad Vitr. 9. 9. Qualiter etiam erigebatur gnomon, de quo Hyginus. p. 176. *indagator umbræ, qui Græcè* σκιαθήρας dicitur, ut eſt apud eundem Vitr. 1. 6. v. tamen *Enormis*.

Gnomonice. Hyg. 170.

Gradus, ordo dignitaſque tam inter cives quam milites. Sicul. p. 17. *Manipulus ergo ſi ſingulas acceptas accipient, aliqui gradus ſingulas & dimidias, aliqui binas*. Vet. inſcript. H. S. X. MILIA. N̄. REDDEDIT. QUÆ. DIVISA. SUNT. POPULO. PER. GRADUS. In l. 3. ff. de term. mot. Gradus termini ſunt rigores vel lineæ limitis, in quibus locantur termini. Verba ſunt: *Lege agraria, quam G. Cæſar tulit adverſum eos, qui terminos ſtatutos extra ſuum gradum fineſve moverint dolo malo, pecuniaria pœna conſtituta eſt*.

Groma Gl. Διόπτρα ἤτοι μέτρων, *gruma*. Feſtus, *Groma appellatur genus machinulæ cujuſdam, quo regiones agri cujuſque cognoſci poſſunt: quod genus Græci dicunt* γνώμονα. Non eſt autem decempeda ut perperam annotatum Exercitatori ad Solin. p. 685. Neque eadem quæ chorobates, ut idem ille contendit p. 673. ut liquido apparet ex iis quæ tradit Vitruvius lib. 8. c. 6. & Dan. Barbarus ad eundem locum. Figebatur autem humi ab Artifice hæc groma auſpicaliter, ſive auſpicio habito, ipſo forte conditore præſente, ut eſt apud Hyginum, tum proſperi ſucceſſus cauſa, tum ne vellere cuiquam aut violare liceret, tanquam rem ſacratò ibi conſtitutam. Nam ibi fixam manſiſſe, uſque dum diviſio aſſignatioque peracta erat, mihi fit veriſimile, propter hæc quæ lego pag. 301. *Si in agro aſſignato aliquis modus vacaverit, ne putes ſubſecivum remanſiſſe. Quare primum, anne poſt æs fixum, & machina ſublata ſecunda aſſignatione alicui adſignatum ſit*. Ex eo loco patere namque arbitror æs figi, machinamque gromaticam vel gromam tolli demum fine diviſioni aſſignationique impoſito. Æs autem figere nihil aliud eſt, quam legem colonicam publicare, affixa publicè tabula ærea, cui erat inſcripta. Quomodo apud Ovidium eſt:

——— *Nec verba minantia fixo*
Ære ligabantur.

Hic autem locus ubi groma ponebatur à menſore & ipſe groma appellabatur. quo ſpectant hæc Nonii: *Grumæ ſunt loca media, in qua directæ quatuor congregantur & conveniunt viæ*. Ut enim in caſtris, ſic etiam in diviſionibus machina in medio conſtituta videtur, ubi tetrantem definiret. Ut autem Groma & machinam & locum, in quo poſita, deſignat, ita idem de Tetrante dicendum eſt, ut poſt indicabitur.

Græcales lapides. 116. notati literis Græcis.

Grumi. 146. videntur Botontini minores.

Colum. *Grumos, quos ad verſuram tracta faciunt crates, diſſipabimus.* Inde *degrumare*, grumos amovere.

H*Emicyclares termini.* 251.

Hermula. p. 142. 213. Gl. Iſidori, *Hermula ſtatua ſine manibus.* Juvenal. ſat. 8. *Truncoque ſimillimus Hermæ.* Ubi vetus interp. *Herma effigies ænea aut marmorea ſine manibus, quales videmus in circo.*

Hæreditaria loca. Front. p. 118. *Multa loca hæreditaria accepit ejus populus.* p. 142. *Multa loca hæreditario jure accepit ejus populus, & agrum qui à fundo ſuo tertio vel quarto vicino ſitus eſt, in jugeribus jure ordinario poſſidetur, ſicut Interamna Flaminia, & Interamna Paleſtina Piceni.* de quibus & p. 118. & 125. prius dictum erat. Ex quorum collatione liquet *loca hæreditaria* appellari, quæ legis neceſſitate ad hæredem tranſmitti deberent, & opponi ea ipſa iis, quæ data ſunt ut jure ordinario poſſiderentur. Tam autem illa quam hæc acceperat populus coloniarum. v. *Fundus.*

Humoroſa loca. p. 141.

Hypotenuſa. p. 253.

J*Acentia.* p. 219. Gloſſ. Iſid. *Iacentia, ſubciva, reliqua.* Puto vero ſcripſiſſe Iſidorum, *ſubſeciva, relicta.* Nam hæc ejuſdem juris.

Iacet in ſcamnum. p. 280.

—— *in trigono.* 283.

—— *in gamma.* 278.

—— *in quadro.* 282.

—— *in octogonium.* 284.

Ignifer. p. 254. 305. *Lapis albus... ſi mixtam venam habuerit ignifer nomen habet.* Non quod ex eo ignis excutiatur, ut perhibet Exercitator Plinianus, id enim & ex alio lapide, imo & è ligno excuti poteſt, quæ tamen ex inde nomen non mutuantur. Sed quos venam ignei coloris habeat.

Immunis apud Hyg. p. 198. non vectigalis. alibi, qui tributum non pendit, Cic. Phil. 2. *Inſpectantibus vobis toto Capitolio tabulæ figebantur, neque ſolum ſingulis veniebant immunitates, ſed & populis univerſis.* quandoque ager qui aſſignatus non eſt.

Immunitas. ager diviſus & non aſſignatus p. 42. *Multis locis aſſignationi agrorum immunitas ſuperfuit.* Et p. 192. *Multis coloniis immunitas vicit aſſignationem.*

Impingere limites vel lineæ dicuntur, cum in quippiam incidunt quæ non tranſeant. ut p. 238. ibid. 265. contrarium ejus *tranſire.* p. 237. *Poſt ſe multas aquas vivas tranſeunt.* & ſic alibi.

Inolitum. Leg. Mam. *Ne quis eos limites decumanosve obſepito, neve quid in eis inolitum, neve quid ibi poſitum habeto.* Non tantum vetatur in limite ſepem habere, ſed nec arborem fruticemve quæ ibi creſcat, imo ne quidem ad tempus ibi quid poni licet, quod poſtea ſis remoturus. Inolitum autem ab oleo, creſco.

Incedunt petræ, limites, rigores, viæ, rivi, ſubſtructiones. Sicul. p. 13. ibid. 20. Item. 248. cum nimirum lineam mittunt.

Inceſſus termini. Agg. p. 63.

Inciſura in termino. p. 265.

Incurſorius terminus. p. 244. *terminum, qui modius appellatur, incurſorius appellatur.* quaſi, non curſorius, hic enim forma quadrata eſt.

Ingreſſus, oſtium. Pag. 295. *Et ædis quatuor ingreſſus habet.* p. 297. *Quare per ædes publicas in ingreſſibus antiqui fecerunt crucem.* Veteribus tamen ingreſſus potius fuit actus ingrediendi, ut inceſſus actus incedendi.

Indigentia. p. 258. inopia.

Indomita, in ſoluto jacentia, nullis limitum regulis obligata. P. 218. *Omnia indomita perpenſo* ferramento *dirigere.*

Inſcriptio apud Sicul. p. 16. & 17. quæ apud
Front.

Front. p. 54. eſt *areſcriptura.* & p. 155. *aris inſcriptio.*
Inſcriptio lapidum terminalium in vertice vel in lateribus. Hyg. p. 155.
Inſpector, agrimenſor. Simpl. 88. *Cum ſui juris aliquis vindicat direptum ſignis, aut foſſis, aut terminis, ſequitur inſpector.*
Inſtrumenta vetera. 42.
Inſtrumentum vetuſtatis. 187.
Inſtrumentum menſorum, comprehendit & typum & libros deſcriptioneſque, ſive commentarios, ut alibi dicitur, totius perticæ à menſore confectos, ut patet ex iis quæ dicit Hyg. p. 193.
Inſtructura Exercitatori Plin. p. 7. terminus eſt *Epicteticalis*, ſed perperam, cum potius ſit quælibet de lapidibus ſtructura, ſive maceriarum ſive arcarum. Front. in Foronovanus. p. 122. *Variis locis per inſtructuras, arcas, rivorum vel fluminum curſus.* Idem in Carſeolis. p. 121. *Interjectis vero locis per inſtructas arcas & monumenta finitur.* Et non modo terminum epicteticalem non eſſe inſtructuram, ſed ne terminum quidem ullum alium ſequens Latini & Myſrontii teſtimonium evincit: *Deficientibus illis terminos poſuimus, aut certe inſtructuram fecimus.* Hic enim aperte ſeparantur inſtructuræ & termini. Aliud enim terminus, aliud quod pro termino obſervatur, v. *Finem faciunt.*
Intentio proprie actoris vel petitoris eſt. l. 9. § 6. ff. ad exhib. *Petitor* dicitur *intentionem perdere & intentionem ſuſcipere.* Plaut. Mil. glor. *Pergin ſceleſte intendere, atque hanc arguere?* Sed & generalius ponitur pro tota lite vel controverſia. p. 343. *Pro intentione quæ inter partes ſopietur.* p. 297. *De quibus poſſeſſionibus intentio vertitur.*
Intentio vertitur. 297. agitatur.
Interciſivum, quod interciſum eſt, ut ſubſecivum quod ſubciſum vel ſubſecatum eſt. ſed de his alibi. Interciſivi autem ſunt & agri & limites, ſed nulli tamen *interciſivi termini*, quamvis illi placeant Laurenbergio 3. Grom. 12. Interciſivos & Proportionales confundit Plinianus Exercitator p. 141. de quo videndum alibi.
Interjecta loca. p. 141.
Interverſura, verſura, coxa. p. 178. 198. 218.
Interjectivum. Simp. 78. *Interjectivi rigoris inceſſus.*
Interjectura. p. 115. 135.
Intervallus p. 112. ut peccatus, tributus. Gell. 13. 19.
Intra digitum. 30. *intra ſemicirculum.* 33. cum digiti aut ſemicirculi menſura moduſve non expletur. Aliud eſt ſi dicam, inter digitos vel pedes. Colum. 9. 1. *Satis eſt vacerras inter pedes octonos defigere.*
Iunciva, p. 234. ſed p. 236. *juncina*, male, nam Juncinum eſt factum ex juncis; Juncivum quod juncis abundat. Uterque autem locus ita conſtitui legique debet: *ſub ſe junciva & foris aquavergens.*
Iuga montium dicta cenſet Aggen. p. 45. *quod ipſa continuatione jungantur.* Sed M. S. Boëthii codice de Geometr. eſt: *Iuga montium ex eo nomen accipiunt, quod ipſa conſignatione jungantur.* An legendum erit *contignatione?*
Iugalis finis. 230. *Iugalis corrigia.* ib.
Iugerum latitudine pedum cxx, longitudine ccxl, definitur p. 291. Quint. 1. 11. *Iugeri menſuram ducentos & quadraginta longitudinis pedes eſſe, dimidioque in latitudinem patere, non fere quiſquam eſt qui ignoret.* Anon. M. S. *Iugerum, ſeu juger, ſive jugus, qui junctis duobus aripennis conſtit, indeque à jungendo nomen accepit.* Non tamen æqualis omnium ubique menſura. Cajus & Theodoſ. p. 253. *Veteranorum agri ſecundum modum bonitatis jugerationes acceperunt.*

p. 321. *Putamus miniſteriales Imperatorum majores in accipiendo, minores in dando menſuras habuiſſe.* Quo reſpexiſſe videtur Catullus, ubi ſcribit:

Divitias aliud fulvo ſibi comparet auro,
Et teneat culti jugera magna ſoli.

Magna jugera ibi ſunt, quæ dicuntur apud Varronem 1. de R. R. 2. *forenſia*, juſta ſcilicet & legitima.

Iugerum caſtrenſe. p. 311.

Iugeratio, diviſio ſeu delimitatio per jugera, ut p. 253. *Agri jugerationes acceperunt.*

Iure ordinario litigatur, cum res peragitur coram judice ordinario, & non coram arbitro vel agrimenſore. 67. *Iure magis ordinario, quam menſuris explicantur.* p. 53. *Conſtabit rem magis eſſe juris quam noſtri operis.*

Iure ordinario poſſidetur. 142. v. *Fundus.*

L*Abe terra movetur.* p. 259. Cum *terra diſſidet*, ut loquitur Cic. 1. de Divin.

Labium de rivo. p. 274. Labrum, ut Cæſar loquitur, aut margo rivi.

Laciniæ. p. 103. *in laciniis aſſignatus.* 107. *in laciniis remanſit* ager. Non vero *laciniæ ſunt limites introrſum extrorſumve vergentes*, licet id velit Laurenbergius 2. Grom. 4. Nos de his alibi.

Lacuna, quæ interpretatur aqua viva, unde ipſum ſtagnum exiet. p. 274. Paulo aliter Servius, *Lacus eſt quoddam latentis adhuc aquæ receptaculum: & dictus Lacus quaſi Lacuna, ex qua erumpens aqua efficit fontem. qui cum fluere cœperit alveum facit.* Sic ad 8. Æn. legitur vulgo. Sed emendandum potius, *qua ſit lacuna.* Nam *Lacuna*, auctore Feſto, eſt *aquæ collectio.* Ubi ergo illa, ibi & lacus.

Læſum ſolum dicitur Simplicio, turbatis terminis.

Lagena & orcula in finibus. p. 253. unde *termini Lagenares & orculares.* p. 251.

Lamina, terminus quatuor rectos angulos habens, ſed habens duo latera aliis ampliora, & hinc diſtinguuntur laminæ à quadratis. Latinus & Myſrontius p. 255. *Sunt & alii Neroniani, Veſpaſiani & Trajani Imperatorum, laminæ & quadrati.* Aliqui tamen codices habent non *laminæ*, ſed *lamnæ.* Verum ſic apud Sim. Dunelmeus. Hiſt. Angl. *Domnus antiſtes*, & *Domnus Papa:* & alibi Domna pro Domina.

Lapis centurialis. p. 182. 298.
—— *coctus, teſtaceus.* 304.
—— *damnatus.* 214.
—— *decuſſatus.* ibid.
—— *dolatilis.* 270.
—— *exolutus.* 244.
—— *fluvialis.* 304.
—— *gammatus.* 214.
—— *Gallienſis.* 304.
—— *Græcalis.* 117. *Græca litera ſcriptus.* p. 266.
—— *ignifer.* 305.
—— *inſcriptus.* 156.
—— *intra lapidem.* 214.
—— *lineatus.* 198. in vertice lineam habens, indicantem rigorem limitis.
—— *mutus.* 156. nulla inſcriptione inſignitus.
—— *non dolatus.* 214. 305.
—— *naturalis.* 253. 305.
—— *nativus.* 243 244. 267.
—— *præſignis.* 24.
—— *rotundus.* 255.
—— *ſilicineus.* 305.
—— *ſolidus.* ibid.
—— *Tiburtinus.* 305.
—— *vivus.* 267.

Lapides compacti. p. 114. 132. de iis alibi.

Lapidum miliariorum forma ut pila ima. 248.

Lapilli. 246. 270.

Lapillus deciſus. p. 246. v. *decidere.*

Laterculi, plinthi. Hyg. p. 205. Siculus p. 2.

Denis

Denis quibusque actibus laterculos quinquagenum jugerum incluſerunt. Adde p. 14. & 257. Sed Hyg. laterculos conſtituit p. 210. ĪCCL. jugerum. Ut potius certæ formæ quam menſuræ Laterculi nomen fuiſſe appareat. in quo erraſſe videtur Laurenb. 1. Grom. 5. Præter hanc vero laterculorum formam invenio & aliam. Nam ita Gerbertus M. S. *Laterculus in longitudine* XXIII. *habeat uncias, in latitudine* XII. Cum quo convenit quod apud Anonymum itidem M. S. extat: *Laterculus in latitudine habet pedem* I, *in longitudine quoque pedem unum & deuncem ejus... ſicque in ſua area habet uncias conſtratas* CCLXXVI. Et ſecundum eum hac tum menſura ad tegenda ædificia fiebant hi laterculi ſeu tegulæ: Laterculos autem pro terminis qui obſervarentur nullos ſcio, quam quos nobis obtrudit Laurenb. 1. Grom. 2.

Latifundium. p. 18. 22. Plinius: *Latifundia perdidere Italiam & provincias.*

Latus rivum. 226.

Latus cluſarium. v. *Cluſare.*

Latitia. 222. 241. latitudo.

Lavacrum pro termino occurrit. Vital. & Arcad. p. 249. Et ei loco affingitur neſcio quod hominis male ſani delirium. Sed notandum, ut ambulacrum eſt omne id quod ambulationi eſt deſtinatum, ſic lavacrum eſſe omne id quod lavationi deſtinavit paterfamilias. Lavari autem non tantum homines, cui rei extructa balnea, ſed lavari etiam pecudes, quibus attributæ piſcinæ. Ita enim pecorum lavacra appellat Pallad. 1. 31. Et ita ſane apud Anon. inter noſtros lavacrum piſcina eſſe intelligitur. Ita enim p. 265. *Terminus ſi foſſulam habuerit lavacrum aut piſcinam ſignificat.* Et tale lavacrum effigiatur pag. 276. quod & pro termino occurrit, ut dicitur p. 249. & in quo termini vel lapides finitionis gratia figi poſſunt, ut indicatur p. 233. ubi *de ſiniſtra parte lapides grandes quæ in lavacro ſunt.* Ne ſomnies eos in balnei tecto uſpiam locatos, quod nobis pictor videtur velle perſuadere, aut alius qui hujus ei auctor.

Lectiones. p. 304. *Qui neſciunt quid eſt in lectionibus, negant eſſe in finibus.* Lectiones illæ vocantur *Significationes* & *acceptiones.* vide ſup. *Acceptiones.*

Legonatus. Apud Anonym p. 148. invenio *Lacos & legonatos*, ſed Boëth. M. S. habet *ligonatos*, quod præfero. Videtur enim ligonatus derivari à ligone, ut ſit foſſa ligone facta atque refoſſa.

Libri Auguſti. p. 90. 109. 141.

Libri Neronis. p. 109. 141.

Libri Balbi. 128. 109. 141.

Liber conditionum Italiæ agrorum. p. 124.

—— *regionum.* ibid.

—— *ſubſecivorum.* 193.

Lignaria via p. 62. Qui actum habet, trahendi lapidem aut tignum jus non habet. An jus illud habeat qui habet viam, non uſque adeo certum eſt. Plerique tamen hoc admittunt, ait JCtus Paulus l 7. ff. de S. R. P. Videri poteſt ergo via lignaria, quæ eo jure eaque conditione conſtituta eſt, ut tignum lignumve trahere liceat. Aut forte qua ligna tantum vehere liceret. v. *via.*

Limes à limo, id eſt tranſverſo. Hyg. 151.

Limes in agro actus *ad obſervationem finium.* Agg. 46.

Limites itineri publico ſervire debent, qui dextra & ſiniſtra fines privatos dividunt, & in medio eſt iter publicum. p. 148.

Limes novus. vetus. 155.

Limites actuarii. Hyg. p. 151.

—— *aperti.* 208.

—— *Auſtrinales.* Front. M. S.

—— *centuriati.* 113.

—— *circumdati.* 244.

—— *excepti.* 19.

—— *faſciati.* Boëth.

—— *Gal-*

—— *Gallici.* p. 142.
—— *interciſivi.* p. 45.
—— *maritimi & montani.* 151.
—— *meridiano ordinati.* 174.
—— *nonarii.* Front. M. S.
—— *normales.* p. 116.
—— *orientales.* 239.
—— *pergentes.* 243. 254. 257.
—— *perpetui.* 24. 178.
—— *præfecturales.* 20.
—— *perdiviſi.* 221. Duorum ſcamnorum, ut nos opinamur.
—— *prorſi & transverſi.* 151.
—— *reciproci.* p. 133.
—— *redeuntes.* p. 232.
—— *regulares.* Front. M. S.
—— *ſextanei.* 222. 239.
—— *ſubruncivi.* 152.
—— *tranſitivi.* apud Nypſ.
—— *temporales.* Front. M. S.
—— *verſi.* p. 216.
—— *undecimani.* Front. M. S.
—— *unius ſcamni.* p. 110.
Limum. 151. 290. Gell. 12. 3. *Licio transverſo, quod limum appellatur, qui magiſtratibus præminiſtrabant, cincti erant.*
Limitatio. Siculus p. 16. 21.
Linea. p. 31. v. *Rigor.*
Linea confinalis. p. 310.
—— *conſortalis.* p. 111.
—— *decimani & cardinis.* 300.
—— *diagonalis.* 184.
—— *diſcedens.* 232.
—— *extrema.* 209.
—— *finitima.* p. 32. 42. 61.
—— *limitis.* p. 249. quæ apud Front. p. 135. *rectura. Et per recturas poſitæ interjectura.* differt autem ab ipſo limite. v. *Regula.*
—— *menſuralis*, qua menſura agitur, ſive in extremitate, ut Sicul. p. 23. ſive per medium limitem, ut apud eundem p. 19. eſt autem recta. quoniam finitores non per alias quam rectas lineas menſuram agunt.
—— *normalis.* p. 49.
—— *pligoria.* 224. vel plegoria. de qua alibi.
—— *per metas extenſa.* 178.
—— *rationalis.* Agg. p. 47. id eſt recta. Sic. p. 34. *Rationales lineæ & anguli.*
—— *ſubſecans.* 17.
Linea exit de terminis. Agg. p. 53.
Linearii limites. p. 151.
—— *rigores.* p. 199.
Lineati lapides p. 198. v. *Lapis.*
Literæ finales. 271.
Liquis. v. Enormis.
Locorum Ordines. p. 341. Sic l. 2. C. Th. de ſepul. viol. *locorum judices.*
Locorum mores. 274. ubi vulgo legunt *loci rumorem.* Quod quare viris eruditis placeat non video. v. *Obſervatio loci.*
Longitia 241. 271.
Lucus. Serv. ad 1. Æn. *Vbicumque Virgilius lucum ponit, ſequitur ibi conſecratio. Dicuntur enim heroum animæ lucos tenere. Lucus autem dicitur quod non luceat, non quod ibi ſint lumina religionis cauſa.* Quid autem inter morem & conſuetudinem interſit vide Macrob. 3. Sat. 8.
Lunatus ager. 314.

M*Aceria.* 10. 254. *fit ex calce, cæmentis, & ſilice*, ut eſt apud Catonem c. 15. Sed Varro. 1. de R. Ruſt. 14. quatuor maceriarum facit ſpecies. Quibus adde eam quæ eſt p. 146. *Congeria maceria, id eſt, ubi ſaxa collecta utriſque limites dederunt.* Hæ ſi in fine, *maceria finalis.* p. 10. & 213. & p. 127. *muri finitimi* vocantur.
Machina. 125. alibi ferramentum & groma.
Magiſtri pagorum vias muniunt. Sicul. 11. 262.
—— *pagos luſtrare ſoliti.* Sicul. p. 29.
Magiſterium. Agg. 61. *Magiſterium ſuum ſi vult menſor oſtendere.* Eſt autem magiſterium magiſtri peritia. Titulus eſt

in C. Th. *de privileg. appar. magiſteria poteſtatis.* & l. fin. C. Th. de metat. *Magiſteria poteſtas.*

Manu factum id aliquando intelligitur quod non eſt natura, ſed opera hominum. Ut l. 20. ff. de S. P. R. *Servitus naturaliter, non manufacto, lædere poteſt fundum ſervientem.* l. 1. ff. de aq. pl. *Cum quis manu fecerit, quo aliter flueret quam natura ſoleret.* Sic p. 244. *ſignum de terra manibus factum.* Alias id intelligitur, quod ordine concinneque eſt compoſitum ac digeſtum. Columell. 7. 6. *Ipſum vero caprile vel naturali ſaxo, vel manu conſtratum eligi debet.* Siculus p. 12. *Maceria, & quæ ex congeſtione lapidum fiunt, & quæ manu inſtruuntur.*

Maritimus. v. limes.

Mappa. p. 266.

Maſſa ferri. 148.

Maſſatim. 266.

Materia, quæ fabricis operibus deſtinata, nulla magnitudinis differentia. Pall. 2. 22. *Hoc etiam menſe cædenda materia eſt ad fabricam.* Vitr. 2. 9. *Ex ea materia juga jumentis comparant.* Quin & Pali & Perticæ materiæ appellatione continentur, juxta ea quæ cenſet Paulus l. 168. ff. de V. S. Et aperte Ulp. l. 55. ff. de leg. 3. *Materia eſt, quæ ad ædificandum, faciendum neceſſaria eſt. lignum, quicquid comburendi cauſa comparatum eſt.* Errat ergo Commentator ad V. Gallicanum, ubi notat materias eſſe proprie ſtipites grandes octoginta aut centum pedum. Inductus ille eſt tum gloſſemate, (quod jure merito rejiciendum judicaverat eruditiſſimus Caſaubonus,) tum quod Ammianus Marcellinus referat, milites *quinquagenarias longioresque materias* vexiſſe cervicibus. Sed, ut alia omittam, quid ſi dixiſſet materias bipedales, an hoc ei non licuiſſet? quid ni? Sic enim cenſerent & Palladius, & Vitruvius, & Ulpianus, & Paulus, & alii plures, quos advocarem, ſi foret neceſſe. Et non contentus hoc ibi notaſſe, repetit idem in Exercitationibus Plinianis p. 463. Ubi tamen & alium errorem huic jungit. Ait enim dici veteribus potius *materies* quam *materia* quum de ligno ſermo eſt. Verum ego promiſcue dixiſſe veteres aſſero, *materia* & *materies*, cum hac de re quam agimus loquuntur. Ut enim apud eos non infrequenter reperias *materies*, ſic ſæpe etiam *materia*. ut ex ſuperioribus liquet. Et quandoquidem Exercitator Vitruvii teſtimonium pro ſe adfert, quo dicitur: *Materies cædenda à primo autumno*, agnoſcat eodem illo capite, quo ea extant, & hæc item extare: *Non patitur in eo emori ſaniem, nec corrumpi materiæ qualitatem. Ex ea materia juga jumentis comparant. Poſtquam flamma circa illam materiam virgas comprehendiſſet.* Quibus ego acquieſcens plura coacervanda non putavi. Et ut dicitur materia & materies eodem ſenſu; Sic dicitur effigia & effigies, congeria & congeries, duritia & durities, maceria & maceries, notitia & notities, pigritia & pigrities, planitia & planities, ſeria & ſeries, ſegnitia & ſegnities, &c.

Maximi limites. Agg. p. 51. *Redintegrato ſuis fundo limitibus, per maximorum limitum rationem.*

Melum cotoneum. p. 230. id eſt, malum c.

Memoria. 282. inſcriptio monumentalis.

Memoria ſuper arcam. ibid.

Memoria in finem. 261.

Menſor, qui & *Metitor* Frontino de Aquæductib. & *Metator* Plin. 18. 33. Nam metiri & metari idem ut & *menſor* & *metator.* quamvis aliud videatur Exercitatori ad Solin. p. 682. Nam *metator* non minus eſt oliveti, ſecundum Plinium d. loco, quam eſt caſtrorum. Et inde opus Menſoris *Metatio* dicitur Siculo p. 16. Cæterum negari non poteſt, quam-

quamvis metiri & metari ſignificatione conveniant, metari tamen aliam inſuper ſignificationem habere, atque deſignare, Eligere. Sed hoc non impedit quo minus cætera conveniant. Verum de Menſore alibi agetur copioſius.

Menſura eſt non modo quod finit vel menſurat, ſed etiam quod finitur aut menſuratur. p. 29. *Nam menſura non tantum iſta de qua loquimur appellatur, ſed & quicquid pondere, aut capacitate aut animo finitur.* Quia videlicet omne menſuratum ſuam menſuram remenſurat.

Menſuras agere. 19. 116.

in Menſuram cadere. 19.

Menſura adverſa. 116.

Menſura ſiniſtra. 167.

Menſuralis linea. v. linea.

Menſuraliter. 192.

Menſuratio. Sicul. 23.

Meridianus circulus. p. 172. 173. Manil.

Diſcernitque diem, mediamque examinat horam,

Et paribus ſpatiis occaſus cernit & ortus.

Meridianus finis. 243.

Meridianus axis. p. 173. Vitr. 6. 1.

Meridianus Oceanus. 173.

à Meridiano. 215.

Meridianus ager qui comprehendat XXV. *jugera*, eſt apud Laurenbergium 1. Gromat. 5. Sed unde eum habeat mihi plane eſt incognitum.

Metalla, materia lignea vel ſaxorum. Front. 142. ſæpe etiam ipſæ venæ. ut p. 258. *Ex ipſo metallo ſaxum aſſignavimus.* Varr. 1. de R. R. 2. *Argentifodinæ aut alia & alia metalla, quæ in agro fiunt.* Plin. 36. 17. *Omnia crurum vitia in iis lapicidinis curantur, cum in metallis omnibus crura vitientur.* Tert. Apol. *Hæ ipſæ materiæ de metallis Cæſarum veniunt.* Inde dicti Metallarii, de quibus l. 5. C. Th. de metall.

Metatio. v. Menſor.

Micidiores, hoc eſt minores. 231.

Miliarium. 292.

Miliarii lapides. 248. qui alibi *itinerarii.*

Miniſterialis. Menſor. de quo alibi.

Minutatim abſtrahere. p. 13.

Miſcellum æs, apud Sicul. p. 23. quod mixtim habet nomina militum qui & prius & poſterius deducti erant. Cato: *Miſcellæ vites.*

Miſcitatum. p. 267.

Mittit menſor limites dum eos ordinat agitque. Hyg. p. 153. *Quidam ne proximarum coloniarum limitibus ordinatos limites mitterent*, &c. quod & eſt p. 217. Ita & mittit rigorem. p. 218. *Et collatis metis rigorem mittere.*

Mittunt termini vel ſigna lineam. p. 342. *Nam & alia inter agros ſunt ſita quæ partes limitum ſervant, & juxta perennem rationem unam lineam mittunt.* Et ſimpliciter, omiſſa linea, dicuntur *mittere.* Sic p. 242... *terminum, qui mittit per ipſum modium.* Et p. 230. *Limes qui mittit uſque in puteum.* p. 221. *Mittit uſque in lavacrum* &c.

Mittit arca. 221. 224.

—— *limes.* 245.

—— *via.* 221.

Mitto caſalibus. 225. id eſt, terminis.

Modus hortorum. p. 43. *Modus jugerationis.* p. 113. *centuriarum* 153. Aliquando ipſe ager certo modo definitus. Siculus p. 2. *Majorem modum poſſidere.* & p. 3. *Modum accipere.* p. 17. *Modum pro modo ſecundum bonitatem taxabant.*

Modulus. Agg. p. 48. *& cenſum pro ſuo modulo ſuſceperunt.*

Modius, tertia pars agri. Pag. 264. *Iugerum unum ped.* CCXL, *& in latitudine ped.* CXX. *faciunt terram modiorum* III. Et p. 312. *Caſtrenſe jugerum capit modios* III.

Modius, terminus. p. 244. *Contra orientales partes terminum qui modius appellatur.*

tur, *incurſorius appellatur*. Pag. 242. *Rotundus eſt ſicut modius*.
Mœſilea, p. 43. & 62. verum p. 244. *muſileum*.
Montana. 227.
Montes Romani, p. 103. 127.
Monticellus. p. 231.
Montanus finis. 232.
Montanioſus locus. 239.
Montuoſus. 75. 190. 240. 144. 145.
Monumenta publica. p. 23.
Monumentalis lapis. 305.
Mordere. p. 278. 284. *Caſa caſam mordet*. Aliud eſt tangere, aliud mordere. Nam mordent quæ velut dentem immittunt alicui rei, nec tantummodo ſuperficie tenus lambunt. Ut non ſuperficie tenus *parum cautos jam frigora mordent*.
Meta, ſtrues in acutum vel acumen deſinens, & tali forma quidam fuere termini. Quo ſpectat quod apud Front. eſt p. 141. *In campis vero ſtatuerunt terminos curſorios, ſpatulas vel metas*. Alibi autem non aliud eſt meta, quam ſignum quod menſor interim dum menſuram agit, obſervationis gratia ponit, poſtmodum vellendum. Sic p. 218. menſor dicitur *dictare metas*.
Mortua ſigna, quæ ad diviſionem non pertinent. p. 254.
Movere terminos, extra gradum ſuum movere, vel propellere, ut loquitur Calliſtratus l. 2. & 3. ff. de ter. mot. Aliud autem movere, aliud avellere, licet pœna ſit eadem.
Mobile ſpatium. p. 217.
Multipeda. v. Varatio.
Mutabilis locus, quia aquæ vivæ adjacet, à quo arrodi poteſt. p. 227. *Super ſe planum habet. de latus ſe in ſiniſtris fontem. de latere eodem mutabilis locus*. v. p. 238. 245.
Mutatura. v. Normatura.
Muti lapides, p. 156. nulla inſcriptione inſignes.
Mutuli. v. Botontini.
Muri pro terminis. p. 119. 145. inde p. 127. *muri finitimi*.
Murta p. . ſic quoque loquutus Cato c. 125. Sic *Surus* & *Syrus*, ut notatum Turnebo 27. Adverſ. 11. Item *Sulla* & *Sylla*. &c.

N*Atura locorum*. Front 40. 45. & 46. Sic Cæſar dixit *Helvetios loci natura undique contineri*, qui pro finibus Rhenum, Rhodanum, Lacum Lemannum & Juram haberent. Hæc vicem limitum ſervat, ut p. 115. & 129. ſed ex arbitrio Auctorum, non ſuapte vi.
Natura riparum & coronarum. 131.
Naturalis lapis. 247. nulla quadratarii cura dolatus.
Naturales arbores. p. 7. non inſititii.
Nominibus aſſignatur, ſed abſque diviſione. Sicul. p. 16.
Normalis linea. p. 49. Vult Vitruv. 7. 3. ut *longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur*. Sed normalis linea hic eſt recta. v. Enormis.
Normationem facere. p. 217.
Normatura, p. 221. idem quod normatio; ſic mutatura, quod eſt in Nov. Th. lib. 4. t. 1. idem quod mutatio.
Novalis ager. p. 293. *terra*. l. 30. ff. de V. S. de quo nos alibi.
Noverca. v. canabulæ.
Numerus agri. Siculus p. 22. *Potuerunt aliquando aliqui aliquem numerum remiſiſſe aut vendidiſſe*. p. 300. *In latitudinem majorem numerum habebit quam in longitudinem*. Sic legendum p. 44. *Nec majorem numerum occupat, quam ſi ex plano naſcatur*. Et ſic dicimus non tantum magnum numerum frumenti, vini, olei (quod annotatum Hadriano Cardinali, proprietatis ſermonis Latini obſervatori accuratiſſimo,) verum & agri,

quod ille non annotavit. Valet autem non aliud, quam ſi diceres, numerus jugerorum vel centuriarum agri, numerus modiorum frumenti &c.
Nymphæ. apud Front. p. 126. Eæ ſunt p. 145. *lacus convallium.*

OBſervatio. p. 38. 112. 206.
Obſervatio loci. p. 274. Alibi hanc dicunt, *Locorum morem.*
Obſervabilia. Sicul. p. 13.
Obſidere, occupatum tenere, poſſidere. Front. p. 104. *Familia C. Marii obſidebat.* Quod & eſt p. 134. Ita apud Ciceronem: *Obſidere locum*, *Obſidere vim regiæ poteſtatis.* &c. Sic p. 108. & 141. in Terebento dicitur aſſignatum poſt *tertiam obſidionem.* id eſt, ut puto, poſtquam ter illa civitas ab aliis poſſeſſa fuerat, aſſignatum illa aſſignatione, de qua ibi fit mentio. Cic. pro Rab. *Obſidione remp. liberare.*
Obtuſus angulus. 151. 317. *Obtuſiangulum.* ib. de eo alibi.
Occupatorius ager, quem quiſque ut occupavit tenet. ut dicitur p. 104. qui Feſto *Occupatitius* eſt.
Orca, amphoræ ſpecies ſecundum Iſidorum & Papiam. p. 267. *Orcas in fine invenies.* p. 253. *Lagenas & orculas in finibus poſuimus.* p. 296. *Aut cacabos invenis aut orcas fractas, aut certe integras.* Inde alibi Termini *lagenares & orculares.*
Ordo coloniæ. p. 187. ut *Ordo locorum* p. 341.
Ordinatum Meridiano, apud Hyg. p. 177. quod eſt ejuſdem cum Meridiano recturæ. Sic apud eundem p. 153. *Proximarum coloniarum limitibus ordinati limites.*
Orizontes. p. 228.

PAganorum ſacra. p. 226. 274. 310. Intelligi hic debere puto aras, quas frequenter in coloniarum finibus poſitas ſcimus ex Hygino p. 190.
Paginæ fundorum, ut *paginæ pavimenti* apud Palladium, in quas pavimentum diviſum eſt, ſicut ager colonicus in centurias. Earum mentio eſt p. 222. *Paginas finium* invenio nuſquam quam apud Laurenb. 3. Grom. 12.
Pali pro terminis. p. 4.
Pali actuarii.
Pali picati. p. 257. 305. An pice inducti, ut aëris injuriam diutius ferrent? Sed quidam M.SS. habent *Spicati.* quod non improbo. Nam *Spica*, *Spicare*, & *Spicatum* etiam apud alios auctores reperias, ubi deſignare volunt quid in ſpicæ modum eſſe formatum. Gratius:

—— *Exigui ſpicant haſtilia dentes.*

& ea ſignificatione ſpicatum & ſpicam habes apud Vitr. 7. 1. & Apicium 1. 7. Hac autem ſpecie formatos etiam terminos mihi facile perſuadeo. Nam noſtris etiam hoc tempore non inſolitum eſt ſpicam, conum vel nucem pineam operibus faſtigiatis imponere.
Palumbacii termini. p. 259. à palumbium colore ſic dicti, qui eſt cinereus.
Paries in modum lineæ. p. 257. v. *Inſtructura.*
Parietes de calce fabricati. p. 267. v. *Maceria.*
Parallelogramma menſura. Front. p. 116. 130.
Paralleloneus terminus. 310.
Pars duodecima. 232. 252.
Pars ſextanea. p. 247. quod p. 252. *eſt à ſextaneo.*
Pars ſiniſtra. p. 228. & dicitur ibi ſexta. *A ſiniſtra parte quæ ſextanea.* Sed non ita in omnibus aſſignationibus.
Paſcua. Hygin. 187. Tertullian. apolog. fœminino genere hoc verbum protulit.
Paſſus habet pedes quinque. p. 30. p. 321. *Paſſus dicitur, quod gradiendo duobus greſſibus confici-*

conficitur. Paſſus etiam dicitur quantum, ambobus brachiis extenſis, inter longiſſimos digitos eſt. Et hinc p. 229. *manuum paſſus.* à pandendo.

Pedatura, menſuratio tum lineæ tum plani, ſeu areæ. De priori habes p. 245. *Pedatura pergens per limitem Orientalem.* Et p. 250. *Hujus pedatura extenditur à pedibus* C. *&* CCL. *uſque in* IICCCC. De poſteriori habes apud Hyg. Gromat. *Hæc pedatura ad plenam legionem eſt computata.* An differat pedatura à podiſmo v. *Podiſmus.*

Pectus. p. 258. *Ad pectus ſtricta. Alia caſa cam ibi mordet.* Pectus autem his non minus tribuitur, quam pes, ſura, dorſum, quæ vocabula apud noſtros ſunt. Sic etiam apud Tertull. Pall. *Montium ſcapulæ.*

Per, trans. 223. *Si fines per montem habuerit.*

Pentagonum. 223.

Pentanummi. 265. Denarii dimidium valent.

Percurrens rigor. 254.

Pergere. 224. *In trifinium arca perget.*

Pergens limes. p. 243. 254. 257. non interruptus, qui Siculo & Hygino *perpetuus.*

Perdolare p. 247. Ut perficere, pertexere.

Perdiviſi limites. 221. v. *limes.*

Peregrinæ arbores. 120.

Peregrini lapides. p. 4.

Peregrinæ regiones. 10.

Peregrina urbs. 39.

Permittere valles fluviis. 273.

Perenne refertur ad tempus. p. 347. *Monumentum propter teſtimonium perennitatis conſtitutum.* p. 240. *Perennis aqua.* quæ ſcilicet nullo tempore ceſſat, ut torrens. Refertur & ad ſpatium. p. 347. *Juxta perennem rationem lineam mittunt.* p. 347. *Diſcretiones linearum perennes.*

Perpetui limites. Sicul. p. 24. Hyg. 178. qui ab initio aſſignationis ad finem uſque pergunt abſque interruptione, & interciſivis ſunt contrarii.

Perpendiculum. 178. 219.

Perpenſum ferramentum p. 285. perpendiculo examinatum.

Perſonæ. Sicul. p. 22.

Perſonæ publicæ. p. 56.

Perſonæ privatæ. p. 67.

Perſona coloniæ. p. 72.

Perſonæ victæ. p. 16.

Pertica, decempeda. p. 261. *Pertica noſtra definivit.* Item territorium pertica diviſum. Front. p. 43. *Solum quodcunque coloniæ eſt aſſignatum, id univerſum pertica appellatur.* & p. 193. *Typus totius perticæ.* Quin & ipſe typus pertica appellatur. Sicul. p. 16. *Et quamvis una res ſit forma, alii dicunt perticam, alii centuriationem* &c.

Petrarum aggeſtus. 124.

Petrarum congeſtiones. 122.

Petræ naturales. p. 13. 122. 310.

Petræ nativæ. 144.

Petræ fixæ. 308. *Fiſſæ* legendum puto. Id eſt, linea rigorem indicante notatæ.

Petræ notatæ. 5. 53.

Petræ ſignatæ. 144.

Pes porrectus. p. 30. non eſt alius quam rectus. Sic Simpl. p. 89. *linea porrecta,* pro recta; & Vitruv. 10. 8. motus porrectus & cyclicus vel rotationis opponuntur. Idem pes Nypſo dicitur *linearis.* Non enim alius quam linea ipſe eſt, nec alia quam lineas metitur.

Pes conſtratus. p. 30. 31. ſive planus.

Pes proſtratus idem qui porrectus. p. 30. *Pes proſtratus ſic obſervatur longitudinem per latitudinem metiemur, & fient pedes conſtrati.* ſive plani.

Pes ſolidus ſive quadratus. 30.

Pes Italicus per univerſam Italiam idem, & ſic à Romano non diſcrepat. Hyg. p. 210. ubi diverſitatem quorundam

pedum exhibuit, ſubjungit demum: *Vbicumque extra fines legeſque Romanorum, id eſt ut ſollicitius perferam, ubicumque extra Italiam quid agitatur, inquirendum de hac re diligenter.* Inepte hæc ille, ſi Romanus & Italicus diſcreparint.

Pes Druſianus. monetalis. Ptolemeicus. 210.

Pervius, & *pervium*, per quod itur in prædiis tum urbanis, tum ruſticis. Feſtus in *Vici. Vt in eo ædificio pervium ſit.* Gerbertus Papa M. S. *In lacuna una vel canava* (l. cavana.) *quæ in longitudine pedes habet.* C. *in latitudine* LXIIII. *cuppas longas pedibus* VII, *latas* IIII, *ſi ſic locare velis, ut pervius unus pedibus quatuor latus in longum ducatur, ſic facito* &c. Siculus pag. 9. *Quinetiam conveniunt precario uti ſervitutum præſtent his agris, ad quos neceſſe habent tranſmittere pervium.*

Plagæ ſylvarum. 55. 66.

Plana dorſa. 261.

Planus mons. 227.

Planitia, planities. Ea autem voce & uſus Vitr. Incertus p. 157. *Agri in planitia.* & Hyg. p. 176. *ſit planitia B.* deinde: *Baſi, hoc eſt planitiæ.* Non quod planitia baſim ſignificet, ſed quod in ſchemate quod ibi proponitur planitia baſis locum obtineat. Submoto enim gnomone baſis vicem non amplius ſuſtinebit.

Planuria. p. 260. *planura.* p. 277. à planitie.

Pleurici termini. pag. 117. de his alibi.

Pligoriæ lineæ pag. 224. & de his alibi.

Plinthi. pag. 205. 210. laterculi.

Podiſmus ſecundum Nypſum eſt, quo tantummodo plana metimur. In qua ſententia & fuiſſe videtur Laurenbergius, qui 1. Grom. 5. *Podiſmum dicit planitierum modum.* Sed eos falli puto. Non quod eo plana metiri negemus, ſed quod putemus & longitudines lineaſque eum menſurare. Nam in Frontinianis eſt pag. 130. *Lapides Græcales ad ſuum numerum podiſmumque conſtituti ſunt.* Et p. 132. *Alii termini juxta naturam loci ſpiſſiores ſunt, id eſt ſine menſura vel numero podiſmi.* Quibus locis non alia quam longitudinis ratio habetur.

Politus terminus. p. 133.

Poſitio loci. p. 217. quæ. p. 164. & alibi, *loci natura.*

Portio cluſaris. p. 156.

Poſſeſſiones dicuntur p. 292. ab Iſidoro *agri late patentes*, quod & eſt apud Feſtum. Sed ſi vere loqui velimus, poſſeſſiones potius ſunt res, quæ jure civili nobis traditæ non ſunt. Ut ſi rem mancipi nuda traditione tantum acceperim. Qua de re jam olim prolixius diſſeruimus.

Poſtica. Feſtus: *Poſtica linea in agris dividendis ab oriente in occaſum ſpectat.* Quod ſi in arte ſua cuique eſt credendum, vereor ne hic falſus ſit Feſtus. Nam ex eorum diſciplina qui hæc tractarunt diſco & dico, nullam in agris aſſignatis eſſe lineam quæ *poſtica* nominetur. Sed Antica & Poſtica duæ agri diviſi erant regiones, per Cardinem maximum ſeparatæ, quarum hæc ortum, occaſum illa ſpectaret. Ita plane nos docet Hyginus, & Anonym. p. 215.

Poſtulatio numerorum. p. 156. *podiſmi.* 217. *regionis.* 195.

Poteſtas major, apud Frontinum p. 115. videtur ea eſſe, quæ ſuperet Ordinem coloniæ, ut eſt Conditor vel Imperator. Magiſtratui nempe colonico in limites legeſve agrarias nulla fuit poteſtas. Ideoque recte dicitur: *Ne id aliquando ſequaris quod major poteſtas limitum recturarumve non confirmat.* Naturæ locorum, ut colles, rivi, ripæ finem quidem faciunt, verum ita demum ſi major poteſtas, ut facerent finem, ordinarit, & lege ſua edictove juſſerit. Quæ autem hic Major poteſtas dicitur, p. 147. ſimpliciter dicitur Poteſtas. *Remanent poteſtati.*

Praſinus terminus. p. 259. viridis.
Pratus. 231.
Præciſa, & *Præciſura.* Front. p. 110. Pro æſtimio *ubertatis præciſa ſunt.* Sunt autem præciſuræ pinguiores laciniæ. de quibus alibi uberius.
Præfectura, ſecundæ aſſignationes, quæ primæ præficiebantur. de quibus Siculus p. 21. Eædem vocantur Boëthio *loca præfectoria.* Ut autem hic præficere, ita non admodum diſſimiliter dixit Simplicius Præfundere. p. 87. *Subſeciva Domitianus Imp. poſſeſſionibus præfudit.*
Præſcripta latitudo limitis lege. v. Siculum p. 19.
Præſcriptio quinque pedum. Hæc contra rationem juris veteris inoleverat, quæ conſtitutione Valentiniani, Theodoſii & Arcadii A. A. A. tollitur. p. 347.
Præſtatores. p. 128. à præſtando patrocinio.
Præſidens terminus. p. 253. alius eſſe non poteſt quam qui ordine eſt primus. Forte idem quem Boëthius *præpoſitialem* vocavit. Nypſus dixit: *Ab eo lapide qui limitem ducturus eſt.*
Præſtitutum, ab eo, qui jubendi poteſtatem habet, ſtatutum & ordinatum. Hyg. p. 205. *Quod etiam præſtitutum obſervant.* Et ita in jure *præſtituere* dicitur Senatus, Prætor, Teſtator, &c.
Prætenſura. apud Hyg. p. 198. *præfectura.* Et ſic legendum p. 134. *Ager ejus in prætenſura eſt aſſignatus.* Vulgo legitur: *in pracenſura.*
Premit caſalis finem. p. 222. id eſt attingit terminus finem vel poſſeſſionem, utpote poſitus in limitis latere, non medio.
Proficere. Agg. p. 61. *Sacerdotibus illius templi proficiebat.* Paulus JCtus l. 51. ff. de contrah. empt. *Ut proficiant venditoribus caveri ſolet.*
Proportionales termini. Front. p. 112. v. p. 133. 149.
Profeſſores, qui ſe profitentur artis agri menſoriæ peritos. Hyg. p. 166. *Nihil operi* menſoriæ *deerit, niſi ratio, habebit tamen inter profeſſores exiſtimationem.* Et *profeſſio*, functio illorum. Agg. p. 55. *Hoc argumentum prudentiæ eſt quam profeſſionis.*
Prorſi limites & tranſverſi. Hyg. p. 151.
Prudentia pro jurisprudentia apud Agg. p. 55. Sic Caſſius Longinus ab Aggeno p. 57. dicitur *vir prudentiſſimus*, & p. 305. *Cajus auctor, V. P.* id eſt, vir prudens vel prudentiſſimus. Pag. quoque 306. eadem ratione *Fauſtus & Valerius V. V. P. P.* Pomponius l. 2. ff. de orig. jur. *His legibus latis, cœpit, ut naturaliter evenire ſolet, ut interpretatio deſideraret prudentum.*
Publica loca. p. 60.
Publicare. p. 3.
Pulveratica. p. 343. & eſt donativum. Alibi legitur etiam pulveraticum. v. Gloſſ. Lindenber. ad ll. antiq. Non vero eſt merces pulverei laboris. Nam d. p. 343. diſertim diſtinguuntur ea.
Pumices. 256.
Putei finem faciunt. 120.

Q*Vadræ.* Hyg. p. 201. *Quadra poſſeſſio.* p. 281. & 282. *In quadro jacet.*
Quadratura. p. 203. *Ut quadratura cludi poſſint.* p. 282. *Agri quadratura.*
Quadri curſorii. Cajus & Theodoſius p. 253. ſic appellant terminos curſorios.
Quadratarii. Dolabella p. 294. Lapicidarum, ut puto, genus poſtremum. Ideoque l. 1. C. de excuſ. artific. ab his diſtinguuntur *ſtatuarii* & *marmorarii*, genera ſuperiori nobiliora.
Quadrifinales. p. 225. ſcilicet termini. Ut pag. 222. & 245. *quadrifinalis arca*, id eſt quadrifinium deſignans.
Quaternarii. pag. 231. *Terminus … habet decus, & plumbum & quaternarios.* Non alii hic videntur quaternarii, quam anguli lapidis terminive quadrati.

Quinquepedalis terminus. p. 212. dicitur *egregius.*

Quintarius p. 262. Eadem ratione dicitur & primarius & ſecundarius. Unus autem ut eſt quintus, ita unus & primus & ſecundus: ſed plures ſunt primarii, ſecundarii, quintarii. Habes enim p.262. Primum quintarium, & ſecundum. Eſt ſane apud Ciceronem pro Roſcio, *Decemprimi*, & apud Cæſarem lib. 1. de bello civili *Quindecimprimi.* Sed illi & decem & quindecim ibi ſubeunt vicem unius. Juncti enim unum conſtituunt Senatum quo civitas regatur. Si ſeorſim eos conſideres, ſinguli dicendi erunt primarii, non primi.

R*Atio*, pro rectitudine. Hyg. p. 166. *Si loci natura permittit rationem ſervare debemus; ſin autem, proximum rationi.* p. 308. *Contenti fuerunt terminos per ſummum jugum diſponere, nullam ſequuti rationem.* Sic *rationalis & rationabilis linea* pro recta. Aggen. *Formarum quinque ſunt genera, unum quod ex flexuoſa linea continetur, alterum quod ex flexuoſa & rationabilibus*, &c. p. 31. *Decumani eſt longitudo rationalis.* Hygin. p. 151. *Rectura longitudo rationalis limes appellatur.* Inde & *Rationis termini.* p. 270. & *Rationalis agrorum conſtitutio.* p. 217.

Ratio locorum, quod alibi *locorum natura*, Pag. 308. *Nam locorum rationes & trivia & colliculi finem faciunt.*

Rationalis linea. 217. v. Ratio.

Reciproci limites. Front. 133.

Regulæ limitum, Agg. p. 49. *Quia dum non eſſet quod excoli potuiſſet, nullis neceſſe fuit limitum regulis obligari.* Regulis, id eſt lineis.

Rectiangulum. p. 317.

Rectura, ſeparatio. Ita namque interpretatur Front. p. 115. *Riparum curſus... recturas ſeparationeſve agrorum... cuſtodiunt.* ab effectu. quia ſcilicet recturæ dividunt.

Rectura, iter, inceſſus lineæ, rigoris, termini, vel limitis. Aggenus p. 63. *Incipientis termini recturam dirigit, & per inceſſum definitionis loca quædam alteri fundo adquirit.* Sic apud Front. p. 114. *Rectura Orientalis.* p. 132. *Rectura maritima & montana.* p. 117. *Termini... ad recturas linearum monſtrandas.* Hyg. p. 179. *Plurimum agentibus præſtat acti limitis perpetua rectura.* Aliquando item ipſum rigorem vel lineam termino monſtratam deſignat. Front. p. 115. *Sunt & per recturas foſſæ interjectæ.* p. 131. *Termini junguntur tam limitum, quam recturarum.* p. 135. *Per recturas poſita interjectura.*

Rectis collibus. p. 223. *Permiſſa linea rectis collibus oportet quæri.* Quod fit cum à collium inceſſu non receditur, licet vario amfractu diverſim tendant. Sic, *Recta ſerra.* 252. 260. *Recta valle.* 245. Et ſic paſſim apud alios auctores: *Recto flumine. Rectis itineribus. Recto littore* ire dicitur, qui ab eorum ductu non deflectit.

Redhibitio. p. 342.

Redditum. p. 18.

Redditum & commutatum pro ſuo. p. 17.

Regammantes lineæ. p. 254. *Regammans via vel limes.* Nuſpiam autem video apud noſtros *Regammantes terminos*, quorum mentionem facit Laurenb. 2. Grom. 9. Si limes vel linea ex. gr. ab Oriente in Occidentem primum dirigat, & hinc in Septentrionem, Gammam efficere, aut Gammare dicetur. Quod ſi ab extremo, quod in Septentrionem habet, puncto iterum in Orientem pergat Π efficiet, ac proinde regammare non poterit intelligi. Ut autem regammare poſſis dicere, ab eo quem dixi puncto ire iterum neceſſe habet in Occaſum. Sic enim duplicem Gammam efficiet. Una

quippe

quippe exhibebitur aſpicienti ab Oriente, altera ab Occaſu. Hæc puto melius quadrant, quam quod Laurenbergius ſcribit: *Si advorſis ſeſe obtuentur frontibus Regammantium titulo veniunt.* Meliuſque quam quod ſcribit J. Gul. Laurenb. *Regammans linea, decuſſata, in figuram literæ Γ decurrens.*

Regio, non tantum territorium, *intra cujus fines jus dicendi coërcendique eſt libera poteſtas*, ut loquitur Siculus, verum eſt etiam quicquid propria privataque terminatione finitur. Sic namque idem Siculus: *Suis limitibus quæque regio finita eſt.* Præterea eſt &, cujuſque aſſignationis certa determinataque pars, ſecundum deſcriptionem Hygini p. 156.201. Imo & cujuſque prædii pars illius regio cenſebitur, ut patet l. 8. ff. de A. R. D.

Regulæ limitum. lineæ. Agg. p. 49. *Quia dum non eſſet quod excoli potuiſſet, non neceſſe fuit limitum regulis obligari.* Licet ipſi limites coërceant obligentque centurias, tamen viciſſim limites conſtat coërceri obligarique ſuis lineis ſeu regulis, extra quas non vagantur.

Relicta, quæ in territorio aſſignato limites non acceperunt. Front. p. 42. Agg. p. 73. Hyg. p. 162.

Religio. p. 78.

Religioſum. p. 42. 61. 73.

Remanere poteſtati. p. 147.

Remittere. Siculo omittere p. 7. *Vt domino libuit, aut cadit aut remittit.* Item, transmittere, ad alium transferre. p. 22. *Potuerunt aliqui aliquem numerum remiſiſſe aut vendidiſſe.* Idque verbum reſtituimus p. 2. ubi vulgo *remanſerunt*, cum legendum ſit, *remiſerunt.*

Remenſurare. p. 255.

Renormare. Front. p. 104. 137.

Reprehendere. p. 218. & 219. iterum prehendere. Eodem modo dicitur eadem p. 219. *Recipere rigores.*

Reprobus terminus. p. 151. *qui unam aciem reprobam habet.* 305. Quod quid ſit alibi examinabitur. Hic tantum adjiciemus, me neſcire quid voluerit Laurenberg. 1. Grom. 2. ubi ſcribit, Termini *reprobi, inæquali vorſura cancellati.* Ego enim terminos cancellatos neſcio.

Repurgare ſaxis agrum. 11. quod Catoni c. 46. eſt, *delapidare.*

Reſpublicæ coloniarum p. 23. quæ & ſimpliciter *Reſpublicæ.* p. 68. Cum tamen privatorum loco habeantur reſpectu reipubl. Romanæ.

in Re præſenti. p. 46. 298. 299. 300. l. 1. & 2. ff. de ſol.

Retranſire. p. 222.

Rigor eſt quicquid inter duo ſigna velut in modum lineæ rectum perſpicitur. Ut eſt p. 31. Ideoque *termini ſine rigore* apud Cajum & Theod. ſunt ſine rectitudine, *ordinati* ſcilicet *ad modum agri*, qui flexuoſa linea continetur. Ordinantur autem Rigores per Menſorem in agro, linea ad ejus ſimilitudinem ſcribitur in tabula vel forma. Inde etiam linea pro rigore. Pag. 254. *Sequentibus lineis foſſatos quos Auguſteos appellamus.* Et p. 117. *Termini ad recturas linearum monſtrandas.* Improprium ergo eſt quod p. 271. dicitur *collis rigor.* Non enim colles ad lineam diriguntur. Valet igitur ibi, *collis ductus, inceſſus.*

Rigor finalis. p. 296.

Rigores vadunt. ibid.

Ripa. P. 129. *Riparum curſus ſervatur.* adde p. 114. & 121.

Ripa deciſa. p. 267. v. decidere.

Rivi torrentes. 13. qui aquam perennem non habent. Ovid.

> *Flumine perpetuo torrens ſolet altius ire,*
> *Sed tamen hæc brevis eſt, illa perennis aqua.*

Rivum. 226. p. 238. *ribum.* Gl. vett. *Rivum, rivus, alveus, flumen.*

Riviſinalis tractus. p. 12. vulgo legitur, *Riviſinis tr.*

Rivora, minores rivi. p. 238. *De latus alium ribum, quatuor rivora habentem in finibus ſuis.* Sic p. 235. *tria rivora.* p. 236. *duo rivora.*

Roborei termini. p. 156.

Robuſtus terminus, reliquis inſignior. P. 212. *Terminus egregius, qui & robuſtus, quinquepedalis.* Reliqui enim fere erant pedales, pedum 1 1. vel etiam 11. s.

Robigo. p. 259. v. *Canicula.*

Rumpitur limes qui alio interciditur, quod non fit Decumano maximo. p. 257. *Limes orientalis uſque in occidentem rumpi non poteſt, qui maximus appellatur.* v. *Tranſire.*

SAcerdotum collegia. p. 23.

Sacerdotum agri. p. 206.

Sanctuarium. v. *Tabularium.*

Sacrum. p. 61. Sacrum autem eſſe Trebatius dixit *quicquid eſt quod Deorum habetur.* Macrob. 3. Sat. 3.

Sacrare monumenta ſepulchrave. 347.

Sacrum facere. p. 5. 25.

Sacrificii conſuetudo. p. 308.

Sacrificii oportunitas. ibid.

Sacrificium abuti. ibid.


Sacra paganorum. 226. 227.

Sacrificales termini, p. 308. poſiti non in fine, ſed *ubi illos ſacrificii oportunitas aut commoditas ſuadet poni.* Ponebantur quidem eo loco qui fines inter vicinos dirimeret, ut eſt apud Siculum p. 5. Verum præter hæc ſacra erant alia quæ Termino quotannis ſolverentur, de quibus Ovid. in Faſtis & Horat. in Epod. Et de his hæc, quæ habemus præ manibus, intelligenda cenſeo.

Saltus Siculo p. 19. non eſt centuriarum numerus, ſed limes quintarius. Quia videlicet quintarius quintarium proximum juxta ſe habeat nunquam, ſed ſemper inter quatuor limites linearios poſitus ſit, ita ut ſalire poſſit dici quintarius, dum ultra quatuor linearios iterum iterumque recurrit. Verba Siculi ſunt: *Quintam quamque centuriam includens per Decimanos Cardineſque cum vigintiquinque centurias includat, ſaltus appellatur.* Malum igitur quod Exercitator Plinianus p. 679. Saltum de centuriis velit intelligi: pejus quod pro *viginti quinque* ſubſtituat *quinque.* Hoc enim non eſt auctores emendare ſed corrumpere.

in *Saltibus aſſignatum.* Front. 127. *Brondiſinus ager pro æſtimio ubertatis eſt aſſignatus, cætera in ſaltibus ſunt aſſignata.* Feſtus è Gello Æmilio: *Saltus eſt ubi ſilvæ & paſtiones ſunt, quarum cauſa caſæ quoque. Si qua particula in eo ſaltu paſtorum aut cuſtodum cauſa aratur, ea res non perimit nomen ſaltui.* Unde lux Plauti Truc. *Male vortit res pecuaria mihi apud vos, nunc viciſſim volo habere aratiunculam pro copia apud vos.* Miſer juvenis tanquam adſcriptitius uni velut glebeculæ adfigi deſiderabat tandem, cum latius expatiandi denegabatur libertas, quam obtinuerat prius.

Samartia. p. 266. *Terminus ſi tres petras circa ſe habuerit trifinium demonſtrat. Talem terminum nomine Bifurcium Samartiam appellant.* Et ſecundum hæc emendari debet quod legitur p. 303. *Terminus ſi bifurcius fuerit, Samardacus dicitur, trifinium facit.* Bifurcium autem trifinium deſignans conſtituitur ita:



ut A. B. & B. C. duas furcas efficiant, trifiniumque deſignent. Hi vero termini à Samartia nomen traxiſſe videntur, quod viatores facile in errorem pertraherent. Quippe ἁμαρτία cum ſit error, Latini aſpirationem in S. mutarunt, ut & fecere in aliis. Cui rei indicio & eſſe poſſunt

poſſunt Serpillum, ſex, ſeptem &c. quæ Simiratione à Græcis ſunt profecta.

Sarcoſaga. 267.

Sarga, ſic legendum puto apud Latinum p. 303. ubi eſt, *Sagrabam, quam appellant alluvionem.* Reponendum enim Sargam &c. Gloſſæ Iſidori, quæ & ipſæ vitioſiſſimæ, *Sarga idoneus. qualibet ars. alias ſarga, non idoneus artis cujuslibet profeſſor. Et poſt: ſacra, non idoneus artis ſuæ profeſſor.* Emendandum autem puto: *Sarga idonea qualibet pars. alias, Sargus non idoneus artis cujuſlibet profeſſor.* Et: *Sargus non idoneus* &c. Alluviones enim ſoli incerti & dubii ſignificari puto. Ut Plinius quoque *ſargos ſcopulos*, ſi recte memini, vocavit.

Sanctuarium, p. 16. tabularium, repoſitorium tabularum, formarumque & commentariorum.

Saxiales termini. p. 132. Saxatiles vero piſces & aves.

Saxoſus. p. 49.

Saxuoſus. Sicul. p. 4. *In locis ſaxuoſis.* p. 11. *Si ſaxuoſus ſit locus.* p. 11. *Si ager non ſit ſaxuoſus.* p. 280. *Flumen ſaxuoſum.*

Scamna rei agrariæ auctoribus ſulci non ſunt, ut opinatur J. Guliel. Laurenb. Antiquario, ſed ipſi agri latitudine præcellentes, ut ſtrigæ longitudine.

Scioter. Hyg. p. 175. qui p. 176. gnomon, Vitruvio indagator umbræ.

Scorpiones ab auctoribus de agris limitandis, ait Scaliger ad catalecta Virgilii, *quia in metam deſinebant.* σκοςπιὸς *enim dicitur etiam, quicquid in metam & conum faſtigiatum eſt. Fiebant* enim *acervi in quadriviis & triviis ad Hermulas, jactis extempore lapidibus à prætereuntibus.* Quod verum eſt. Nam p. 144. dicuntur, *moles petrarum conſtructi.* Sed præter hos ſcorpiones etiam Agrimenſoribus ſcorpiones ſunt vocanturque, *ubi duo fines cuneati ſe jungunt*, ut dicitur p. 146. & 147.

Secundarius primus. p. 262. Quia ſcilicet plures poſſunt eſſe & primarii & ſecundarii, ut dictum ſupra. Nam in una civitate ſunt plures viri primarii & item ſecundarii. Et ſic apud S. Dunelmenſem, *Elfredus ſecundarii ordine* dicitur *fretus.*

Scriptura. 53. 298. 299.

Scutanei lapides. p. 270. ſcuti formam habentes. v. *Subcavus.*

Semiſſales termini. p. 113. 131. de his alibi.

Separationes. Front. 119. *Menſura vero acta eſt in ſeparationibus fundorum per Vectium Rufinum.* Sunt autem Separationes, diviſiones aſſignationeſque.

Seria. p. 214. Front. 132. *Expectant orcas vel ſerias quæ regulis conſtituuntur.* Vulgo, *arcus v. ſ. q. tegulis c.* Nam orcæ vel ſeriæ tum demum vicem limitum ſervant, cum certo ordine diſpoſitæ locatæque reperiuntur.

Serra recta. 252. 260. v. *Rectis collibus.*

Serra. p. 227. 233. 237. 252. 260. Bullengerus de Imperio R. ex Polybio Serras interpretatur cluſuras. Quod ni fallor & apud Pithœum me legere memini. Vix tamen eſt ut de quibuſvis id admiſerim, cum reſtringendum potius ad montium cluſuras exiſtimem. Nam ſerra dici etiam poteſt, quod ſerræ figuram habet, unde & acies hac forma inſtructa id nominis obtinuit. Et ſic montium cacumina eminus aſpicientibus interſectione multiplici ſerræ ſpeciem exhibent. Quod ſi autem quis de quavis cluſura accipienda hæc putaverit, is mihi concedet puto unum R abjiciendum eſſe, ſcribendumque non *ſerra*, ſed *ſera.* Nam & Columellæ *ſera* clauſuræ genus, & reſerare, recludere. Non ergo reponendum *Seria* pro *Serra*, quod voluit Exercitator Plinianus p. 809.

Sextanea pars. 220.

Sextaneus. 241.

Sextaneus limes. 223.

Sextaneum latus. 241.

Sigillum. p. 259. *Cum ſignis & ſigillis conſtituimus terminos.* Sic etiam p. 306. Ubi ſignum & ſigillum idem. Literæ nimirum & notæ quibus termini inſcribuntur vel arbores.

Signum cujus pars nulla eſt. Item: *ſuæ partis initium.* p. 31. 32.

Signum, aliquando notæ vel literæ terminis inſcriptæ, ut dictum in ſigillo. & ſic p. 267. *Lapides nativos cum aliquo ſigno ... conſtituimus.* Quandoque pro ipſo termino. Siculus p. 14. *Horum agrorum jam pene obliterata ſunt ſigna.* Apud Boëth. *Signa ex lapidibus.* Et generatim quicquid rei alicujus indicium facit.

Signalis. p. 267. *Glareas fluminales ne deſpicias, ſignales conſtituimus.* id eſt, in ſignum.

Signatim. 305.

Signata petra. 144. prout recturæ verſuræve ratio poſtulat. v. p. 7.

Silvanus agreſtis. domeſticus. Orientalis. p. 294.

Signinum. p. 305. Vide Baldum de ſign. verb. Vitr.

Sol occumbens. p. 274.

Solidum. p. 31.

Solidus finis. p. 14. *ſolida margo.* p. 14. *ſolida terra.* ligone aut aratro non acta. Paulò aliter alibi hæc vox exaudienda. Ovidius Faſtis, de termini poſitione verba faciens, ait: *Foſſa fit ad ſolidum.* quibus indicat omne, quod molle & putre eſſet, ejici ſolere, donec deveniatur ad illud quod durum, firmum, ſolidumque eſt, & par lapidi ferendo. Aliter apud Vitr. aliter apud alios, quos mitto.

Solidus lapis. 305. quadratus, æquis lateribus angulisque.

Solum populi Romani. Hyg. p. 186. in quod coloniæ nullum jus.

Soluti, agri quorum fines deprehendi non poſſunt. Sicul. p. 3. *In ſoluto* autem remanſiſſe apud Front. p. 107. tum alibi dicuntur non loca, quorum fines deprehendi non poſſunt, ſed quæ in territorio colonico limites non acceperunt, aut, ut ait Aggenus p. 49. *quæ aut in ſaxoſis & ſterilibus locis, aut in paludibus, ubi nulla potuit exerceri cultura. quia dum non eſſet quod excoli potuiſſet, nullis neceſſe fuit limitum regulis obligari.* Non ergo ſunt uſquam *Termini in ſoluto poſiti*, quos nobis effingit Laurenberg. 1. Grom. 2.

Sors. v. *Fundus.*

Spatula vel mœta. p. 141. quæ p. 121. 122. 124. vocantur *ſpatulæ curſoriæ.* Ut veriſimile ſit ſpatulas, curſorios & mœtas eadem fuiſſe forma.

Spectamina geometrica. Simpl.

Spiſſiores termini. p. 49. 132.

Stadialis ager. p. 321. ad ſtadii longitudinem extenſus.

Status, p. 322. *cujusque altitudo.*

Stella, decus, vel decuſſis, literæ χ ſimilis. Colum. 4. 18. *Nihil enim refert jugum in ſtellam decuſſari.* Idem 3. 13. *Stella, quam diximus literæ Græcæ faciem obtinere.* Ejus ſcilicet literæ quam diximus. Cajus & Theod. p. 253. *Stellam juniorem ſuper picatos palos conſecravimus.* Pag. 305. *Ut inveniantur pali ipſi ſtellam conſecravimus. Lamellam* autem *æream adſimilem ſtellæ locis inauguratis infigi ſolere* notat Feſtus. Non ergo mihi perſuadeo *in campis Geodætas appellaſſe rus agrumve ad effigiem ſtellæ, in multos mucrones ac radios protuberantem; à qua figura non longe abeunt hodierna munimentorum propugnacula.* Credidiſſe tamen id videtur Laurenb. 2. Grom. 7. Nec magis J. Gul. Laurenb. intellexit quid *ſtella* foret, qui Rigaltium ſequutus *Decuſſem duplicatum* ſcripſit eſſe ſuo Antiquario.

Striga. Hyg. p. 198. *Quod in latitudinem longius*

longius fuerit, ſcamnum; quod in longitudinem, ſtrigam appellamus. Ager ſcilicet, non ſulci, ut voluit Antiquario J. Guliel. Laur.

Terminus ſubcavus. 303. Pag. 252. 260. *Terminus ſi unam partem ſubcavam habuerit*, qui in uno latere aliquantulum ſit excavatus in modum ſcuti.

Subcumbus & *ſubcumbum.* Onomaſt. Laurentii: & Antiq. J. G. Laur. *Subcumbus inclinatus.* Sed hoc nihil ad rem præſentem. Pag. 302. *Terminus ſi ſubcumbus fuerit limitem oſtendit.* Et mox: *Si autem in plano ſuccumbus poſitus fuerit, ubi vallis non ſit in proximo, ante ſe claudet finem.* p. 265. *Si ſuccumbum fuerit, finem oſtendit aut vallem deſiderat.* Hic ergo terminus qui initio & fine limitis videtur conſtitutus. Qua vero forma fuerit ex Boëthio colligimus, licet vitioſe hic terminus ibi exprimatur. Eſt enim ibi, *ſucubus ſive trapideus*, cum legi debeat: *ſuccumbus* vel *ſubcumbus ſive trapezius.* de quo mox pluribus. Dictus autem videtur ſubcumbus, quia eam columnæ partem referat quæ ſcapo ſubcumbit, ſtylobatam videlicet ſive baſim. Unde Papiæ, quem vocabuliſtam dicunt, ratione non diſſimili, *baſis, ſeſſio columnarum.*

Subrectus, modice erectus. p. 240. *Super eum ſubrecto loco lavacrum.* p. 252. *A duodecima parte per ſubrectiora loca uſque in aquam vivam.* Et ita fere p. 260. Et ſic limes ire etiam per ſubrectiora loca poteſt, ipſe autem nec eſt nec dicitur ſubrectus. Multo minus verum eſt *ſubrectos limites eoſdem eſſe qui Normales.* Et hæc tamen doctrina eſt Laurenbergii 3. Grom. 11.

Subſecivum. de hoc dictum alibi.

Subſequi. p. 19.

Subſtructiones. p. 11. Siculus: *Subſtructionibus terras, ne dilabantur, excipiunt.* & p. 213.

Subulis impolitus terminus. p. 305.

Succitaria, ita legendum puto p. 245. *Caſa in ſuis ſiccitariis.* cum vulgo ſit, *ſucitariis.* Erunt autem ſiccitaria foſſæ, quæ fiunt agri ſiccandi cauſa, quales in depreſſis locis fieri neceſſario debere rei agrariæ vel modice peritus non ignorat. Et ſi quis ignorat, diſcere poteſt è Columella. 1. 11. & Siculo noſtro p. 10. & 12.

Subſcriptiones. p. 18. quæ p. 17. *inſcriptiones.*

Spicatus. v. *pali.*

Subterior, inferior. p. 232. *Terminis aliis ſubterioribus.* id eſt terminis locatis in inferioribus locis. Sic Boëth. *Si his ſubteriores ordines comparentur.* Et iterum: *Sicut ſubterius in picturis.*

Suburbana loca. 60. 62. 254.

Supercilium. Boëth. l. 5. de Geomet. *Supercilia, id eſt colles tumentes, qua ad agrum declinantes deficiunt.* A monte ſupercilium differt magnitudine. Sicul. p. 7. *Intuendum erit in quantum ſpatium devexitas ſupercilii extendatur, ne mons ſupercilium ſit.* Imo Ambroſ. 2. Hexam. 2. & *montium ſupercilia* poſuit. Ut magis opinione mons & ſupercilium diſcernenda ſint, quod & de rivo & flumine dictum. Ad quem autem ſupercilium pertineat non ſatis inter auctores convenire videtur. Nam Siculus d. loco: *Qua uſque in planitiam ex ſuperiori vergunt, ad ſuperiores poſſeſſores pertinent.* Cum quo non ſatis congruit quod fragmento quodam dicitur, quod excuſi codices Frontino tribuunt, aliqui M. SS. Simplicio. In eo eſt p. 308. *Frequenter inter ſe poſſeſſores propter loci difficultatem totum ſupercilium... inferioribus ceſſerunt. Et contenti fuerunt terminos per ſummum jugum diſponere.* Sed diverſas leges agrarias diverſimode de his ſtatuiſſe creditu perfacile eſt.

Summitas. p. 32.

Superior poſſeſſor. p. 7. qui ſuperiorem agrum poſſidet.

Sura montis. p. 121. 141.

Subruncivi limites, in Italia vocantur omnes præter actuarios. Hyg. p. 152. Subruncivi vero limites ſunt qui leviter runcati ſunt, & non tam diligenti cura quam actuarii. Id quid ſit aliter intelligi non poteſt priuſquam ſciatur quid ſit Runcare. Igitur ut id explicemus, primo notari volumus quod eſt apud Tertullianum de Pallio: *colere omnia, runcare atque ruſtare inſtituit.* Ita enim edidit poſtremus ejus libelli cenſor, cum antea legeretur *runcare atque ruſpare.* Addit autem *alterum eſſe malas & noxias herbas extirpare, alterum rubos & ſentes, hoc eſt ruſta vellere.* Quibus in verbis non unus error. Nam *runcare* non eſt tam, noxias herbas extirpare, quam rubos & ſentes. Nam Cato. R.R. c. 2. ait, per ferias etiam *poſſe ſpinas runcari.* Et Palladius lib. 1. c. 43. inter alia rei ruſticæ inſtrumenta recenſet *runcones, quibus vepreta perſequimur.* Ruſta autem deſignare rubos & ſentes verum non eſt, neque enim apud Varronem, quem in id citat, *ruſtariæ falces,* ſed *ruſcariæ* legendum in ſuæ editionis indice jam olim monuerat Commelinus. Et apud Feſtum quem citat item, non *ruſtum*, ſed *ruſcum* invenio. Et mirum quare illud *ruſtare* elegerit, cum viderit ipſe *Ruſcum* eſſe *herbæ genus aſperæ & ſpinoſæ.* Ut ſane eſt. Nam Papias: *Ruſcus fruticis genus ſpinoſum, vel ut alii volunt, herbæ aſperæ. alii, lignum foliis ſpinoſum.* De quo latius R. Dodonæus lib. 26. c. 4. & ibi Juſtus Raphelengius Fr. F. in additionibus eruditiſſimis. Spinæ ergo & rubi evellebantur runconibus è limitibus ſubruncivis, quia ut eſt apud Hyginum p. 152. *itineri publico ſerviunt.* Iter enim fieri non poteſt per ea, quæ vepribus ac ſpinis obſita ſunt. Sed hæc rurſus res facit, cur non neceſſe ſit herbas agriculturæ noxias è ſubruncivis evellere, ut quæ tranſeuntibus non noceant. Summa illa ſit: è ſubruncivis tolli debuiſſe, quæ iter facientibus nocerent, non alia. In actuariis autem diligentius id fuiſſe præſtandum, quoniam hi omnium, illi finitimorum potius commodo ſerviebant.

T*Abula* habet *quadratas perticas* LXXII, ut eſt p. 311. Eſt arapennis ſcilicet ſive actus ſemis, jugeri quadrans. Non ita rei ruſticæ ſcriptoribus ea vox in uſu, quibus area quævis quadrata hoc nomine venit. Pallad. 2. 11. *Tabulas... faciemus ſive integrum jugerum continentes, ſive medium, ſive quaternariam tabulam.* Sic apud eundem *jugeralis tabula*, quæ jugeri modum explet. Et *tabulatim* diſponere, id eſt per ejuſmodi tabulas.

Tabulæ, codices. p. 191.

Tabularium, tabularum repoſitorium. p. 74. Hinc *tabularium Cæſaris.* Hyg. p. 201. *Civitatis.* l. 1. C. Th. de exaction. Qui iis præpoſiti, *Tabularii* dicti tit. Cod. de Tabular. ſcrib. legogr. & cenſ. & item *Æditui.* l. 3. ff. de tab. exhib. v. *Sanctuarium.*

Taliatus. p. 266. *Mons ſciſſus & taliatus.*

Taxare, æſtimare. Siculus p. 8. *ut pretio taxent.* p. 17. *ſecundum bonitatem taxabant.* l. 3. C. de inutil. ſtipul. *condemnatio taxatæ quantitatis.* Apud Aggenum. p. 54. eſt: *Sed nec vendentes certum modum taxaverunt.* id eſt, definierunt.

Taxatus à ferro terminus. p. 252. 253. qui medius eſt inter rudem ſive non taxatum & perdolatum. Pag. 247. *petræ... taxatæ, non perdolatæ à ferro.* Gellius autem 2. 6. dicit *Taxare preſſius crebriuſque eſſe quam tangere*, ut ſolent lapidicidæ.

Templa-

Templares fines. p. 295.

Tenor, iter, inceſſus. Front. 119. *Rivorum tenor & viarum finitimus obſervetur maxime.* p. 143. *Rivorum tenor finitimus.* p. 310. *Termini non uno modo nec uno tenore ſunt conſtituti.*

Termen. Sic apud Actium, ut auctor eſt Varro IV. de l. Lat. Simpl. p. 89. *Terminibus, ſignis, & his ſimilibus*, & ſic ſæpe in M. SS. *Terminia* autem ſi recte memini Collectione legum Moſaicarum fœminino genere legiſſe me opinor. Et *Termonem* eſſe apud Ennium memoriæ tradidit Feſtus.

Termes, p. 250. *Terminus dici non poteſt eo quod plus tres pedes habeat, ideoque termetis dici debet.* Nugator! quaſi terminus ſit dictus, à *ter minus*, ut magiſter à *magis ter.*

Terminatus, pro termino, apud Simpl. & alibi. quod & notatum Fulvio Urſino ad legem Mamil. & poſt eum Sal. ad Solin.

Terminus conſtitutus in medio limite. p. 252. 306.

——— *foras limitem antiquitus.* 273.

——— *quinque pedes intra limitem.* 306.

Termini frons. 249.

——— *vertex.* 157.

——— *latera.* ibid.

Termini in foſſa. 259.

Termini ſine rigore ordinati. 253.

Termini duo in unum. 247.

Termini tres in unum. 261.

Termini rigoris. 262.

Terminus acutus, Boëth. qui *acutalis.* p. 132. Eſt autem *Auguſteus in ſummo acutus*, ut legitur apud Boëth. & item Curſorius, deſinens in tutulum.

——— *acuto ſimilis.* Boëth.

——— *ad diſtinctionem numeri.* p. 117. 134.

——— *ad recturas linearum monſtrandas.* 117. 134. qui & *limitum.* p. 131.

——— *Auguſteus.* 143. 146. 254. qui & *Auguſtalis*, Boëth.

——— *bifurcius.* 266. 270. 303. v. *Samartia.*

——— *Caji Cæſaris.* 255.

——— *ex Calce & arena.* 259.

——— *coctus.* p. 304.

——— *Claudianus.* 308. *in modum arceſſæ.* 119.

——— *Circulatus per ramos.* Boëth.

——— *Comportionalis.* 51.

——— *Curſorius.* 250. Boëthius, *Curſorius non inſcriptus.* Et p. 148. apud Anon. *Lapides ſcripti, ſed in effigiem terminorum poſiti quos curſorios vocamus.* Sed addita negatione legitur apud Boëth. *non ſcripti*, idque rectius.

——— *curſorius in effigiem tituli.* p. 147. ſed lege *tutuli.* Et ita p. 252. lege, *tutulum in modum curſorii*; non, *tubulum.* & ſic emendandi alii alibi.

——— *curſorius quadratus.* 141.

——— *deciſus de lapide vivo.* 267.

——— *decurſorius.* 223.

——— *dolatilis.* 270. dolatus.

——— *non dolatus.* 305. 311.

——— *dodrantalis.* 7. dodrantis craſſitiæ.

——— *epetecticalis.* 250. 252.

——— *epipedonicus.* 112.

——— *egregius.* 212.

——— *excipiens.* Simpl. p. 85. expectans.

——— *excultellatus lateribus.* Boëth.

——— *foſſatus.* 254.

——— *gemellus.* 214.

——— *geminatus*, apud Boëth. *craſſus geminatus. longographus geminatus.*

——— *hemicyclaris.* 251.

——— *inſcriptus.* 198.

——— *incipiens.* 63. à quo rectura incipit.

——— *incurſorius.* 244.

——— *lagenaris.* 251.

——— *lapideus.* 132.

——— *ligneus.* 114. 131.

——— *lineatus.* 198. Boëth. *lineatus id eſt quadrifinius.* Quod ſi rectum eſt, lineatus idem erit qui decuſſatus. Quod vix puto ut ſit. Nam d. p. 198. ita legimus: *Quibuſdam interverſuris lapides politos, quadratos, inſcriptos, lineatos de-*

figere

figere in eam partem qua res exigit oportebit. Sed ut verſuræ ſuis ſignis obſerventur, quemadmodum præcipit Siculus p. 7. Et ſic non tantum gammatus & decuſſatus, ſed & recta linea notatus cum rigor perſeverat, & ultra terminum tendit.
—— *lippus.* Boëth. Perſius ſat. 5.
—— *Hic Dama eſt non treſſis agaſo,*
Vappa & lippus, & in tenui farragine mendax.
Ad quem locum vetus interpres qui quibuſdam Cornutus: *Vappa proprie ſordes ſunt aceti. Lippus, pravus.*
—— *longographus.* Boëth.
—— *marmoreus. albus. palumbacius. praſinus.* p. 259.
—— *medius, epipedonicus.* 112.
—— *molaris.* 112. *molaris craſſus ſemipede.* 132.
—— *mixtus.* 131.
—— *mutus.* 156.
—— *Neronianus.* 143. 255.
—— *normalis.* 130.
—— *numero pedatura.* 112.
—— *ſine numero podiſmi.* 114.
—— *numeris uncialibus.* 131.
—— *obtuſo angulo.* 251.
—— *orcularis.* ibid.
—— *parallelonius.* 310.
—— *pentagonus.* Boëth.
—— *pleuricus.* 117.
—— *plumbatus.* 231. qui pag. ibid. dicitur *habere plumbum.*
—— *politus.* 133. *politus rotundus.* 112. *politus ſuperius, inferius ſubulis impolitus.* 305.
—— *pomerii.* Gruter. vet. inſcr. 189. 190.
—— *præſidens.* 253. Idem qui *incipiens.*
—— *proportionalis.* 111. 112.
—— *quinquepedalis.* 211.
—— *quadratus.* 255.
—— *quadratus ſimiles angulos habens.* p. 252.
—— *in quatuor acies.* 304.
—— *recturarum.* 131.
—— *reprobus, ſive acie reproba.* 251. 305.
—— *robuſtus.* 111.
—— *rotundus qui Auguſteus.* 255. 143. *rotundus in effigiem columnæ qui Auguſteus.* 146. & Boëth.
—— *rotundus & brevis.* 303.
—— *rotundus pedalis.* 133. 341.
—— *ſaxeus.* 112. *ſaxialis.* 132.
—— *ſcutaneus.* 270. ſcuti formam referens, quam ex Polybio exhibet Manutius 2. Quæſit. per ep. 6.
—— *ſemiſſalis.* 131.
—— *ſcriptus.* 112. *ſcriptus Græca littera.* Boëth.
—— *ſcutellatus.* 212.
—— *ſiliceus.* 105. 111. 113. 129.
—— *ſilicineus.* 129. 130. *ſilicineus longitudine duorum pedum.* 114. 132.
—— *ſingularis.* 250. 252. *ſingularis habens literas.* 251.
—— *ſinagonus.* Boëth. forte, *ſenagonus*, ſenos habens angulos, qui eidem & *exagineus.*
—— *ſeptagonus.* Boëth.
—— *ſubcavus.* 303. *una parte ſubcava.* 252.
—— *ſubterior.* 232.
—— *cum ſignis.* 259.
—— *cum ſigillis.* ibid.
—— *ſine ſigno.* 252.
—— *ſubcumbus* vel *ſuccumbus.* 265. 302.
—— *taxatus à ferro.* 252. à ferro non taxatus. 253.
—— *teſtaceus.* 304.
—— *teſtacius.* 253.
—— *territorialis.* 47. 59.
—— *Tiburtinus.* 144.
—— *tofineus.* 254.
—— *trigonus.* Boëth. qui p. 144. *trigonius.*
—— *trapezius.* 212. 248.
—— *Veſpaſiani.* 255. 144.
—— *uncialibus numeris.* p. 131.
Terminales arbores. 346.

Termi-

Terminorum fides. 124.
Terminorum ordo. 42.
Terminorum poſitio. 39.
Terminate finem conſtituimus. 243.
Territorium, quo quid hoſtis terrendi cauſa conſtitutum. p. 41. Sed & privatarum poſſeſſionum dixit territoria Siculus. p. 22. *Territoria complurium acceptarum.*
Territoriales termini. 47. quorum Veteres inſcriptiones varia exhibent exempla.
Teſta, vel *teſta tuſa*, ſub terminis. p. 5. & 265. Etiam intra botontinos. 306.
Teſtimonium arcarum. p 125. Et p. 141. *ſtatuerunt... arcas & monumenta vel alia teſtimonia.*
Tetartemorion. Hyg. 173. pars quarta.
Tetrans, locus ubi ſe conſerunt duo rigores decuſſatim acti. Hyg. 160. *Tetrantum veterum lapides adhuc parent.* Pag. 164. *Sic & in caſtris groma ponitur in tetrantem.* Item p. 181. *In mediis tetrantibus lapides defigemus.* Anonymus p. 218. *Tetrantis locum perpendiculus oſtendat.* Sed & quæ in eo loco, ubi ita duæ lineæ concurrunt, ponuntur, ſive is ſit lapis ſive groma, ipſa illa & eo nomine appellantur. Front. p. 132. *In centuriis jugera cc. termini lapidei, alii ſaxiales, alii molares, craſſi ſemipede, habentes longum tetrantem.* Ubi certe pro lapide, ſed p. 285. pro groma ſive ferramento ponitur. Ita quippe ibi: *In quam partem verteris tetrantem pones, deinde transferes ferramentum.* Quod enim ibi prius *tetrans*, hoc poſterius *ferramentum.* Et mox: *Et manente groma dictabis rigorem ubi ſe conſeruit norma tua, cum eo rigore quem dictaveras. Signum pones & exiges numerum à ſigno ad tetrantem.* Ubi Groma & Tetrans idem ſignificant. Sic apud Hyg. Ferramentum & Groma penitus idem ſunt, ubi infit: *Multi ignorantes mundi rationem ſolem ſunt ſequuti, hoc eſt ortum & occaſum, quod ipſummet ferramento comprehendi non poteſt. Quid ergo? Poſita auſpicaliter groma... proximum vero ortum comprehenderunt.* Ferramentum enim omnino idem quod Groma, quod evidenter evincunt quæ ſunt apud Anonymum p. 218. Nam ibi ea omnia ferramento adſcribuntur, quæ de Groma cogitari poſſunt. Ut, *poſito ferramento rigorem dictare, & collocatis metis rigorem mittere: Metas ad ferramentum apponere:* &, *ferramento dictare metas, & metas reprehendere: & à cœpto rigore ad finem perducere: Ferramento* agri *indomita dirigere: Quicquid occurrerit ſub ferramentis tranſire.* Quin & eidem ferramento ſunt *cornicula*, ut puto, quatuor, *ex quibus expenſa ponderibus fila*, quæ *inter ſe comparantur*, dum per tetrantem diriguntur viæ, ut ſingula ſingulos mittant rigores. Habet inſuper & perpendiculum quod tetrantis locum indicet, ut dicto loco notatur. Adeo ut verum non ſit, quod Plinianus Exercitator notat pag. 672. *aliud eſſe ferramentum aliud grumam* vel gromam. Verum ſanè eſt Hygini gromatico de caſtrametatione hæc extare: *Groma locus appellatur, quod turba ibi congruat, ſive in dictatione meta adpoſito in eodem loco ferramento groma ſuperponatur, ut porta caſtrorum in conſpectum rigori ſ. ſ. ſtellam efficiant.* Sed hæc minime efficiunt ut aliud ſit groma, aliud ferramentum. Neque enim groma ferramento, ut ille putat, imponitur, ſed poſito jam ferramento ſive dioptra geometrica, ejus auxilio poſtea in terra deſignatur groma, hoc enim eſt quod Hyginus *ſuperponi ferramento* dixit: poni ſcilicet aut deſignari poſtquam ferramentum poſitum eſt. Nam *ſuper* in compoſitis ibi & alibi idem valet quod *poſt.* Virg. 2. Æn.

> ———— *ſatis una ſuperque*
> *Vidimus excidia, & capta ſuperavimus urbi.*

id eſt poſt captam urbem ſuperfuimus aut ſuperviximus. Et ſic etiam ſæpe interpretandum ſuperaddere, ſuperducere &c. id eſt poſtquam dederis, vel duxeris aliud amplius dare, ducere &c.

Titulus. inſcriptus lapis. Roſſi memor. Briſcian.

CLODIAE.
LETHAE.
MORS. MEA.
CUI. DOLUIT.
FECIT. HUNC.
TITULUM. MIHI.

Agg. p. 47. *per titulos, id eſt, inſcriptis lapidibus.* & quandoque ipſi lapides ſoli. p. 271. *Has* literas *per ſingulos titulos invenies*, ſed & ſine literis ſignisve ſunt tituli. Pag. 146. *Non enim omnis titulus inſcriptionibus indutus eſt.* Et d. p. 271. *aliosque finales titulos ſine noſtris ſignis in agris poſuimus*

Togatus, advocatus. l. f. C. de poſtul. l. 3. & 5. C. de advoc. diverſ. jud. Ergo & advocatorum numero adſcribendi Latinus & Myſrontius, qui p. 254. & 310. *togati* dicuntur.

Tornutus. Simpl.

Tortus, & *Tortuoſus*, idem. p. 235. *Caſa qua per G nomen habet tortas fines habet. finis in monte.* Pag. 271. *G. ſi in termino inveneris ſui nominis facturam*, ita legendum omnino, *limitem tortuoſum oſtendit.* Tortum igitur, quod in orbem flectitur ac circumducitur. Sic Virg. 1. Æn.

—— *Illum ter fluctus ibidem*
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.

Ovid. 3. Metam.

Ille volubilibus ſquammoſos nexibus orbes
Torquet.

Sed & quod in Gammam flectitur tortum aut tortuoſum noſtri dicunt. Pag. 228. *limes gammatus currit*, *hoc eſt tortuoſus.* Et p. 232. *limitem gammatum, hoc eſt tortuoſum interpretamur.* Attamen hoc minus proprie, cum à *Torno* videatur deſcendere *Torqueo* & *Tortuoſus.* Adeoque minime verum eſt *Torquere* proprie vorticum eſſe. quod aſſeritur Notis in Tertullianum de Pallio.

Tranſcendere. p. 63.

Tranſcendi non poteſt iter publicum. 49.

Tranſcendentia. 63.

Tranſire. p. 237. *Rivus... limitem tranſit.* p 244. *Alveus qui tranſit finem.* Quod alibi dicitur *rumpere.*

Transmittere. p. 9. *Transmittere poſſeſſores.* p. 12. *Servos huic negotio ad transmittendum populum applicant.* p. 257. Pontium *alvei fines ultro citroque non transmittunt.*

Trapezia, id eſt menſulæ. p. 248. 317. & Boëth. 1. de Geom.

Triangulum. 317.

Tributarium ſolum. p. 38. & 47.

Trifinium. 343. 226. 244.

Trigonum. p. 132. *In trigono variis locis collecta eſt menſura.*

Trigonium. p. 146. *trigonium conſtitutum.* 224. *in trigonio jacet.* 280.

Trivium. 238.

Triumviri Octavius Cæſar, Antonius & Lepidus. p. 112. & ita legendum puto. quod non animadvertit Laurenb. qui ex alio loco tranſcripſit, *Claudii Cæſaris, M. Antonii & Lepidi.*

Tumor terræ, Botontinus, Velſerus rer. Aug. p. 70. Et ſic credo intelligendum Front. p. 126. *Finitur per terminos & terrarum tumores.* p. 127. *Finitur terminis, rivis, foſſis, arboribus antemiſſis, tumore terræ.* Verum non tantummodo botontini hac appellatione continentur, ſed longiores etiam tractus. quod plane indicari puto p. 146. ubi dicitur *tumor terræ in effigiem limitis conſtitutus.* Quod non modo de tumore poteſt dici, qui manu factus eſt, ſed & de naturali, quem

quem rigorem appellant. v. *Arca & ripa.*

Tutela, tutamen. Siculus p. 10. *Virgula quæ tutelam vineis aut hortis præſtet.* & p. 11. *Subſtructiones ad tutelam terrarum.* Sic. p. 29.

Tutelatum, datum in tutelam. Agg. p. 58.

Tutulus, ſic aliquot locis apud noſtros ſcribendum, dictum & dicetur alibi, cum nunc legatur *titulus*, vel *tubulus.* eſt autem quadratus, & non forma rotunda, ut tamen notatur ad Hyginum de Caſtramet.

Typus. v. *Forma.*

V *Acare* dicuntur, quæ non habent receperuntve, quæ aut habent aut receperunt alia ſui generis. Hyg. p. 162. *Hæc vicina urbibus rupium altitudo limites accipere propter loci difficultatem non potuit, ſed relicta eſt, ut aut ſilvam reip. præſtaret, aut ſi ſterilis eſſet vacaret.* Hic igitur vacat quod poſſeſſorem non invenit, ut vicina alia: alibi apud eundem Hyg. quod non recepit limites etiamſi forte poſſeſſore non deſtituatur: ut: *Si qua regio in extremitate limites non accepit, eum locum vacantem ſignificabimus.* Sic Ovid. 2. Met. dixit:

——— *cuſtode vacantem*,

quæ paſtorem non haberet, ut habent reliqua armenta. Et dixit Marcianus l. 5. ff. ad l. Jul. de vi pub. *vacantem mulierem*, quæ virum, ut aliæ, non haberet. Ut autem vacantem, ſic etiam vacuum dicimus, ſicut *vacua centuria*, *vacua relicta*, &c.

Vallare, non tantum eſt vallo vel aggere munire, ſed & vallis ſepire. Et hæc vox reſtituenda apud Magonem & Vegojam p. 257. Ita enim ibi legendum: *Nam ſunt & pontes in vicinalibus & privatis viis, quorum alvei vallantur.* In publicis enim viis qui ſunt pontes omnibus tranſitum debent, adeoque vallari non debent.

Varatio fluminis. p. 285. id eſt curvatura. Nam varus curvus. Perſ. Sat. 4.

——— *Cum fallit pede regula vara*

vetus interpres ibi & Turneb. in Adverſ. hanc regulam interpretantur de norma, quæ eſt curva ſeu vara. quos immerito reprehendit Marcilius, qui neſcivit qui ſint pedes in norma. Sed idem ille ergo & neſcivit qui ſint pedes in Multipeda, quam habemus apud Hyg 176. Ut enim illa duos habuit ſed fixos tenenteſque ſuum rigorem, ita hæc plures habuit ſed ductiles, & qui ad nutum artificis vel cohiberi vel extendi poterant. Hanc varationem explorare debet menſor, de qua Anon. p. 285. Non autem varare ibi eſt *tranſire & trajicere* flumen, ut opinatur Exercitator p. 946.

Vectigales agri. p. 198. *Vectigalibus ſubjecti.* p. 23. Illi dicuntur *obligati.* p. 205.

Velamina lapidum terminalium. p. 5.

Ventus qui occidaneus. p. 228.

Verſi limites. p. 216. prorſi.

Verſura, quæ & coxæ. p. 4. & 8. Eædem p. 228. *interverſura. A cœpto rigore ad interverſuram aut ad finem perducere.* Sed & quocunque modo vertatur, verſura dicitur. Vitruv. 5. 12. *curvatura ſive verſura.* Illa etiam terræ verſio quæ fit cum aratur. Unde Simpl. *Sunt & verſuræ & culturarum diſcrimina.*

Verſuram facere, *vertere.* p. 252. *Exinde verſuram facies. In quam partem verteris* &c. Et iterum, *Verſuram facies in partem dextram.*

Vertices. 157. 294.

Vertices terminorum. p. 156. 157.

Via conſularis, p. 163. *publica.* 9. 152 *publica regaliſque.* p. 9. *militaris.* 254 146. *publica militaris.* 152. hæc autem omnia nomine differunt, cum jure nihil diſcrepent. Non ergo differentiam viarum publicarum facere, atque eas ſeparare

parare in conſulares atque militares fuiſſet melius, quod tamen fecit Exercitator Plinianus. p. 678.
Via privata. p. 62.
Via communis. p. 10.
Via lignaria. p. 62. qua ligna vehere licet, forte ad publica balnea. Nam certis tantum uſibus quædam viæ, ſervituteſque conſtituuntur. Ita in legibus Baiwariorum *via paſtoralis* fit mentio. qua paſtoribus pecora licet agere. v. *Lignaria.*
Via vicinalis. p. 9. 10. 14. 62. quæ *convicinalis* iiſdem legibus Baiwar. *vicinalis agreſtiſque.* Front. de aquæduct. Vicinalis vero non eſt publica, ut tamen vult Plinianus Exercitator p. 678. Sunt enim *vicinales viæ, quæ de publicis divertuntur.*
Vialis. p. 277.
Vice temporum. 257.
Vinea. 10. 53. Vineam magis ad ſolum quam ad ſuperficiem pertinere ſtatuit Javolenus l. 13. ff. de S. P. R. Ideoque ſublatis vineis ſervitutes manebunt, quæ iis debebantur.
Viritim. p. 16. 21.
Vitia alluvionum. p. 344.
Vitrea. p. 5. *vitria.* 265.
Viva aqua. 228. 240. Eſt autem non modo ea quæ eadem p. 240. vocatur *perfluens*, ſed & *putealis*, ſecundum Ulpianum in l. 11. pr. ff. quod vi aut cl.
Vltra cardinem. p. 183. *ultra primum.* ibid.
Vltrata regio. 156.
Vmbilicus, unde omnis menſurarum actus atque computatio initium ſumit. Hyg. p. 183. *Ab uno umbilico in quatuor partes omnis centuriarum ordo componitur.* Hunc punctum dixit Siculus.
Vmecta loca. p. 226. ſic p. 237. *Caſa in umoroſo loco.* Et in vet. inſcr. *Res umana.*

D. N. IMP. CAES.
CONSTANTINO. P. F.
VICTORI. AUG. PONT.
MAXIMO. TRIBUN.
POTESTAT. XXIII. IMP.
XXII. COS. VII. P. P.
PRO. COS.
RERUM. UMANARUM.
OPTIMO. PRINCIPI.
DIVI. CONSTANTI. FILIO.
B. R. P. NATO.

Vncia. p. 343. *Per ſingulas poſſeſſionis uncias.*
Vnciales numeri, p. 131. *Numeris uncialibus termini ſunt conſtituti.* Id eſt, ut ego puto, indicantes centuriarum uncias ſingulas. Non autem indicari puto unciali magnitudine numeros fuiſſe formatos. quod fit cum dicimus *literas unciales.*
Vniverſitas, magis ex mente loquentis, quam ex re intelligenda eſt. Nam Front. p. 40. poſuit id verbi pro ſorte, eaque integra, quæ cuiquam obvenit; p. vero 41. pro tota pertica.
Vorſum, Tuſcis & Umbris menſura centum utraque parte pedum. p. 216.
Vorati termini terra forte pag. 146. & p. 147. dicentur, qui ſuo pondere ita ſubſiderunt in molli ſolo, ut non emineant. Neque ineptum fuerit ſi terram vorare dicamus, cum & hoc Virgilius de mari dixerit, 1. Æn.

—— *rapidus vorat æquore vortex.*

Vrbicaria Tuſcia. p. 253.
Vtraque pars agri, vel fundi, id eſt capita & latera. Pag. 216. *Agri modulum fecerunt quatuor limitibus clauſum figuræ quadratæ ſimilem, plerumque centum pedum in utraque parte.*

INDEX ALTER,

QUI

GEOGRAPHICUS.

ABella. p. 103.

Abellinum. p. 102. populi Abellinates, Protropi, & Marſi. Plin.

Acerras. p. 102. teſte autem Strabone duæ fuere *Acerræ*, quarum unæ in Campania, alteræ in Umbria, cognomine *Vafriæ*.

Admedere. Hyg. p. 163. fortè eadem quæ Ptolemæo *Ammædara*.

Adrianus ager. p. 118. 119. 143. aliis *Hadrianus*.

Adtejatis oppidi mentio p. 119. & *Attejati* p. 143. utrumque corrupte. Cum autem Plinius Attidiates populos recenſeat, colonia & ager eorum rectè fortè dicetur *Attidias*. Scribendum ergo puto loco utroque qui nobis citatus, *Attidiatis oppidi*.

Æclanenſis ager. p. 110. qui & poſtea *Eclanenſis*, & *Heclanenſis*. Apud Gruter. lego: *R. P. Æclanenſium*. Et Antonii Auguſti Itinerario *Eclanum*. Sed Plinius populos vocat *Æculanos*.

Æſernia. p. 103. Sic rectius quam *Eſernia*, quod eſt p. 138.

Ætium. p 136. mirum ni ſit *Æſium*, Umbriæ oppidum.

Aſſile. p. 103. M. SS. *Aſile.* Ejus alibi nulla mentio. Apud Plin. tamen 2. 11. *Alfellani.* quorum forte urbs Alfellæ.

Allife. p. 103. in M. S. *Aſlifa.* vet. inſcr. CUR. AQUAE. DUCENDAE. ALLIFIS. Sed Leander in deſcriptione Italiæ: *Alifa, vetus Samnitium urbs ab Livio Ptolemæoque nominata.*

Africa. 65. 71. 74. 261.

Africa vel Mauritania. 261.

Africum littus. p. 2.

Alatrium. p. 136. quod p. 102. *Alatrum* dicitur.

Albanenſes. 145. Alii ab Albanis, nempe qui & *Albenſes*. Utrique tamen dicti ab Alba, ſed diverſa.

Albenſis ager. p. 120. Varro 7. de Lingua Lat. *Cum duæ ſint Albæ, ab una dicuntur Albani, ab altera Albenſes.* Plin. 3. 12.

Allia. p. 136. Ejus nullum alibi veſtigium.

Alpes. p. 2. 57. 70.

Alternenſis ager. p. 118. Sed fortè ſcribendum erit, *Aletrienſis* ab *Aletrio* Latii oppido, cujus incolæ in vet. inſcr. vocantur *Aletrinates*. Vel ſcribendum potius, *Aliternenſis ager*, ab *Aliternia*, quam habet Plin. 3. 11.

Amerinus ager. p. 117. Urbis videlicet Ameriæ, quæ p. 132. vocatur *Amerinos*.

Amiternum. p. 134.

Amiterminus ager. p. 144. pro Amiterninus.

Anagnia. p. 103.

Anconitanus ager. 118. 120. 142.

Andra, mons. 196.

Antemnates. ibid.

Antium. p. 102.

Antianus ager. p. 125.

Anxurna colonia. p. 163. Horat. 1. Sat. 5.

Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur.

Apulia. 3. 127. 129.

Apulia civitates. p. 126.

Aquinum. p. 102. *Aquinus.* p. 136.

Ardona. 126.

Aricia. 136. & ita legendum. p. 102. ubi vulgo *Arina*.

Armetillus ager. p. 131. ſed legendum neceſſario, *Amerinus*, ut p. 117.

Arpanus ager. p. 110.
Arretium. p. 102. Sic & Ptol. Al. *Aretium.*
Arunca. 107. an eadem ſit quæ Aurunca non omnes conveniunt.
Aſculanorum oppidum. 41. 58.
Aſculanus ager. 118. 119. 143.
Aſdrumentini. 74. Cum *Adrumetum* ſcribat Plin. rectius legetur Adrumetinos, d. p. ibid.
Aſpanus. p. 126. fortè *Arpanus.*
Aſia. 3. 198.
Atella. 102. 136. *Atella*, colonia Auguſta. 197.
Atina. 102.
Aternus. 124. *Aternenſis ager.* 120.
Atelica. p. 143. cum talis nuſquam urbs, cogitavi aliquando an non legendum eſſet, *Matilica*, cujus mentio p. 123. Sed inveni poſt apud Nypſium, referentem ex Balbo eadem quæ extant ex eo in Frontinianis, *Satelica.* Ut dubitari poſſit an non ſit quæ aliis *Saticola.*
Aucius. p. 129. Sed legendum *Vejus*, ut p. 115.
Aufidena. 125.
Auguſta Concordia. 72.
Auguſtini in Luſitania. 42.
Athenas præfectura. p. 109. Sed legendum puto *Atinas*, ab urbe Atina. Ut ſit *Atinas præfectura*, quemadmodum *Antinas Campus* eſt apud Plin. 2.
Aurelia. 115. 121. 129.
Auſcelinus ager. p. 110. *F. Aſculinus*, vel *Auſculinus.* Nam pag. 126. & 127. aliquoties eſt *Ager Auſculinus*, & in vet. in cr. apud Gruterum CIVITAS AUSCUL.
Aſculanus ager. 119. cum duplex fuerit Aſculum, ab uno forte derivatum Aſculanus, ab altero Aſculinus. Ut ab Alba, Albani & Albanenſes.
Auguſta, colonia. 197.
Auſimatis ager. 141. idem proculdubio qui p. 119. *Auximatis ager.*
Avellinos. 136. eadem quæ p. 102. Abellino.
Auſtranum territorium. 110.
Auximatis ager. 119. cujus urbs Auximum, quæ apud Gruterum *Colonia Auximas.*

B*Abylon.* 265. 307.
Bellitras. 140. Velitræ.
Beneventum. 103. 136.
Beneventanus ager. 20. 110.
Benuſinus ager. 145. Venuſin.
Bobianus. 125. oppidum p. 103. *Bovianum.*
Bobile. 136. quod p. 103. *Bovilla.* aliis, *Bovillæ.*
Bodum, *flumen.* 196.
Botontinus. 127. Apud Plin. 3. 11. populi *Butuntinenſes.*
Bovianum. 103. Et ſic leg. p. 136. non *Bonianum.*
Bovilla. v. *Bobile.*
Britinorum provincia. p. 109. Brutiorum.
Brondiſinus ager. p. 127.
Buxentinus ager. 109.

C*Adatia.* p. 104. Sed tale nullum oppidum. Fortè *Catium*, quod eſt p. 137. ſcriptor deſignare voluit. certè deſcriptio utriusque eſt eadem.
Calapia. 204.
Calinus. p. 127.
Calagna. p. 103. Neque tale uſquam oppidum. Sed deſcriptio quæ ſubjicitur ſcribendum *Anagna* evincit. Quippe tum hic, tum ibi eſt eadem.
Calabria provincia. p. 110. 146.
Calabriæ civitates. 126. 127.
Calis. 104. quæ aliis Cales.
Camerina. 143. Livio *Cameria*: Plinio, *Camerium*; Ciceroni & Antonino *Camerinum*; & hiſce Frontinianis p. 123. *Camerinus.*
Campania 41. 111. 129. 133. 66. 209.
Campaniæ ſilvæ. 115.
Campanus ager in Brutiis. p. 109.
Campanus ager circa Capuam. 154. 216.
Canuſinus ager. 110. 126. 145.
Capenus, p. 121. aliis Capena. *Capenates* popu-

populi, Plinio. & CAPENATES FOEDERATI in veteri inſcriptione.
Capis. 113. 138. Ejus alibi nulla mentio.
Capitolum. 137. Plinio, *Capitulum.* l. 8. §. 7. ff. de cenſib. memorantur *Capitulenſes.*
Capua. 104. 137.
Carſeolis. 121.
Carſeolis ager. 141. Columellæ, *Carſeolanus.*
Carmejanus ager. 126. Sed non malè conjicit Scaliger hic legendum *Camerianus*, à *Cameria.*
Caſentinum. p. 203. quod p. 121. *Caſentium.* forte rectius *Caſuentium.* Nam apud Gruterum ſunt populi *Caſuentini.*
Caſinum. p. 104. quod p. 134. *Caſſium*, ut arguit utriuſque deſcriptio.
Caſſinus. 135.
Caſtranus ager. 118. 121. 143.
Caſtellenſe municipium. 121. Antonini Itinerarium habet Caſtellum inter Florentiam & Faventiam: Vetus inſcriptio apud Gruterum meminit MUNICIPI CASTULONENSIS.
Caſtrimonium. 104.
Catium. 137. v. *Cadatia.*
Caudinum. 104. aliis Caudium.
Cereate. 104. forte *Care ante* ſcriptum fuit, unde coaluerit *Cereate.* Sed Cereatæ tamen Straboni eſt Hernicorum oppidum.
Ceretium. 134. Eadem quæ vel Cære, vel Cereatæ. confer utramque.
Cingulum, *Florentinum* dictum, ad diſtinctionem ejus quæ eſt in Piceno. 133.
Cingulanus ager. 121. Hic à præcedentis urbis agro videtur diverſus. vide deſcriptionem.
Claudia colonia. 166.
Claudium. 137. Et ita Stephanus de Urbibus. ut mutandum non cenſeam. Eſt tamen eadem quæ Caudium vel Caudinum. confer utriuſque deſcriptionem.
Clibes. 125. omnibus veteribus indicta.
Collatinus ager. 110. civitas quondam Collatia fuit, Strabonis ætate, ut ipſe teſtatur, vicus.
Comſinus. p. 126. quæ aliis, ut puto, Compſa.
Conlatinus ager. 126. idem qui Collatinus.
Conſiline. 109. Sed detritæ videntur poſteriores literæ. Nam Urbs Conſilinum cum ſit, præfectura dicenda videtur, *Conſilinenſis.*
Conſtantinus ager. 109. Nuceriæ Conſtantiæ, ut puto, quæ eſt p. 106.
Corſinius ager. 122. 125. 144.
Cornelienſis ager. 143. Fori Cornelii. quæ & ſimpliciter apud Gruterum *Urbs Cornelia.*
Cremona. 154. 216.
Cumæ. 104. quæ & *Cumis.* p. 137.
Curium Sabinorum. 120.
Cyprenſis ager. p. 121.
Cyrenenſis provincia. 210.

D*Almatiarum provincia.* 146.
Divinos. 137. quæ & *Dunos.* p. 105. ut utriuſque deſcriptio ſuadet credere, ſed aliis incognita. forte quæ *Dubios*, itinerario Antonini eſt.

E*Berdona.* 91. quæ Ardona & Herdona, ut conjicio.
Ecicylanus ager. p. 122. forte *Æquiculanus.*
Eclanenſis. 126. v. *Æclan.*
Emerita Beturia. 154.
Emeritenſes. 155. in Luſitania. 70.
Epirus. 2.
Eſernia. 126. 138. v. Æſernia.
Etruria. 116.

F*Alerionenſis ager.* 118. 122. Sic rectius quam *Falernenſis.* Pag. 190. fit item mentio *Falerenſium.*
Faliſcos. 113.

Faneſtres. 58. 71.
Faneſtris Fortunæ. 122. quæ colonia fuit Julia, ut ex Inſcriptionibus vett. patet, quæ ſunt apud Grut. A Fortuna autem cognomen aſſumpſit, quod ibi coleretur peculiari fano.
Fanum Fortunæ. 216. Faneſtris.
Fœdaturæ. 132.
Ferentinum. 105. 134.
Ferentinenſis colonia. 113.
Ferenticenſis. p. 131. quod verbum derivari poteſt à *Ferentis*, quæ urbs fuit Tuſciæ, ut Cluv. è Gregorii 1. dial. 9. recte notat. Eadem proculdubio quæ Ferentium. Ferentinum vero fuit in Latio.
Feroniæ lucus. 65.
Ficilienſis ager. Sed S. Petitus legit cum viro, ut ait, maximo, *Ficolenſis*. 3. Miſcell. 23. Sed cum apud Martialem. 6. ep. 27. legantur *Ficeliæ*, quæ illi dicuntur *veteres*, propius eſt ut legamus, *Ficelienſis ager*.
Fida Tuder. 112. Hoc cognomine Tuder aliis inſignitum non ſcio.
Fidenæ. 122.
Firmo Picenus. 122. Aliis, *Firmum Picenum*, & ſimpliciter *Firmum*. in Vet. inſcr. COL. AUG. FIR. Pomponio Melæ caſtellum dicitur.
Firmo Piceno ager. 118. qui p. 142. *Firmanus*.
Florentia. 257.
Florentina colonia. p. 112. 133.
Florentinus ager. 111.
Formias, oppidum. 105.
Foronovanus ager. 122.
Forum Livii. 138.
Forum Popilii. 134.
Forum Populi. 105. Scripturam hanc vitioſam non auſim aſſerere, cum Plinius libri 3. c. 5. populos recenſeat *Foro populienſes*. Hoc tamen dicere non vereor, quæ hic de Foro populi referuntur, quæque referuntur ſupra in Foro Popilii, uni tantum coloniæ convenire, & in alterutro proinde mendum eſſe.
Fruſinone. 105. *Fruſinona*. 138. *Frixinona*. 134. aliis etiam *Fruſino*.
Frabateria. 105. 138. Aliis, Fabrateria.
Fundi. 105. *Fundis*. 138.

Gabii. 105.
Gabinas territorium. 258.
Galatia. 137. Sed quæ hic de Galatia dicuntur, & ſupra dicuntur de Calatia. Et tamen neque Calatia neque Galatia inter urbes Italicas alibi reperias. An utroque loco reſtituendum erit, Salapia? Certe nihil quicquam affirmavero.
Gallia. 2. 3. 57. 70. 261.
Gallis. 137. eadem quæ p. 104. *Calis*.
Gavis. 138. eadem quæ *Gabii*. 105.
Garganus mons. 110. 126. Mela. 2. 4.
Genuſinus. 127. incolæ Plinio *Genuſini*.
Gravis. 135. quæ p. 115. *Graviſcos*. Aliis Graviſcæ, populi Graviſcani.
Grumentium. 132.

Hadriaticum littus. 2.
Haſta, oppidum. 202.
Heclanenſis ager. 145. Æclanenſis.
Herdona. 145. quæ p. 110. *Ardona*. Strabo. Κερδονία.
Hirrenſium meminit Hyg. p. 197. Scriptum forte *Hirpenſium*.
Hiſpania. 210.
Hoſtienſis ager. 134. *Oſtienſis*. 106.

Ignatinus. 127. Ignatia vel Egnatia.
Illiricum. 2.
Interamna. 118. quæ p. 106. *Interamne*, cognomine *Flaminia*, vel, *Fluminea* ut eſt d. p. 118.
Interamna vel *Interamne Paleſtina Piceni*. 118. 135. Attamen S. Petitus 3. Miſcell. 3. legit: *Interamna Peleſtina Piceni*, vel *Pleſti-*

Pleſtinæ. Sed Pelestinos Plinius alios facit ab Interamnalibus 3. 14.
Iobanus. 126.
Iſtoniis. 126. *Iſtonium* habet tabula itineraria, ſed al. *Hiſtonium.*
Italia. 1.2.74.
Iulia Auguſta. 194.
Iulia Conſtantia, colonia. 187.
Iulienſes. 185. 187.
Iunonia colonia, Faliſcos. 113. 130.
LArinus 126. Larinum.
Larus mons. 166.
Latium. 3.
Lanubium. 139. & ſic ſcribi debet p. 106. ubi eſt *Lavinium.*
Lauro Lavinium. 139. Sic rectius quam p. 105. *Laurum Lavinia.*
Lemonium. 137. Feſt. *Lemonia tribus à pago Lemonio appellata eſt, qui eſt à porta Capena via Latina.* An hic colonia deducta mihi non plane liquet. Verum deſcriptionem pene eandem quam hic habemus habet Caſtrimonium p. 104.
Leucopetra. 2. 111.
Liguris Bebianus & Cornelianus. 106. 139. Plin. 3. 11. *Ligures qui cognominantur Corneliani & qui Bebiani.*
Lybia. 3.
Lypienſe territorium, 110. quod p. 146. eſt *Lippienſe.* Plin. 3. 11. *Statio militum Lupia.* Et apud Gruterum COL. LYPIENSIUM.
Liris. 160.
Liternum. 105. Sic Ptol. & Mela, alii fere *Linternum.*
Lubra. 141. quæ pag. 108. *Vlubra.* Sic Spania, Teramna, Cerra, Gnatia &c. pro Hiſpania, Interamna, Acerra, Egnatia.
Lucania provincia. 109.
Lucerinus ager. 110. 127.
Lucoferonia. 123. quæ Lucus Feroniæ aliis. Plures autem fuere hoc nomine, ſed hæc videtur fuiſſe in Piceno, quoniam ſubjicitur: *Finitur arboribus antemiſſis, ſed & aliis ſignis, quibus fines ſervantur in provincia Piceni.*
Lunenſis ager. 116. 134. 142. oppidum, Luna.
MAcedonia 2.
Macedones. 3.
Mantuani. 189.
Marcius mons. 55. 66.
Marſus, municipium. 123. & ita reſtituendum p. 145. ubi legitur *Mapſum.* Marſorum cognomine fuere Abellinates. Plin. 3. 11. *Abellinates cognomine Protropi. . Abellinates cognominati Marſi.* Sed & hoc cognomine fuiſſe Marrucinos ſuadere videtur vetus inſcriptio nondum edita, quam videre mihi contigit apud M. Gudium, virum eruditiſſimum & antiquitatis indagatorem diligentiſſimum, qua legitur CVRATORI. MARS. MARR.
Marſenſis ager. 124. oppidi ſupraſcripti.
Matilica. 123.
Metapontinus. 127. Metapontum Plinii, & Metapontium Ptolemæi & Strab.
Mica mons. 166. Julienſium. 194.
Minturna. 106. 139.
Mullicienſis præfectura. 155. in MS. *Multicienſis.*
Mutela mons in Sabinis. 42. 60.
NArbonenſis provincia. 210.
Neapolim. 106. *Neapolis.* 135.
Nepis. 114. & *colonia Nepenſis.* 130. quæ varie apud veteres effertur, ut *Nepe, Nepet, Nepeta, Nepita,* & *Nepete.* ut annotavit Cluver. 2. 3.
Nola. 106. 139.
Nolanus ager. 22.
Nomatis. 123. Ejus nullum invenio in Italia veſtigium.
Nuceria. 136. Plures eo nomine in Italia fuere urbes, quarum una cognominata Conſtantia. p. 106.
Numentum. 123. aliis Nomentum.

Nurſia. 123. & p. 143. *ager Nurſinus.*

Opulentia, & *Opulentini*. p. 194.
Orianus. 127. *Vria.* Varr. Plin. Strab.
Oſtienſis ager. 106. qui p. 134. *Hoſtenſis.*
Oſtrenſis ager. 123. ab *Oſtra.* Sed Plin. 3. 14. hinc formavit *Oſtranus.*
Oter, mons. 194.

Padus. 56. 69.
Palantini in Hiſpania ulteriore. 38. 47.
Pannonia. 198. 209.
Panormitanum territorium. 111.
Pecinarius, mons Carvorum & Tacenſini. 196.
Pauſulenſis ager. 123. 143.
Peltinorum colonia. 145. Vetus inſcriptio apud Gruterum habet PELTVINI.
Pæſtana præfectura. 109.
Phryges. 3.
Phrygia. 198.
Piceni pars. 118.
Picenum. 2. 41. *ager Picenenſis.* 142.
Pinnes. 123. quæ aliis Pinna.
Pinnenſis ager: 143.
Piſaurus fluvius. 57. 71. *Piſaurenſis fluvius.* 19.
Piſaurenſes. 19.
Piſaurenſis ager. 124.
Placentinus ager. 123.
Pontentinus ager. 121. qui rectius Potentinus ut 123.
Præcutiani. 41. 58.
Præneſte. 107. 139.
Puteolis. 106. 139. vetus inſcr. GEN. COL. PVT. P. ACILIVS. HERMERON.
Putentinus ager. 118. pro, Potentinus, ut puto.

Reate. 124.
Reatina regio. 60. *in Piceno.* 3. V. S. Pet. 3. Miſcell. p. 231.
Recinenſis ager. 118. Sed dicendum potius *Ricinenſis* ut eſt p. 124. cum colonia ſit *Ricina.* Grut. COLONIA. HELVIA. RICINA.
Reginenſis ager. 143. Emendat Ortelius in Theſauro ſuo *Ricinenſis.* Neſcio an recte, forte enim deſignatur ager Rhegienſis. Nam & Rhegium colonia fuit.
Renta. 196.
Rodinus. 127. Rudiæ, P. Melæ.
Romani montes in agro Aſculano. 119. & item in Carſeolano. 121. 141.
Rubuſtinus. 127. in Apulia.

Sæpinum. 107.
Salmaticenſes in Luſitania. 38. 47.
Salpis colonia. 127. Salpinates, quorum Livius meminit lib. 5. c. 31. populi. Ager autem *Salpinus.* 110.
Salvienſis urbs. 118.
Saprinus vicus. 146. cujus alibi factam neſcio mentionem.
Savienſis agr. 118. ſed forte vel Salvienſis, vel Savionenſis. Nam & Salvia & Savio Italiæ urbes. *Salvienſis*, tamen præferendum evincitur ex MS. ubi ita diſertim legitur. Ut non recte cenſuerit Petitus, qui *Avienſis* legendum putaverit.
Segnia. 140. ſed rectius *Signia*, ut p. 108.
Semproniana ſylva & paſcua. 187.
Senogallienſis ager. 118. 124. & p. 142. *Senigallienſis.* Itinerario Antonini *Senegallia civitas.*
Sentis. 124. Ut Salpinum mutarunt in Salpis, ita Sentinum in Sentis.
Septempeda. 124. quæ p. 143. *Septempedum.*
Septicianus fundus. 72.
Sereſtani. 111. forte *Segeſtani.*
Setia. 108. 140.
Sextertianus ager. 109. quidam c. *Seſtertianus.*
Sicilia. 2. *provincia.* 111.
Signia. 107. populi Signini.
Sinueſſa. 107. 140.
Sipontum. 127. *Sipontinus ager.* 110.

Sir-

Sirmium. 261. Inter famoſa oppida ad Oceanum occidentalem locat hoc oppidum Æthicus. 126.
Solomona. 126. Sulmo. *Solemontina colonia.* 145.
Sora. 107. 140.
Spoletina colonia. 131. *Spoletinus ager.* 118. 142. Ab hoc diverſus eſt qui p. 117. *Speltinus*, & *Spellatinus* vocatur: in quibuſdam autem MSS. *Pellatinus*, vitioſe. Poſterioribus *Spellum* dictum fuit pro *Hiſpellum*, & hinc credo *Spellatinus*, & *Speltinus*. Tamen S. Petitus 3. Miſcell. non legendum cenſet *Spoletinus ager*, ſed *Potentinus*. quia Spoletium non ſit in Piceno ſita, ſed in Umbria citra Apenninum.
Stellates in Vmbria. 163. Sed quidam codices M. S. habent *Spellates*, meo judicio rectius. Et ita hic legiſſe videtur Ortelius in Hiſpellum.
Sueſſa. 107.
Sueſſa Arunca. 38. aliis *Aurunca*. Sic & legitur, Aſculum & Auſculum.
Sueſſula. 107. 140.
Superequum. 124. *Superequana colonia* 145.
Surrentinum oppidum. 107. 139. Vet. inſcr. ORDO. ET. POPVLVS. SVRRENTINORVM.
Sutrium. 114.

T*Alio, rivus.* 197.
Tamirum. 136. Antonini itinerarium habet: *In medio Falerno ad Tamarum*, ubi aliqui codd. habent, ut indicat Simlerus, *Thamarum* & *Canarum*.
Tarentinus. 127 *Tarentinum Territorium* 110.
Tarquinios colonia. 132. *Tarquinius.* 114.
Teanum Sidicinum. 108. Præter quod & Teanum fuit Apulum, ut monet Strabo. & p. 140. vitioſe igitur legitur Syricinum, pro Sidicinum.
Teate. 124. 127. teſte Strabone Marucinorum caput.
Tegenenſis præfectura. 109. forte rectius à *Tegianum*, quæ in Campania, Tegianenſis derivares.
Tegurini. 166.
Teleſia. 108. 140.
Terebentum. 141. *Tereventum.* ibid:
Teramne Paleſtina Piceni. 125. pro Interamne, ut monitum ſupra.
Terracina. 108. 140. alibi Tarracina.
Theanus. 145. ubi quidam codd. MSS. addunt, *Apulus.* qui ager p. 110. dicitur *Theatinus Apulus.*
Tholentinus ager. 118. Tollentinates populos Plinius collocat in Piceno.
Tiberiani campi. 114. 120. & ita repone p. 135. ubi nunc legitur *Capite Vervani.*
Tyberinus ager. 131. ſed vitioſe, legendumq; *Tiferinus.* ut eſt. p. 117. confer utrumq; locum.
Tiſdritani in Africa. 74. Aliis etiam *Thyſdr.*
Tolentinus ager. 125. 142.
Tonenſium fit mentio p. 190.
Trebula. 108. ita rectius quam p. 124. *Tribule.* aut p. 140. *Tribulæ.*
Troento. 125. Hujus ager *Troentinus.* p. 118. & ut eſt p. 143. *Trointanis.* Sic credo hæc declinata ab *Truentum.*
Tuder. 112. vet. inſcr. VICANI. VICI. MARTIS. TVDERT. Poſt tamen facta colonia.
Tudertini. 58. 71.
Tuficum. 125. Tuficanis Plinius locum aſſignat in Umbria.
Turgallienſis præfectura. 155.
Tuſcia. 133. 211. 257. Hoc autem nomen Romanum eſt, nec ab origine id regioni inditum. Nam Strabo refert Tyrrhenos à Romanis Etruſcos & Tuſcos nominari. Hinc recte Siculus pag. 3. *Tyrreni qui dicuntur Hetrurii* Romanis nempe.
Tuſcia urbicaria & annonaria. 153.
Tuſculum. 108. *Tuſculi.* 141.
Tyrreni. 3. v. Tuſcia.

VAria regio. 111. 132. Plin. 3. 11. habet *Variam* cognomine *Apulam*. ut fuerit & alia ejus nominis. p. 110. habes *Territorium Varium*.
Varnus. 127. forte ita vocavit eam quæ notiori vocabulo dicitur Varia.
Veius, colonia. 115. *Veios ager*. 144. Vet. inſcr. SABINVS. DUUMVIR. VEJOS.
Velienſis præfectura. 109.
Velitræ. 108.
Venuſinus ager. 110. 127.
Venafrum. 108. 141.
Veragranus ager. 125. Veragros Plinius 3. 20. recenſet inter gentes Inalpinas.
Veretinus. 127.
Verulæ. 109. 141.
Veſtini mons. 161. Minturnis vicina & fluvio Liri.
Veterum. Hyg. 204.
Via Appia. 173.
Vibonenſis ager. 109. Vibo oppidi nomen antiquum, quod Romanos Valentiam vocaſſe teſtatur Strabo.
Viruxentini 166.
Vlcianæ præfectura. 109. Ulci Ptol. locantur in Lucania.
Vlubra. 108. quæ & Lubra.
Vmbria. 216.
Volaterana colonia. 112. 138.
Vritanus. 127. Non deſignari puto agrum Uritanum, quem Appianus circa Ravennam collocat, ſed Urium oppidum quod Strabo habet in Apulia.
Vticenſes. 194.
YDrontinus. 127. abſq; aſpiratione poſteriores hoc vocabulum extulere.

FINIS.

WILELMI GOESII

ANTIQUITATUM AGRARIARUM

LIBER

SINGULARIS.

TERMINO.

Termine qui fueras multis arroſus ab annis,
Quemque novus ſueta morat arator humo:
Tempus adeſt veteri quo reſtituare rigori,
Et redeat facies quæ fuit ante tibi.
Quæ fuit ante tibi dabitur ſpecieſque locuſque
Multa tibi cum ſit cura ſacrata mea.
At tu ſemeſis calamo protracte ruinis,
Multum conſpicuo tuque repoſte loco,
Cede tuis vittis, variis concede corollis,
Sed nec odoratum protinus unguen habe.
Hæc cineres, hæc oſſa ferant mihi præmia quondam,
Dum ſerus poſt me limite fixus eris.
Cede lubens, nam parva precor cum magna rependam:
Occideras Deus, & reddita vita tibi eſt.
Quin & chartæ homines hic experiuntur iniquos,
Di ſi non dederint præmia, nulla ferent.

W. G.

WILELMI GOESII ANTIQVITATVM AGRARIARUM LIBER SINGULARIS.

CAPUT I.

Urbis coloniæve cum ſuo territorio unum eſſe corpus, & unam utriuſque juriſdictionem.

MIrum forte videatur cuiquam, Cererem Deam agreſtem Veteres urbibus condendis præfeciſſe, cum urbanorum agreſtiumque & mores & ſtudia plurimum inter ſe diſcrepent non tantum, verum cum ne agri quidem totam ei curam commiſerint. Quippe qui & Bacchum, & Floram & Pomonam in partem curarum vocarint, ut alios omittam quos ſylvis, montibus, teſquis, lociſque aliis præſidere fecerunt. Sed ſi idem ille cogitarit, ab ejus qui quid pararit cura non alienum, illud ipſum conſervare & tueri, nonnihil forte à priori ſententia recedet. Ita enim comparatum eſt, ut aratores, & cum aratoribus fruges ſegeteſque in agris cujuſque pateant injuriis & violentiæ, dum ſinguli ſuis rebus ſatagunt. Verum in unum aliquem locum tutum collecti ſeſe iſti periculo ſubducent, & metum etiam aliquem malevolis incutient, qui hos vel pares vel etiam numero conſpicient ſuperiores. Ergo eam quæ ſerendi artem docuit, etiam docuiſſe vo-

ſunt arctiorem aliquem locum in munimen ſacri aratri ſulco circumſcribere, quem ab orbe vel ab urvo urbem dixerunt. Eſt enim urvare vel *urbare*, ut Pomponius tradit, *aratro definire*. Hic igitur aratoribus certa ſedes, tutumque receptaculum, & adverſus omnem vim exoptatum præſidium. Cujus ergo & aratores urbi ex agro omnia ſuppeditant, quæ ad victum ſunt neceſſaria. Ut

——————— *Alterius ſic*
Altera poſcat opem res, & conjuret amice.

Quocirca urbs agerque circumjacens, ſive territorium ejus, antiquitus duo fuere unius corporis membra, quæ uno eodemque jure ſub uno eodemque magiſtratu uterentur. Sic certe in Republica Romana urbs & territorium junctim unam conſtituiſſe coloniam certum eſt vel ex fragmentis, ſeu excerptis potius Frontinianis, quibus legitur: *Colonia Florentina deducta à III. viris, aſſignata lege Julia. centuriæ Cæſarianæ.* Item: *Colonia Volaterana lege III. virali in centurias ſingulas jugera* cc. Quippe illa jugera atque illæ centuriæ de quibus ibi ſermo etiam conſtituunt coloniam. Congruenter igitur Hyginus finem coloniæ ibi conſtituit, ubi eſt finis perticæ ſive agri aſſignati. Ita enim ille: *Certis locis aras lapideas ponere debemus, quarum inſcriptio ex uno latere perticæ applicito finem coloniæ demonſtrat, ex altero qua foras erit affines.* Unum proinde & urbs & territorium tantum habet ærarium, ut uni quod tribuitur & alteri proſit. Unde merito idem Hyginus dicit, *territorio ſi quid aſſignatum erit, id ad ipſam urbem pertinebit.* Quibus omnibus convenit, quod & adfirmat Pomponius l. 239. ff. de V. S. incolas eſſe *non tantum qui in oppido morantur, ſed etiam qui alicujus oppidi finibus agrum ita habent, ut in eum ſe quaſi in aliquam ſedem recipiant.* Unde & ſequitur magiſtratus colonici ſive municipalis poteſtatem

teſtatem

teſtatem non cohiberi intra urbis mœnia, ſed in univerſum territorium extendi. Quod & Siculus Flaccus his verbis confirmat: *Regiones dicimus, intra quarum fines ſingularum coloniarum aut municipiorum magiſtratibus jus dicendi coërcendique eſt libera poteſtas.* Neutiquam ergo verum eſt, quod ait Salmaſius ubi agit de Regionibus Suburbicariis, fuiſſe oppida quæ *territorii quidem proprietatem habebant, ſed nullum jus territorii, id eſt nullam jurisdictionem in territorio.* Longius etiam à vero recedit quod ibidem aſſerit, *interdum univerſum territorium auferri* oppido *ſine jurisdictione.* Neque enim idoneis id probat teſtimoniis, ſed quæ aut vitioſe invenit & legit, aut abſque judicio male intellecta lectori adverſarioque obtruſit temere. Sed nec verum eſt quod tradit Molinæus ad Conſuetudines Pariſienſes, *Dominos locorum habuiſſe publicam jurisdictionem in ſuos domeſticos, agricolas, & alios homines, & incolas ſubditos; & ad hoc habuiſſe ſuos magiſtratus, cognitores litium, & judices in prima inſtantia.* Quippe jure civili nulla privata territoria reperias, nec quenquam in iis privatim vel per ſe vel per alios jurisdictionem exercentem. ut abunde contra Molinæum demonſtravit Deſiderius Heraldus Quæſtionum quotidianarum capite ſeptimo. Hoc tamen interim cum Hygino agnoſcimus, *eſſe nihilominus quædam municipia quibus extra murum nulla ſit juriſdictio*, verum hoc nuſquam de coloniis dictum invenias. Nam quotieſcunque deducta fuit colonia, toties etiam additus aſſignatuſque ager, in quem, ut in ipſam urbem, magiſtratus jurisdictionem exerceret. Quomodo hoc autem acciderit quod quædam municipia extra murum nullam habeant jurisdictionem, id indicat Siculus. Nempe Auctores diviſionis, cum conquirerent agros quos aſſignarent, aliquid *reliquiſſe aliquando eis quibus agros abſtulerunt, quatenus haberent jurisdictionem,*

aliquos intra muros cohibuiſſe, id eſt univerſum territorium abſtuliſſe. Sed antequam id eis ablatum fuit, ibi etiam juris dicendi facultatem habuerunt: & quibus illius aliquid relictum fuit in illa parte eam facultatem retinuerunt, ut quondam in toto habebant. Ita ut verum maneat & Municipia & Colonias in ſua regione ſive territorio, quatenus id haberent, jurisdictionem exercuiſſe, atque ipſam urbem cum ſuo territorio unius juris fuiſſe & conditionis. Ut abſonum non ſit ſi eo libro quo agitur de re agraria, agrorumque conditione, limitibus, terminis, centuriis, jugeribus, & agatur de coloniis eorumque Auctoribus ſive Conditoribus, atque item menſoribus, illorum miniſtris. Neque eſt quod viros præclaros Turnebum & Rigaltium carpamus, quod auctores hæc tractantes in unum volumen coëgerint, ſed nos illorum exemplum ſequuti de omnibus his diſquirere lubet, quo veteres illos qui hæc tractarunt, quique nobis ſuperſunt melius intelligamus ipſi, & aliis ad illos intelligendos viam ſternamus.

CAPUT II.

Coloniæ definitio explicatur.

COmmodius autem diſſertationem noſtram nos non auſpicaturos opinamur, quam ab illa coloniæ definitione quæ in republica Romana in uſu fuit, neglectis iis quæ Phœnicum fuere ac Græcorum, quoniam Auctoribus noſtris de his agere animus non fuit. Quam quidem definitionem licet alibi uſque indagaverimus, nuſquam tamen invenire licuit quam apud Servium, ad Eclog. IX. Nam illa Ciceronis, quæ habet, *Coloniam eſſe civitatem à matrice civitate deductam*, ad omnes alias potius quam ad Romanas colonias pertinere videtur. Sed propius eſt quod Servius

dicto

dicto loco in hunc modum nobis exhibet: *Colonia eſt cœtus hominum, qui univerſi deducti ſunt in locum certum ædificiis munitum.* Et cum plus codices plerique non habeant, adjicit tamen Fuldenſis: *quem certo jure obtinerent.* Et poſt hanc ſequitur apud eundem Servium alia definitio, ſed quæ plurimum eſt depravata. Sic enim legitur ibi: *Alii, colonia pars civium aut publico ejus populi unde profecta eſt, conſilio hæ coloniæ ſunt, quod conſenſu publico non ſeceſſione ſunt conditæ.* Poſterior hæc igitur ita emendanda videtur: *Colonia pars civium auctoritate publica ejus populi unde profecta eſt concilia habens.* Quæ verba mihi plenam coloniæ conditionem complecti videntur. Nam quod ſequitur: *coloniæ ſunt quæ conſenſu publico non ſeceſſione ſunt conditæ*, non pars definitionis eſt, ſed conſequentia quam Servius, vel alius quiſpiam, ex ea definitione fluere arbitrabatur. Nam quia auctoritate pars civium in alias ſedes proficiſcitur cum colonia deducitur, idcirco coloniam non eſſe patet quando pars civium ſeceſſione diſcedit, ut fecit plebs Romana cum in Janiculum ſecederet. Sed qui dixit coloniam eſſe quæ auctoritate publica proficiſcitur, idem ille negavit coloniam eſſe quæ fieret ſeceſſione. Cæterum ut ad priorem definitionem redeamus, in ea loco generis recte primum poſitum videtur verbum, *cœtus*, quo & M. Tullius, ſi memini, uſus eſt in definitione civitatis. Hoc quippe verbo deſignatur, perexiguo numero nec coloniam nec civitatem conſtringi, ſed requirere multitudinem ſatis amplam. Tum eodem illo verbo demonſtratur, conſenſu & ordine quodam, non fortuito aut per ſeditionem hunc cœtum multitudinemve coiviſſe. Hæc enim contineri verbo cœtûs putavit M. Seneca libro tertio, controverſia octava. Ubi in hunc loquitur modum: *Non quotiens conveniunt in aliquem locum plures cœtus, ut* (nam ita legendum opinamur) *concur-*

concurſus eſt: ſed quotiens convocati, quotiens parati quaſi ad ducem ſuum concurrerent. Non ſi una vicinia coit, aut ſi tranſeuntium paucorum numerus affluxit: ſed ubi totus, aut ex parte magna populus, ubi diviſus eſt ex parte populus. Cœtus multitudinis magnæ nomen eſt coëuntis ex conſenſu quodam. Et ob defectum mutui hujus conſenſus Tacito ne quidem viſa colonia eſt, quæ tamen auctoritate publica legitime erat deducta. Nam ita ille de veteranis ex diverſis manipulis lectis & in unam ſimul coloniam miſſis: *Ignoti inter ſe, diverſis manipulis, ſine rectore, ſine affectibus mutuis, quaſi ex alio genere mortalium repente in unum collecti numerus magis quam colonia* ſive cœtus. Propter quem conſenſus defectum nec erit colonia ſervorum, quippe qui velle & conſentire non intelliguntur, relicta illis ſolummodo obſequii gloria. Cæterum liberi ſi ſint, cujuſnam ſint generis nihil intereſt, cum ſufficiat, ut habet definitio, eſſe homines. Nihil igitur intererit cives Romani ſint an Latini, Græci an barbari, ſtipendiarii an veterani. Nam & perfugis aſſignatum conſtat, & populis victis conceſſum aliquando, ut ſi vellent coloni adſcriberentur, ſcimus ex Livio & Dionyſio Halicarnaſſæo. Hunc vero hominum cœtum non ſponte emigrare vel ſecedere, ſed ex diſciplina Romanorum *deduci* oportuit auctoritate eorum quibus ejus rei fuit jus & poteſtas, de quibus poſtmodum pluribus agemus. Et in hoc ferè Phœnicum Græcorumque coloniæ ab his diſcrepabant plurimum. Deductionis vero iſtius hic fuit effectus, ut cives non tantum fierent, qui deducebantur, urbis quam immigrarent, ſed ut & liberarentur muneribus oneribusque civitatis unde emigrabant. Nam ſi quis ſponte ſedes in aliam civitatem tranſtulerit non fiet civis iſtius civitatis ſed *incola*; *& his magiſtratibus parere debet apud quos incola eſt, & illis apud quos civis eſt. Nec tantum muni-*

municipali jurisdictioni in utroque municipio vel colonia *ſubjectus eſt, verum etiam omnibus publicis muneribus fungi debet*, ut tradit Gajus JCtus lege 29. ff. ad municip. Non vero ita ſi traducebantur auctoritate publica, tum enim liberabantur omni onere civitatis prioris, adeo quidem ut civis Romanus, aſſcriptus coloniæ Latinæ, mediam pateretur capitis deminutionem amiſſa civitate. Deducebantur autem ii homines *univerſi*, vel ut ſcriptum à Servio opinamur *univerſim*, id eſt ſimul omnes, uno tempore unoque agmine, non ſeparatim nec ſparſim. Nam ut in bello ita & in hac profectione omnia ordine fiebant, & non tantum dux, ſed & vexillum æque ut in bello aderat, ut ex Ciceronis Philippica ſecunda liquet. Fuiſſe enim illud non tantum belli ſed & itineris ſignum ex eo liquet, quod Livius libro vigeſimo ſecundo ſcribat: *Iratus conſul ſe ex concilio proripuit, ſignumque itineris & pugnæ propoſuit.* Signum autem profectionis, de quo ibi Livius, fuiſſe vexillum videor mihi colligere ex Ambroſii Hexamero, libri quinti capite undecimo. Verba enim ibi faciens de navibus è portu ſolventibus, ad hunc morem videtur reſpexiſſe, cum dicit, *quibus vexillum exeundi aura de cœlo eſt.* Quaſi dicat, ut Dux vexillum tollit proponitque ſuis in ſignum profectionis, ita & aura ſecunda de cœlo miſſa indicit navibus neceſſitatem ſolvendi è ſtatione. Porro *locus* in quem coloni deducebantur, non eſt alius, quam, de quo jam ſatis dictum ſupra, urbs cum ſuo territorio. Eum vero dicit *certum*, tanquam ſuis finibus terminiſque circumſcriptum, & item *munitum*. Non quidem neceſſario muris & foſſis, quippe cum Camelodunum, quæ colonia fuit in Brittannia, nullis munimentis ſeptum conſtet è Tacito; ſed munitum oportuit *ædificiis*, ait Servius, ut intelligamus colonis & ædes fuiſſe adſignatas. Omitti tamen hoc verbum

bum poterat, cum *mœnire*, ut veteres loquebantur, vel *munire* ſit ædificare, & per *mœnia* quoque *ædificia* intelligantur, eodem ipſo Servio teſte, qui ita ſcribit ad illud Virgilii:

——————— *atque alta mœnia Romæ.*

aut propter gloriam, aut propter ædificia ingentia. Omitto alia ex quibus idem liquere poteſt, mœnia nimirum Servium interpretatum eſſe per ædificia; ſed hoc addam, annotaſſe idem etiam Laurentium Vallam Elegantiarum libro quarto, atque item linguæ Latinæ theſauro ſuo Stephanum. Quod propter ſe ipſum tanti non ducimus, ut tam operoſe adſtrueretur, verum operæ pretium nos facturos putavimus ſi indicaremus vanitatem hominis, qui poſtremus Emendationes & notas in Hiſtoriæ Auguſtæ auctores dedit. Siquidem ille ubi multum ſudavit in adſtruendo quod è Servio, Valla, & Stephano notavimus, ſubjungit tandem: *Hoc nos nunc igitur primi docemus, mœnia uſurpaſſe Latinos pro quibuslibet ædificiis & operibus.* Et hoc tamen dignum etiam viſum eſt ut repeteretur ad Plauti Bacchides. Sed nos his miſſis ad rem revertemur, atque id conſiderandum etiam in Servii verbis monebimus, ideo eum dixiſſe *locum ædificiis munitum*, ut indicaret ædes etiam colonis in novis ſedibus fuiſſe aſſignatas, ut id ipſum etiam ex aliis auctoribus conſtat. Namque Cicero Agraria ſecunda Conditoribus inter alios miniſtros & tribuit architectos, quorum nullus in diviſione agrorum uſus, ſed in ordinatione atque refectione tum ædificiorum tum publicorum operum mœniumque urbis, quæ vel maxime ejus curam deſiderant. Ideoque tanquam ridiculum quid proponit Plautus Truculenti prologo, mœnia abſque architectis extruere. Nam ibi

Per-

Perparvam partem poſtulat Plautus loci
De veſtris magnis atque amœnis mœnibus,
Athenas quo ſine architectis conferat.

cum in veris ſcilicet mœnibus excitandis architecti opera inprimis ſit neceſſaria, ut etiam Vitruvius monet, in his fictitiis, & quæ imaginem verorum tantum referunt, ſola Poëtæ deſignatione res peragitur. Unde paucis interjectis verſibus ſtatim ſequitur:

Athenæ iſtæ ſunto, ita ut hoc eſt proſcenium,
Tantiſper dum hanc tranſigimus comœdiam.

Hac enim tranſacta, aliam iterum illic urbem eodem modo abſque architectis transferre licebit. Sed & Æneas, cum in Sicilia ſub Aceſte coloniam eſſet relicturus,

——————— *Urbem deſignat aratro,*
Sortiturque domos,

ſive ſorte dividit, quas coloni eſſent habitaturi. Et Virgilius alibi:

Connubiis arvisque novis operata juventus.
Jura domosque dabam.

Quod ſcriptum ex uſu & conſuetudine ſui temporis à Virgilio non dubito. Sed & in lege Thoria eſt: *Quod ejus in urbe, oppido, vico eſt, quod ejus Triumvir dedit aſſignavit.* Et ædium quidem diſtributionem tanquam rem primariam ſuis dicitur pollicitus Antonius, cum in armis eſſet & Urbi inhiaret. Ita enim de eo Cicero Philippica octava: *Ille latronibus primum pollicetur domos, Urbem enim ſe diviſurum affirmat. Deinde omnibus portis deducturum* in agrum vicinum. Ut hinc certum ſit non modo in urbe oppidoque, ſed & in vicis territorii ædes fuiſſe aſſignatas colonis. Sequitur tandem in definitione, ut eſt in codice Fuldenſi, *quem certo jure obtinerent.* Quod forte cuiquam ſuperfluum videatur, cum verba cum effectu ſint interpretanda, &

non deducti videantur, qui obtinere locum non poſſint. Sicut definitum ſcimus l. 188. de V. S. *Haberi id non videri quod ſine interpellatione non poteſt teneri.* Qua in re ludere videtur Plautus Trinummo:

Civi immunifico ſcis quid cantari ſolet?
Quod habes ne habeas, & illud, quod nunc non habes, habeas malum.
Quandoquidem nec tibi bene eſſe potes pati, nec alteri.

Sed non tamen hæc de nihilo ſunt adjecta, quoniam iis non tam deducti demonſtrantur ut eum locum tenerent, quam quidem indicatur, certum jus legeſque colonis præſcriptas quibus loca data poſſiderent. Neque enim omnes colonias ejuſdem fuiſſe juris conſtat, cum fuerint quæ jus Civitatis habuerint, quæ Latii, quæ Italiæ; de quibus cum abunde egerint Sigonius libro ſecundo de Jure Italiæ, Marcellus Donatus Scholiis ad Suetonii Auguſtum, & Jacobus Gothofredus ad l. 1. C. Th. de jure Ital. urb. Conſtant. uberius agere hic ſuperſedeo, moniturus hoc ſolummodo, poſtquam lege lata per Cæcilium Metellum Italia immunis à tributis eſt facta, ut narrat Dion lib. 37. colonias, quæ jus Italicum conſequutæ ſunt, vix à jus civitatis adeptis diſcrepaſſe, quam jure ſuffragiorum, quod eis contulit Auguſtus, ut docet Suetonius in ejus vita. Tum, cavendum à Julio Cæſare Capacio, qui hiſtoriæ Neapolitanæ lib. 2. c. 14. quatuor facit coloniarum genera: Romani juris, Latinas, Auguſtales, & veteranas. Cum vero ex his nunc ſciamus quæ ſit colonia, non erit neceſſe ut & alteram definitionem quam ex eodem Servio produximus particulatim examinemus, hoc verbo monere contenti quomodo ibi *colonia* dicatur *pars civium*, & an convenienter ſubjiciatur, *concilia habens.* Prius quod attinet, generatim verum non eſt coloniam partem eſſe civium, cum ſupra etiam monuerimus,

mus, ſi civis Romanus in coloniam deductus ſit Latini nominis, quod non raro accidit, amiſſa civitate pati mediam capitis diminutionem. Verum ſi deduceretur colonia civium Romanorum, civitatem non amittebat, ſed jus Quiritium retinebat, adeo quidem ut & colonias etiam de magiſtratibus urbicis ſuffragia tuliſſe ex inſtituto Auguſti jam dixerimus. Et ita certe *colonia* recte dicitur *pars civium*, meritoque dicitur hæc pars *habere concilia*. Nam ut ait Lælius Felix apud Gellium, *is qui non univerſum populum ſed partem aliquam adeſſe jubet*, *non comitia ſed concilium indicere debet*. Ut ita coloniæ quæ jus civitatis habent non tam ſeparatæ diverſæque civitates eſſe videri debeant, quam quidem partes ipſius urbis Romanæ, quod de aliis dici non poteſt.

CAPUT III.

Quorum auctoritate coloniæ deductæ, & quæ militares.

DEfuncti hac explicatione hic nunc poteramus videri, cum utcunque coloniæ conditionem expreſſerimus, ni particulatim quædam etiam exactius retractare præſtaret: quoniam ſcilicet plura etiam reſtant quæ dici de his non incongrue hic etiam poſſunt. Et explicatione indiget quod diximus coloniam *deduci oportuiſſe auctoritate eorum quibus ejus rei fuit jus & poteſtas*. Quod igitur ibi conſulto omiſſum, nunc hic plenius perſequemur, explicabimusque non tantum penes quem jus & auctoritas ea fuit, ſed & per quos eam exercere fuit ſolitum. Et ut ab Imperii exordio rem repetam, coloniarum deductionem omnes ad Romulum referunt, ut idem qui Urbis eſt conditor, &

Imperii ſit propagator. Namque quarto ab urbe condita anno tres, poſt etiam plures colonias deduxiſſe perhibetur, ad ſe recepta tamen victarum gentium parte. Doctus reipublicæ infirmæ non modo vires contrahere & augere, ſed & validioris extendere propagines. Cujus veſtigiis & alii reges inſiſtentes coloniarum numerum auxere, finesque imperii, quam acceperant, reddiderunt ampliores. Quo quidem tempore cum omnia manu regia agerentur, ut ait Pomponius l. 2. ff. de orig. jur. & colonos eadem illa deductos non eſt ambigendum. Neque eſt quod quiſquam hoc regiæ majeſtati indignum cenſeat, cum Virgilius id ipſum etiam ſuo tribuat Æneæ, quem regem facit, regiaque munia obeuntem paſſim introducit, laudatiſſimo quo errores ejus deſcripſit opere. Ipſe enim cum in Sicilia coloniam ſub Aceſte, & quidem iſtius rege, eſſet relicturus,

——————— *urbem deſignat aratro,*
Sortiturque domos: hoc Ilium & hæc loca Trojæ
Eſſe jubet (gaudet regno Trojanus Aceſtes)
Indicitque forum, & patribus dat jura vocatis.

Non Aceſti hoc tribuit, qui inter deductos, verum, ex uſu & conſuetudine Romanorum regum, Æneæ, coloniæ auctori. Tarquinius tamen Superbus condendæ Signiæ Circeiſque filios præfeciſſe memorat Dionyſius Halicarnaſſæus, vel quod inſolita animi elatione hæc deſpiceret, vel quod rebus capeſſundis juvenum præparari vellet animos. Quicquid ſit, ipſum tantum è regibus fuiſſe qui non per ſe colonos deduxerit memoriæ proditum invenimus. Regibus vero exactis cum ſumma rei ad populum rediiſſet, & coloniarum arbitrium ad eos rediiſſe non incongrue videtur ſtatuendum, præcipue cum Cicero ſcribat Agraria ſecunda: *Cum omnes poteſtates, imperia, curationes ab universo*

verſo

verſo populo Romano proficiſci convenit, tum eas maximè quæ conſtituuntur ad populi fructum aliquem & commodum. Qualis hæc poteſtas, imperium & curatio proculdubio, qua civis milesve in novas ſedes poſſeſſionesve transferebatur. Quantus enim hinc fructus commodumque ad rempublicam populumque redundaverit, ſi non aliquatenus ex præcedentibus appareat, ex ſequentibus tamen fiet ſatis manifeſtum. Sed quid ejus ſit juris ac facultatis, de qua nunc quæritur, exemplis potius, quæ hiſtoriarum monumenta nobis ſuppeditant, quam alia ulla re nobis fiet manifeſtum. Igitur Ecetras libera republica App. Claudio & P. Servilio coſſ. A. V. C. CCLVIII. primam deductam coloniam eſſe diſcimus ex Dionyſio Halicarnaſſæo. Nec tamen quo jubente deducta ſit auctor ille commemorat. Minus etiam habet Livius, qui Ecetris agrum ademptum narrat, ſed coloniæ deductæ ne quidem meminit. Verum anno poſt A. Virginio & T. Viturio coſſ. miſſos Velitras juſſu ſenatus colonos habemus apud eundem Dionyſium Antiquitatum primo. Qui & hoc addit, gravem & indeprecabilem iis conſtitutam mulctam, qui ſorte ducti ire tamen detrectaſſent. Nam hoc agebant multi, ut domi potius ob famem tumultuarentur, quam ut in urbem migrarent quam peſtis vacuefecerat. At hac mulcta propoſita, ut idem ait Auctor, neceſſe habuit manus ſatis magna relicta Urbe, Velitras quas faſtidiebant migrare. Adeo ut hinc manifeſto conſtet poſt reges pulſos primitus Senatus fuiſſe de coloniis deducendis decernere abſque ullo aut populi aut plebis voluntate aut conſenſu. Et Lavicos, Antium, Cales, Caſſinum miſſas colonias narrat Livius libro quarto, octavo, & nono, nulla facta plebis populive mentione, qui illas deductiones ratas habuerint. Quin & tribunitia poteſtas nihil plebi juris circa hanc rem tribuiſſe debet videri, quip-

pe

pe quæ ei conceſſa ſit quo injuriam prohibeant atque à ſe avertant, non quo poteſtatem legitimam aliis extorqueant. Intermiſcuerunt tamen hiſce rebus ſeſe tribuni, variaque extant exempla, quibus apparet & ſenatus & plebis poſtmodum voluntatem concurriſſe in conſtituenda deducendave colonia. Eo quidem ordine, ut prius ſuper ea re conſuleret decerneretque Senatus, deinde ex Senatusconſulto Tribuni ad plebem ferrent. Sic enim Livius hiſtoriarum trigeſimoquarto: *Exitu hujus anni Q. Ælius Tubero tribunus plebis ex SCto tulit ad plebem, plebsque ſcivit, ut duæ Latinæ coloniæ, una Brutios, altera in Thurinum agrum deduceretur.* Et libro ſequenti: *Eodem anno Vibonem colonia deducta eſt ex Senatusconſulto plebisque ſcito.* Et ita de pluribus exiſtimandum quæ apud Auctores his fere temporibus ſimpliciter leguntur aut plebiſcito, aut juſſu Senatus deductæ. Fiet hoc manifeſtum collato Vellei Liviique teſtimonio. Cum enim quas hic plebiſcito, eas ille juſſu Senatus deductas commemoret, quis eſt qui non videat & Senatus & plebis hic interceſſiſſe auctoritatem, niſi quod credere nefas, alterutrum in errore verſari exiſtimaveris. Verba autem Paterculi, de quibus mentionem feci, hæc ſunt: *Statui... huic loco inſerere quæ quoquo tempore poſt Romam à Gallis captam deducta ſit colonia juſſu Senatus.* Et poſt relatas aliquas infit: *Eodem temporum tractu (quanquam apud quosdam ambigitur) Puteolos Salernumque & Buxentum miſſi coloni.* At de iiſdem coloniis in hunc modum Livius libro trigeſimo ſecundo: *C. Acilius Tribunus plebis tulit ut quinque coloniæ deducerentur: duo ad oſtia fluminum Vulturni Liternique, una Puteolos, una ad Caſtra Salerni, hisque Buxentum adjectum.* Et hoc quidem eo tempore introductum videri poteſt, quo de ſenatusconſultis plebi permiſſum fuit ſuffragium. Hoc enim jure poſt uſam plebem memorat Hali-

Halicarnaſſæus, cum tamen tempus quo uti eo cæpit non indicet. Nec tamen hic res ſtetit, ſed ad ulteriora itum eſt, ut nulla expectata Senatus auctoritate de agris latum ſit ad plebem. Princeps ejus factionis fuiſſe perhibetur Sp. Caſſius, qui eo anno quo cum Proc. Virginio conſul fuit, qui incidit in annum U. C. CCLXVII. legem agrariam primus promulgavit, nunquam deinde, ut verbis Livii utar, ſine maximis rerum motibus agitatam. Ejus legis duo fuiſſe capita ex Dionyſio Halicarnaſſæo diſcimus, quorum prius fuit: an ager publicus populi Romani viritim divideretur. Poſterius, an Latini & Hernici, quorum tamen opera captus non erat, cum Romanis ejus participes futuri eſſent. Quod quanquam nulla æquitate niteretur, tanta tamen ſuper ea re certatum eſt contentione, ut plebis ſedandæ cauſa Patres Senatus-conſultum facere coacti fuerint de Decem-viris creandis, qui finito agro publico pronuntiarent, quantum ejus locandum, quantum ejus eſſet dividendum populo: ſi quis autem ager poſtea communi militia acquireretur, ſuam quoque portionem ſociis, jus civitatis adeptis ex fœdere datum iri. Cumque hoc Senatuſconſultum ad effectum non perduceretur L. Æmilio Vopiſco Julio Coſſ. prioris anni conſulibus diem dixit Genutius tribunus plebis, quod Decemviros ex Senatus-conſulto non creaſſent. Et quanquam Sp. Caſſius, legis auctor, capitis damnatus eſſet, Genutiuſque repentina morte meritas accuſationis dediſſe pœnas putaretur, non tamen hæc res in poſterum omnino omiſſa. Sed variis auctoribus agitata ſæpius, potentiorumque auctoritate ſæpius repreſſa, perlata tandem tamen eſt lex agraria à Licinio Stolone, de quo & poſtea verba facturi ſumus. Quam legem concordiæ cauſa ſervare L. Cornelium inter-

regem juſſere Patres. Et hoc fuiſſe primum de agris dividendis plebiſcitum refert Livius, de quo non ante conſultarit Senatus: ſed ut tamen eorum aſſenſus fuerit ſubſequutus. Poſt hunc & C. Flaminius tribunus plebis popularem auram captans M. Æmilio Lepido M. Popilio Coſſ. omnibus optimatibus perinvitis legem ſuaſit ac pertulit, ut ager Picenus, unde Galli Senones ejectierant, militibus divideretur. Interjectis item multis annis cum lex Licinia jam in deſuetudinem abiiſſet, faſtuſque & opes magnatum accreviſſent magnopere, primum Tib. Sempronius Gracchus, & poſt Cajus etiam Tiberii frater, reluctantibus nullumque non lapidem moventibus optimatibus eam renovavit, ſed eo ſucceſſu, ut legibus latis ipſi nobilium factione oppreſſi fuerint ac interempti. Ita enim his, quæque ſubſequuta ſunt, temporibus vivebatur, ut quod quiſque clam, vi, dolo obtineret, id ſuo ſe jure obtinere arbitraretur: atque ut vel gratia vel opibus maxime pollebat, ita ſibi maximam ad quidvis audendum ſumeret licentiam. L. Sylla, cum omnia jam in poteſtate haberet, dari tamen ſibi ut refert Plutarchus, curavit, jus coloniarum deducendarum, urbium condendarum & diruendarum, jus regna auferendi, & pro libitu condonandi. Atque ita milites quibus rempublicam occuparat agrorum diviſione prorſus devinxit, & ad nulla non obſequia reddidit promptos & obſequentes. Pompejus vel rerum à ſe geſtarum gloria, vel corrupto reipublicæ ſtatu fretus nulla expectata lege in Provintiis à ſe devictis urbes alias condidit, alias reſtauravit atque colonis inſtruxit. Quod cum nullo jure, ut & multa alia feciſſet, acta tamen ejus, non præter decorum, in conſulatu ſuo confirmavit Cæſar, ut qui & ipſe non pauca contra leges conſuetudineſque majorum meditaretur. Dum enim Pompeii venditiones aſſignationeſque

neſque confirmabat, vel id aſſequebatur ipſe, ut ſuas merito futuras putaret firmiores. Ille enim cum eodem conſulatu de re agraria coloniarumque deductione ad Senatum retuliſſet, Senatuſque recuſaſſet auctor fieri, ad populum qui legem juberet, rem detulit. Quam licet nulla iniquitate laboraſſe Dion aſſerat, Plutarchus tamen non obſcure eum carpens, non hic Conſulis ſed tribuni officio functum arbitratur. Quem alius forte rectius juſtiuſque dixerit functum officio hominis ambitioſi, & ad regnum largitione de publico viam ſibi parantis. Jam tum certe pervulgatum erat per tribunos ferri, & ferri invitis patribus, ſed Cæſar & invitis illis, & Conſul pertulit, quod ante eum nemo. Cum conſulum hactenus eſſet vel maxime plebis effrenæ licentiæ tribunitiiſque molitionibus modum ponere. Cum vero ille rerum potitus eſſet pro libitu aſſignavit agros militibus quorum induſtria & virtute inimicos ſubmoviſſet, liberumque ad dominationem ſibi feciſſet aditum. Cujus exemplum ſequutus Auguſtus & Triumvir & Imperator parta victoria milites alios in Italia, alios in Provintiis colonos fecit. Et quanquam populus Romanus ei & in eum omne imperium ſuum & poteſtatem tranſtuliſſet, ita ut exinde penes Imperatores rerum ſumma fuerit, tamen ſæpe accidit ut habita oratione in Senatu ampliſſimi ordinis arbitrio permitterent quorum penes ſe haberent arbitrium. Cui rei indicio eſſe poſſunt l. 1. & 2. ff. de feriis, l. 8. ff. de aliment. & plures aliæ quas collegit Briſſonius Selectarum antiquitatum libri primi capite decimoſexto. Quod ipſum & factum ab Auguſto & ab aliis Imperatoribus in coloniarum deductione ſatis puto apparere nummorum veterum argumento, quibus colonias deductas apparet adſcripto tamen Senatus-conſulti auctoritate. Non itaque unifor-

mem modum ac rationem conſtitiſſe in republica Romana ſatis apparet, ſed variatum eſſe non modo ſecundum regiminis differentiam, verum etiam pro ratione ac factione etiam eorum qui in republica valerent. Fuit hoc primo regium, dein Senatus, poſt Senatus plebiſque ſimul donec plebs ad ſeſe rapuere, ut mox & dictatores & conſul, à quibus denique devolutum eſt ad Imperatores. Unde conjecturam capere licet an ſatis commode Paterculus diviſerit colonias in militares & eas quæ juſſu Senatus deductæ ſunt. Ita enim ille loco qui ſupra etiam à nobis eſt indicatus: *Statui .... huic loco inſerere quæ quoquo tempore poſt Romam à Gallis captam deducta ſit colonia juſſu Senatus. Nam militarium & cauſæ & auctores & earum præfulgent nomina.* Et poſtquam aliquot recitaſſet colonias, addit poſtremo: *Deducta in Vagienis Eporedia Mario ſexies Valerioque Flacco Coſſ. neque facile memoriæ mandaverim quæ niſi militaris poſt hoc tempus deducta ſit.* Non enim perfectam eſſe diſtinctionem eæ teſtabuntur coloniæ quæ abſque Senatus auctoritate à ſolis tribunis fuere deductæ, ut & ea quam Cæſarem deduxiſſe conſulem commemoravimus. Has quippe nec militares eſſe, nec Senatus auctoritate deductas quis eſt qui non videat? Deinde, ſi recte cenſuit Paterculus, omnes illæ erunt militares quæ poſt Eporediam ſunt deductæ, ut & illæ quæ ante Eporediam quidem ſunt aſſignatæ, ſed quas non recenſuit. Quapropter militares ei erunt Satricum, Caſſinum, Narnia, Sena, Hadria, Vulturnum, Liternum, Sipontum, Tempſa, Croton, Pyrgi, Mutina, Parma, Saturnia, Piſa, Nola, Aricia, Lavinium, Abeſſinum, Ferentium, Tarquinii. Has enim omnes poſt urbem à Gallis captam atque ante Eporediam deductas puto, cum tamen à Paterculo non recenſeantur. Sed aut catalogus colo-

coloniarum quem Paterculus pertexuit ad nos integer non pervenit, aut certo aliquid humani ei accidit, oblitus aliquot colonias recenſere quæ ex Senatuſconſulto deductæ fuere. Nam de Satrico aperte Livius libro ſexto: *Largitor voluntarius repente Senatus factus Satricum coloniam duo millia civium Romanorum deduci juſſit.* Atque de Caſſino libro nono: *In Caſſinum ut deducerentur coloni Senatuſconſultum factum eſt.* De aliis licet tam aperte Livius non teſtetur, Senatuſconſulto ſcilicet deductas, cum tamen pleraſque à Triumviris qui legibus creati, deductus ſcribat, vel hinc ſaltem militarium numero non habendas opinamur patere. Nam militares honeſtiore vocabulo hic dictas à Paterculo crediderim, quas non lege, ſed militari manu condidere Sylla, Pompeius, Cæſar, itemque Antonius, Lepidus, &c. Octavius dum armis rempublicam tenebant, & ante legem regiam ſolus etiam Octavius Auguſtus. Cicero quidem, ut ſuo ſerviret Pompeio, ſcribit Agraria ſecunda, more majorum penes Imperatorem dum in bello verſatur, de agro captivo omne judicium eſſe & poteſtatem, verum ſi vel maxime liceat ita ſtatuere Imperatori de agro ex hoſte capto, non tamen inde ſequitur idem licuiſſe factionis ducibus de agris poſſeſſionibuſque civium. Sed pace Ciceronis dicam etiam non factum more majorum quod ille Pompeio aſſertum ivit. Nam ita L. Furius Camillus ad Senatum poſtquam cum collega omne Latium receperat: *Noſtrum fuit efficere ut omnium rerum vobis ad conſulendum poteſtas eſſet; veſtrum eſt decernere quod optimum vobis reique publicæ ſit.* Et mox decretum à Patribus refert Livius quibus civitas daretur, in quæ oppida coloni mitterentur, quique ſeverius forent plectendi. Quinimo ne quidem Imperatorem in predam ex hoſte

captam jus habuiſſe, ſed lege fuiſſe cautum ut Quæſtori vendenda traderetur, pecuniaque referreretur in ærarium, docet Halicarnaſſæus libro ſeptimo. Tantum abeſt ut urbes condere, colonias deducere, vectigalia largiri, immunitates concedere ex more majorum Imperator potuerit. Hoc tamen reperio, honoris cauſa eſt Imperatoris nomen, qui feliciter rem peregiſſet Senatus-conſulti decreto adjectum. Nam Philippo Rege Macedonibuſque devictis pronuntiavit præco: *Senatum Romanum & T. Quinctium Imperatorem jubere immunes ſuiſque legibus eſſe Corinthios*, pluresque alias gentes devictas, ut eſt apud Polybium, Livium, & item Valer. Maximum. Verum tamen eſt, negarique non poteſt, ita mutata poſtmodum tempora, ut de agro capto belli duces pro arbitrio ſtatuerint. Tradit quippe Siculus, *non omnibus victis ablatos agros, nam quorundam gratiam, aut dignitatem, aut amicitiam victorem ducem moviſſe, ut eis concederent agros ſuos*, ut Syllam primum, & poſt aliquot etiam alios, qui auctores fuere militarium coloniarum. Sigonius quidem, ut & nos, militarium coloniarum initium à Sylla ducit, verum in eo plane à nobis abit quod militares exiſtimet in quas miles veteranuſve deductus ſit. In quo plane fallitur, quandoquidem veteranis lege Sempronia, quæ Syllæ dictaturam anteceſſit, aſſignatum in Frontinianis legamus agrum Abeſſinenſem, Ferentinenſem, & forte plures alios. Unde ſequeretur & Abeſſinum & Ferentinum militares fuiſſe colonias ante Syllæ dictaturam, quod ipſe Sigonius neutiquam admittit. Præterea Val. Maximus lib. nono auctor eſt, complures veteranorum colonias C. Marium legiſſe patronum: quod & ipſum factum proculdubio ante Syllanas aſſignationes. Denique ſi militaris eſt colonia in quam miles veteranuſve mittitur, diſtinctionem evaneſce-

re

re neceſſe eſt quam ipſe Paterculus ſtatuit, cum negari nonpoſſit non minus militem quam alium quamvis Senatus auctoritate in colonias deductum. Scribit enim Livius *cum de agris militum relatum eſſet qui ductu auſpicioque proconſulis Scipionis in Africa bellum perfeciſſent, decreviſſe patres, ut M. Junius prætor Urbis, ſi ei videretur, Decemviros agro Samniti Apuloque, quod ejus publicum populi Romani eſſet, metiundo dividundoque crearet.* Et Dion Caſſius, Senatum decreviſſe ut & Pompeii & Metelli militibus agri dividerentur. Ut multo veriſimilius ſit, quod dixi, militares eſſe quæ jure militari, id eſt vi & armis ſunt deductæ: ut ſint eædem quas deductas à Dictatoribus ſcribit Hyginus. Sed nec felicius mihi aſſequutus videtur Sigonius, quid ſit quod ait Paterculus, *militarium* coloniarum *& cauſas & auctores & ipſarum præfulgere nomina.* Exiſtimat quidem unica interrogatione ſe poſſe horum verborum difficultatem ſolvere, ſed qua nec mihi nec fortaſſe pluribus aliis ſatisfecerit. Quærit enim *quid L. Sylla, C. Cæſare Dictatoribus, M. Antonio, M. Lepido & C. Octavio* III. *viris reip. & ipſomet Imperatore Auguſto potuerit eſſe illuſtrius:* & ita ab hujus loci difficultate ſe quidem ſatis indulgenter abſolvit. Nam ſi concedamus, ut concedimus ſane lubentes, nihil iſtis viris in antiquitate Romana eſſe ſplendidius, nihil illuſtrius; nihil tamen hinc certi habebimus de cauſis nominibuſque coloniarum, quæ non minus præfulgere dixit Vellejus quam ipſorum nomina auctorum. Neque ego id mihi certo demonſtrandum ſumo deperditis tot veterum monumentis, quæ Velleio iiſque quicum vixit perſpicua reddiderunt, quæ nunc nos ingnorare fateri non erubeſcimus. Paulo propius tamen nos ad veritatem poſſe accedere putamus quam quidem fecit Sigonius, præbente mihi ipſo Velleio ſe ducem. Nam cum dicit,

cit, *& cauſas & auctores, & ipſarum præfulgere nomina* coloniarum, non vane puto me inde colligere, alicubi hæc omnia publice omnium oculis fuiſſe expoſita. Neque enim novum in republica Romana, res memoratu dignas publice proponere, atque ea ratione oblivioni eximere. Nam factum id jam inde ab Romuli uſque temporibus refert Dionyſius Halicarnaſſæus, demonſtrans has ligno primum, poſt vero æri ſolitas incidi, atque ita æternitati conſecrari. Et ſic virorum illuſtrium res geſtæ poſteritati ſunt traditæ, quæ alias ignorantiæ tenebris obducta jacuiſſent. Imo labente tempore ad prodigia hominum devoluto imperio non minus hic honos abjectisſimis decretus fuit, quam quidem ſeveriſſimis temporibus principibus viris. Atque ut in hæc me latius non diffundam, nec conquiram hujuſmodi titulos, qui plures extant, unica Plinii epiſtola contenti erimus, quæ extat libro octavo ſcripta ad Montanum: qua agit de ſenatuſconſulto quod Imperatoris Claudii temporibus ſordide decretum eſt in Pallantis, hominis liberti, honorem. Ubi autem primum mentionem ejus fecit, ſubjicit ſtatim. *Conferant ſe non dico veteres illi Africani, Achaici, Numantini; ſed hi proximi Marii, Sullæ, Pompeii, nolo progredi longius, infra Pallantis laudes jacebunt.* Unde hoc primum conſtare puto, quoniam comparatio non eſt niſi ſimilium, ut Pallanti publice virtutum ſuarum poſitus fuit titulus, ſic & poſitum fuiſſe Scipionibus qui Africam Numantiamque, & L. Mummio qui Achæos devicere; ac præter hos etiam Mario, Sullæ, Pompeio. Sed & cum profiteatur infra Syllam Pompeiumque ſe nolle progredi, innuere eum non obſcure exiſtimo, & illorum qui hos ſubſequuti ſunt elogia eodem modo fuiſſe propoſita: Cæſaris certe & Auguſti, an etiam aliorum non requiro, quoniam

niam ea res ad id quod agimus non pertinet. Et profecto cum leges, pecuniæ, magiſtratus, agri, jus civitatis, libertates, immunitates aliaque beneficia, quæ Cæſar vivus dicebatur conceſſiſſe privatis, urbibus, populis, regibus poſt ejus mortem à Senatu rata fuiſſe habita, columnis æreis inciſa publiceque fuiſſe fixa tum ex Ciceronis Philippicis, tum ex Dione diſcamus, fieri non potuit, ut non accurata ibi etiam facta fuerit coloniarum enumeratio, utpote quæ beneficiorum pars non eſſet minima. Similiter de coloniis ab Auguſto deductis non eſt quod dubitem quin ſint publice ſpeciatim recenſitæ: quamvis fragmentum monumenti Ancyrani eas non habeat, ſed generatim memoret tantum hominum ab eo deductorum circiter centum & viginti millium. Nam præterquam quod ex reliquiis iſtis de toto judicare non poſſimus, non etiam conſequitur, ut quod in provincia repertum non eſt, in Urbe ubi vixit Paterculus, nunquam extiterit. Nam ſpeciatim res quaſque ſingulatimque talibus inſcriptionibus comprehendi ſolere id judicio eſſe poteſt, quod de Trajano Plinius panegyrico quærit: *Sed quid ſingula conſector & colligo, quaſi vero aut oratione complecti, aut memoria conſequi poſſim, quæ vos P. C. ne qua interciperet oblivio, & in publica acta mittenda & incidenda in ære cenſuiſtis?* Specialem itaque ſimilemque rerum à Sylla, Pompeio, Cæſare & Auguſto geſtarum deſignationem factam fuiſſe, ac etiam publice extitiſſe nos ſuadet Paterculi auctoritas, qui ſuo tempore coloniarum *militarium & cauſas & auctores & ipſarum* dixit *præfulgere nomina.* Quid enim aliud eſt *præfulgere*, quam loco celebri atque conſpicuo, honorifico etiam addito elogio omni populo eſſe expoſitum, ut de Pallante memorat idem Plinius, cui titulus ex Senatus-conſulto æri inciſus, *idque æs ut figeretur ad ſtatuam*

 tuam

tuam loricatam divi Julii decretum eſt. Pari itaque modo Sylla, Cæſar, Auguſtus eorumque res geſtæ, atque inter eas coloniarum quoque deductiones, præfulſere, ſed tamen loco non tam illuſtri, ut colligimus ex eodem Plinio, quoniam verbis ſupraſcriptis ſubjungit: *Parum viſum tantorum dedecorum curiam eſſe teſtem, delectum celeberrimum locum in quo legenda præſentibus legenda futuris proderentur.* Hoc enim his indicare videtur, Scipionum, Mummii aliorumque ejus notæ virorum elogia in curia fuiſſe fixa, atque in hoc Pallantem iis fuiſſe prælatum, qui quum eſſet infimus, viris tamen principibus in hoc ſit præpoſitus, quod dignatus ſit loco plurimum conſpicuo & illuſtri. Non ergo ut militarium coloniarum ita & reliquarum præfulſere & nomina & auctores & cauſæ, quoniam ſcilicet Senatus-conſulta quibus fuere deductæ non legenda publice proponebantur, ſed condebantur in ærario. Quæ Velleio cauſa fuit, ut eorum nomina colligere atque legenda proponere voluiſſe videatur.

CAPUT IV.

Auctores per quos aſſignatum: eorum poteſtas. Agrimenſores, eorumque officium.

SEd miſſum nunc tandem faciamus Velleium, qui nos longiuſcule detinuit, atque ut promiſimus expendamus per quos colonias deduxerint ii penes quos illud jus fuit, præcipue poſt pulſos reges. Nam cum illi rerum potirentur ab ipſis hoc factitatum docuimus. Quorum morem ſequuti videntur Dictatores, ut qui omnia inſignia cum illis habuere paria, & in hoc illis non videantur inferiores, niſi ſi plures ſimul deducendæ fuerint coloniæ, ut omnibus ſimul vacare nequiverint. Id enim feciſſe Auguſtum

guſtum Servius ad Eclogam nonam aperte indicat cum ſcribit *Alphenum Varum agros diviſiſſe*. Hoc enim cum fecit Varus non niſi juſſu feciſſe Auguſti certum eſt, qui milites in colonias deducendos receperat. Verum Senatus auctoritate cum aſſignatum eſt, factum ſemper per eos qui ſpeciatim ſunt lecti ad id muneris, dictique ſunt à numero Duumviri, Triumviri, Quinqueviri, Decemviri, Vigintiviri, prout vel plures vel pauciores ad hoc vocare placuit. Et à munere quod obibant dicti aliquando Triumviri ad coloniam deducendam, Triumviri agro dando, Decemviri agro metiundo dividundoque, Triumviri agrarii, Auctores diviſionis, Auctores aſſignationis diviſioniſque, & quandoque ſimpliciter Auctores & etiam Curatores, qui extraordinem creabantur ad certum tempus. Si quidem lege Livia, qua aſſignatum in Africa Curatorum poteſtas circumſcripta fuit ducentis quinquaginta diebus. Ea quippe ita perſcriptum memoriæ proditum eſt: II. VIR. QUEI. EX. H. L. FACTUS. CREATUSVE. ERIT. IS. FACITO. IN. DIEBUS. CCL. PROXIMIS. Quod ſane, ſi non mendum in numero, iſti rei perficiendæ tempus ſatis breve fuit. Nam lege Acilia, qua deductæ coloniæ quinque, Triumviri per totum quinquennium magiſtratum habuere. Nec majus ſpatium temporis dari lege Decemviris ſuis poſtulabat Rullus, quanquam longe majora quam quinque coloniarum deductionem moliretur iis tribuebat quinquennium, ſed ea perlata non fuit. Tempore igitur eo iis in locis quæ dividenda erant ea fere Curatores utebantur poteſtate, qua qui proprætore vel conſule mittebantur in provintiam, ubi pleniſſimam haberent poteſtatem, & poſt Principem omnium fungerentur partibus qui Romæ jus dicebant. Ejus imperii initium à *poſita auſpicaliter groma*, ut eſt apud Hyginum,

finis groma eadem vel *Machina ſublata atque æs fixum*, ut alibi dicitur, mea ſententia fuit. Id eſt cum leges colonicæ à Conditoribus æri inciſæ, publice affixæ omnium oculis fuere expoſitæ. Tum enim ut ceſſavit Conditorum imperium, ita magiſtratus coloniarum ſuum auſpicabatur. Hoc ſi recte perpenderimus perfacile erit videre quid ſit quod legis Mamiliæ capite quinto legitur in hæc verba: *Deque ea re curatoris qui hac lege erit jurisdictio recuperatorumque datio addictio eſto. Cum curator hac lege non erit tunc quicunque magiſtratus in ea colonia, municipio, præfectura, conciliabulo jure dicundo præerit, ejus magiſtratus ea de re jurisdictio judiciſque datio addictio eſto.* Lex nempe vult durante poteſtate Auctoris ſive Curatoris omnem penes eum eſſe jurisdictionem, neque ullas eo tempore magiſtratus eſſe partes, quæ finito ejus imperio demum ſuccedunt. Tum enim non minus hunc judices dandi habere facultatem, quam habuerat ille prius. Quod notandum eſt adverſus Scipionem Gentilem, qui libri ſecundi de Jurisdictione capite ſexto negat magiſtratum municipalem juri dicundo præfuiſſe. Contrarium enim non tantum apparet ex antecedentibus, verum & ex l. 13. ff. de jurisdict. qua aſſeritur magiſtratui poteſtas jubendi judicare. Magiſtratus autem ibi intelligitur colonicus & municipalis, atque diſtinguitur ab eo qui ſit in poteſtate, ut proconſul vel prætor aliuſve qui provinciam regit. Poſita igitur ita, ut dixi, poſt auſpicium groma, proximum fuit quod Auctores curarent, ut ex profeſſione veterum poſſeſſorum deſcriptionem agrorum inſtituerent. Sic enim Siculus Flaccus: *Quædam aliquando qualiter partiri debeant inde colligere poterimus, ut reſpiciamus profeſſiones. Si nim: quibus agri ſui à Conditore reddantur juſſi profeſſi ſunt quantum modum*

quoque

quoque loco poſſiderent. Et poſt: *Quibuſdam, ut ſupra dixi, redditi ſunt agri, juſſique profeſſi ſunt quantum quoquo loco poſſiderent.* Quæ profeſſio non ideo modo neceſſaria fuit ut ſciretur modus agri, ſed ut & ſitus, & nomen & pretium; vinea ſcilicet an olivetum, ſylva cædua an glandifera, arvum an pratum, aliaque hujuſcemodi. Quippe ſecundum bonitatem agros æſtimabant, vel ut noſtri loquuntur, taxabant, & melioris quidem minorem, ſequioris majorem aſſignabant modum. Loca enim aſpera & ſterilia in aſſignationem non veniebant. Si quid autem juris eſſet ambigui dubitareturque ad territorium pertineret nec ne, ſive pagi, ſive villæ, ſive aliæ aliquæ terrarum particulæ, conditorum fuit omne id dijudicare. Quæ res non levem aliquando tumultus cauſam dedit, ut quidem à Triumviris Fulvio Flacco Papirio Carbone S. C. Gracchо ad conſulem Tuditanum Senatus hujuſmodi cognitionem extra ordinem tranſtulerit. Qui tamen rei difficultate perſpecta, ut tradit Appianus, prætextu belli Ilirici eam omiſit. Vulgo autem ordinarieque hujuſmodi rerum cognitio ad Conditores ſpectabat, quam tamen abſque multa diſceptatione finiebant ut plurimum, propter ſummam qua pollebant auctoritatem. Nam ea vel leviter tractata, vel etiam prorſus neglecta per finitores agrum limitibus claudebant quemcunque aſſignatum volebant. Ea quidem libertate, ut agnoſcat Cicero Agraria ſecunda *liberos populos agris mulctandi* dari curatoribus lege agraria facultatem: atque ut Siculus item teſtatur pulſos plurium municipiorum populos, atque erepta eorum territoria uni coloniæ fuiſſe attributa. Ita enim ille: *Illud vero compertum eſt pluribus municipiis ita fines datos, ut cum pulſi eſſent populi, & deducerentur coloniæ in unam aliquam electam civitatem, multis erepta ſint territoria, & diviſi ſint*

 plu-

pluriũm municipiorum agri, & una limitatione comprehenſi ſint. Facta itaque eſt pertica communis, id eſt omnium territoriorum coloniæ ejus in qua coloni deducti ſunt. Ergo fit ut plura territoria confuſa unam faciem territorii accipiant. Aliquibus vero Auctores diviſionis reliquerunt aliquid agri eis quibus abſtulerunt, quatenus haberent jurisdictionem; aliquos intra muros cohibuerunt. Sed ut uni coloniæ territoria diverſarum civitatum quandoque ſunt attributa, ita & uno è territorio plurium coloniarum aſſignationes nonnunquam ſumptæ ſunt. Nam Puteoli, Vulturnum, Liternum cum fierent coloniæ, diviſum iis refert Livius *agrum qui Campanorum fuerat*. Tanta enim agri Campani amplitudo cum eſſet ut non ſuæ tantum civitati ſufficere videretur, ſed & aliis, coloniarum iſtarum aſſignationes in hujus fines extenderunt conditores. Illi igitur, ut breviter repetam, veteres poſſeſſores proprietate privabant, quam dabant novis colonis abs ſe deductis: jurisdictionem pluribus municipiis vel totam vel ex parte auferebant, ablatam confundebant confuſam uni civitati tradebant, quam honorabant jure coloniæ. Et ne injuria id eos feciſſe exiſtimes, quæ in illum modum conſtituiſſent, legibus eadem illa firmabant, ne cuiquam violare impune liceret. Nam ubi ea recenſuerat Siculus quæ ex eo jam produximus, addit ſtatim: *Itaque leges datæ coloniis municipiiſque intuendæ erunt*, quas tum hæc tum illas his in rebus ſervare oporteret. Huc ſpectat quod item ait Hyginus: *Hi agri leges accipiunt ab his qui veteranos deducunt, & ita propriam obſervantiam eorum lex data præſtat his agris.* Tanta igitur & tam ampla cum eorum fuerit poteſtas, non aliter quam per ſeditionem factum videri poterit quod modo de tranſlata in Tuditanum à

Trium-

Triumviris poteſtate diximus, quo aſſignatio impediretur, quod & factum eſt. Tantum vero operis ut à ſolis Triumviris Decemvirisve non peractum eſſe, ut quilibet facile per ſe colligat, ita tamen oportere puto nos hic addere qui qualeſque illis præſto fuerint, præeunte nobis Cicerone Agraria ſecunda; ubi recenſet pullarios, apparitores, ſcribas, librarios, præcones, architectos, janitores, vel ut legi malunt Antonius Auguſtinus & Gruterus, finitores: quibus & ego facile calculum adjecero, qui ſcio quam nihili ſit ſine his hujuſmodi machinatio, imo qui ſciam operum præcipua per hos effici debuiſſe. Nec mirum ad tantum opus, quale propoſitum Rullo, flagitatos finitores ducentos, quod Cicero ait, qui ſciam unius agri Albenſis terminationem factam per Cilicium Saturninum ope viginti menſorum ſeu finitorum. Quorſum architecti neceſſarii jam dictum eſt ſupra, quorſum apparitores & præcones res adeo eſt non obſcura ut expoſitione non indigeat. Verbo etiam ſuffecerit monere, pullarios ideo adhibitos quia nihil magni ſine auſpicio Romani inchoare ſolebant: ſcribas, qui acta publica conficerent, librarios qui in libros referrent rationes patet omnino fuiſſe neceſſarios. Sed qui hi finitores quodve eorum fuerit munus, paulo diligentius erit expendendum, quoniam plurima de his apud noſtros fit mentio. Hic ergo finitor, ne nominum variatione confundamur, idem eſt qui in jure vulgo dicitur Menſor, Menſor agrorum, & Agrimenſor, atque in veteri inſcriptione Menſor agrarius, in Frontinianis Menſor agris limitandis metiundis, Frontino de Aquæductibus Metitor, Ciceroni Metator & Decempedator, Servio Limitator; Simmacho Rector, Iſidoro Cenſitor, Simplicio Inſpector, & aliis ex noſtris Auctoribus Agens & Artifex & Profeſſor, Anonymo Miniſterialis Imperatorum, variis legibus

gibus Arbiter, & Alfeno arbiter aquæ pluviæ arcendæ. Quæ variatio nominum potiſſimum à varia functionum vice deſcendiſſe videtur. Ut vel hinc refellatur Gloſſa in l. 3. C. fin. regund. quæ agrimenſores vocat executores. Nam eos & judicare indicio eſt l. 24. ff. aq. pluv. qua dicuntur *cogere* & *condemnare*. Et Imperatores Valentinianus, Theodoſius & Arcadius ſua conſtitutione, *finalis jurgii commiſerunt artis hujus peritis omne ſub fideli arbitratione judicium.* Sed neque refellendus pluribus Laurenbergius, qui Gromaticæ libri primi capite tertio dicit *Agrorum dimenſioni centuriationique qui præſunt agrimenſores vocantur ſeu adſignationis ac diviſionis auctores ac conditores finium ſeu finitores peculiariter autem artis Gromaticæ profeſſores.* Nihil enim imperitius cogitari poteſt, quam conditores ſeu adſignationis ac diviſionis auctores cum his confundere. Sed ut de nomine etiam ad res deſcendamus, horum Agrimenſorum fuit Ordo, qui hanc ſcientiam & profiteretur, & judicaret. Quo ſpectat quod quadam Theodoſii & Valentiniani lege dicitur: *Quoniam qui non fuit profeſſus ſuper hac lege jubemus damnari: ſi ſine profeſſione judicaverit capitali ſententia feriatur.* Quod ideo factum, ut & De agentibus in rebus reſcriptum eſt in C. Th. l. 4. *Ut probandus adſiſtat qualis moribus ſit, unde domo, quam artis peritiam adſecutus ſit.* Fuere enim in eo ordine viri non tantum eruditi, ſed etiam graves & ſplendidi, ut fuere Longinus, Frontinus & Balbus, *qui temporibus Auguſti omnium Provinciarum formas & civitatum menſuras in commentarios contulit.* An autem is idem ſit quem Cicero dicit *juris & officii peritiſſimum* haud facile dixero. Præter juris-peritos autem & alii huic ordini fuere inſerti qui ſeſe belli ſtudiis applicaverant, qualis ille Cilicius Saturninus, centurio, de quo mentionem

nem fecimus, & Vectius Rufinius primipilus de quibus mentio in Frontinianis, & forte Octavianus Muſca, de quo Servius ad Eclogam nonam. Hic ordo Primicerium habuit, qui exacto biennio militiæ agentium in rebus adſcribebatur ex conſtitutione Honorii & Arcadii, quæ eſt ſub titulo C. Th. & Juſt. De menſorib. Qui ea Theodoſii & Valentiniani conſtitutione, quam commemoravimus ante, Magiſter agrimenſorum videtur appellatus, quamvis mendoſe ibi legatur: *De magiſteriis agrorum cura magna ſancimus*, cum res clamet illos non de magiſteriis ſed magiſtris loqui, quos *ſpectabiles* dicunt. Magiſtri vero ſunt qui inter ſui corporis homines principatum tenent, quem poſteriori ævo Primicerium vocatum teſtatur ad Capitolinum Caſaubonus. Ii Primicerii ſive Magiſtri inter ſpectabiles numerabantur, reliqui agrimenſores dum profiterentur inter clariſſimos. Ita enim laudatæ legis verba accipio. *De magiſtris agrimenſorum ſancimus ut ſpectabiles ſcribantur, & uſque dum profeſſi fuerint clariſſimi.* Spectabiles autem medii erant inter illuſtres & clariſſimos, quo dignitatis gradu & agentes in rebus gaudebant. Conſtat enim ex l. 22. C. Th. De agent. in reb. vicariam eos obtinuiſſe dignitatem, quam ſpectabilem eſſe notat Cujacius ad tit. C. De offic. vicar. Viri itaque illi totuſque adeo ordo cum eo loco habeatur, non mirum ſi Ulpianus l. 1. ff. ſi mens. fals. m. dixerit, *inter talem perſonam locationem conductionem non eſſe, ſed magis operam beneficii loco præberi, & id quod datum ei ad remunerandum dari, & inde honorarium appellari.* Græci antidoron dixere Baſilic. libro 60. t. 9. l. 1. Quod honorarium ſive antidoron quale iis exhiberi debeat definierunt conſtitutione alia iidem Imperatores Theodoſius

e & Va-

& Valentinianus, nempe ut per ſingulas poſſeſſiones, ſive ut illi loquuntur, per ſingulas poſſeſſionis uncias ſingulos aureos accipiant ubi limitem direxerint, quod ſi tritinio limitem reſtituerint, tres aureos accipiant abſque ſua pulveratica. Quæ remuneratio non eſt vilis neque contemnenda, præſertim ſi ad hæc tempora reſpiciamus, quo menſoribus lucrum tam luculentum non contingit. Eorum ergo opera, ut jam videre incepimus in limitum rectura potiſſimum verſabatur, unde & Rectores appellati, quo vel maxime Auctoribus neceſſarii, ut qui abſque limitum ordinatione agros dividere atque aſſignare nequibant. Quoniam vero limitum ordinatio prolixioris diſquiſitionis eſt, peculiari loco eam reſervabimus. Sed & præter operam quam Auctoribus navabant & magnus eorum in republica fuit uſus, qui nunc non eſt. Nam & aliquæ judicandi partes iis incumbebant, ut partim jam dictum, & exactius aliquantulum nunc etiam demonſtrabo. In quam rem conſiderari inprimis velim quod ait Aggenus: *In judicando autem menſor vir bonus & juſtus agere debet.* Ut & quod paulo poſt ſequitur: *Totum autem, hoc judicandi officium hominem bonum juſtum, ſobrium, caſtum, modeſtum & artificem egregium exigit.* Ubi notandum *artificem* non eſſe alium quam agrimenſorem. Tum Conſtitutione Theodoſii & Honorii jubent Imperatores *de ſpatio pedum quinque, qui veteri jure præſcripti ſunt, ſine obſervatione temporis judicare arbitros*, id eſt menſores noſtros de quibus loquimur. Et ita l. 7. ff. Fin. regund. iidem *arbitri* dicuntur *dari*, ut judicent *de modo agri*. Et l. 24. §. 1. ff. aqu. pl. ait Juriſconſultus, *ſi quos ſulcos tranſverſos aquarios quis faceret per quos aqua in agrum deflueret, hoſce ut operiret arbitrum aquæ pluviæ arcen-*

arcendæ poſſe cogere. Quibus omnibus liquido demonſtratur, quod antea diximus, aliquas etiam judicandi partes menſoribus fuiſſe attributas in republica Romana. Verum ut in aliis judiciis interveniebant qui advocationes eſſent præſtaturi, ita etiam in his: qui peculiari nomine, ſi recta ſunt quæ leguntur in Frontinianis, *Præſtatores* vocabantur. Cauſæ autem de quibus Menſor cognoſcit, omnes ad ſolum pertinent. Nam aperte Frontinus: *Sunt & aliæ limitum conditiones quæ ad ſolum non pertinent, hoc eſt ad artem noſtram* geometricam vel agrimenſoriam. Nam *menſurarum ratione Agrimenſor controverſias explicat & ſecundum formam locum declarat*, ut eſt apud Aggenum. Quod fit frequentur cum in agris aſſignatis diſceptatur de loco, de modo, de proprietate, de poſſeſſione, ſed præcipue de fine limitumque rectura terminis exaratis extrave gradum ſubmotis. Quare forma adhibita in rem præſentem deſcendit, & quid ſit de quo quæritur non minus oculis quam mente perluſtrat, omnibuſque recte perpenſis dubia ſecundum veterem aſſignationem reſtituit. Itaque, ut jam notavimus, non ſine ratione *Inſpector* dicitur, nec ſine ratione ejus cognitionem Nypſus *oculorum judicium* vocavit. Sed ita tamen utuntur menſores oculorum judicio, ut etiam, auctore Aggeno, utantur teſtimoniis & aliis quibuscunque poſſunt argumentis. Nec tamen res ſoli quælibet in oculos incurrentes illorum judicio expoſitæ fuere, ſed eæ demum quæ præterea interventu artis menſoriæ indigerent. Unde habes apud Frontinum: *Si collectus pluvialis aquæ tranſverſum ſecans finem finem alterius fundi influit, & diſconvenit, ad jus ordinarium pertinebit. Quod ſi per ordinationem finis ipſius agitur, exigit menſo-*

 ris

ris interventum. Et iterum : *De itineribus controverſia eſt quæ in agris arcifiniis jure ordinario finitur, in aſſignatis menſurarum ratione.* Jure autem ordinario lites in provintia finire erat Præſidis, menſurarum ratione Menſoris. Quod ſi autem ita conſtitutum foret, ut & ad jus ordinarium controverſia pertineret, & præterea requireret menſoris arbitrium, ita res temperabatur, ut ſuum cuique munus, ſuæ cuique ſervarentur partes. Nam orta poſſeſſionis quæſtione quæ cohæret finali controverſiæ, per Præſidem *prius ſuper poſſeſſione quæſtionem finiri, & tum agrimenſorem ire præcipiendum ad loca* quibus fines reſtituendi, cautum eſt Conſtantini conſtitutione, quæ etiam ſuperius legitur. Præter vero finium arbitrium & muneris aliquid relinquitur agrimenſoribus, per Præſidem vel de ſola poſſeſſione vel proprietate lata ſententia. *Nam in his*, ait Aggenus de poſſeſſione verba faciens, *ſecundum locum habet diſciplina noſtra, ſicut lex ait: Niſi de poſſeſſionis ſtatu quæſtio fuerit terminata, non licet menſori præire ad loca.* Et idem alibi : *De proprietate ſolet jus ordinarium moveri, non ſine interventu menſurarum, quoniam demonſtrandum eſt quatenus adſignatus ſit ager.* Sic judicio communi dividundo, *ſi ſocius quid petat à ſocio, ante Præſes* jubet Imperator Conſtantinus ut *judicet an præſtari aliquid oporteat, & tum demum per arbitros reſtituatur quod conſtituerit eſſe ſolvendum.* Tum, *ſi irruptione fluminis fines confudit inundatio, ideoque uſurpandi quibuſdam loca, in quibus jus non habent, occaſionem præſtat provintiæ alieno eos abſtinere & domino ſuum reſtitui, terminoſque per menſorem declarari jubet* ut eſt in l. 8. ff. fin. regund. In qua lege & hoc notandum eſt, menſores juberi per Præſidem Fines declarare, atque

ut

ut eſt in ea ipſa lege, hoc ad officium ejus pertinere. Ita enim Juriſ-conſultus ibi loquitur: *Ad officium de finibus cognoſcendis pertinet menſores mittere, & per eos dirimere ipſam finium quæſtionem, ut æquum eſt, oculis quoque ſuis ſubjectis locis.* Ita quippe eum locum reſtituendum cenſemus, neſcio à quo, & an non forte ab ipſo Triboniano corruptum. Non ergo ex ſe ipſo ullam definiendi controverſias facultatem habet Menſor, ſed mandatu Præſidis à quo fuit miſſus, atque cui idcirco renuntiare debet quæcunque definierit, ut rata ſint. Ita enim exaudimus hæc Ciceronis verba quæ ſunt Agraria ſecunda: Decemviri *finitorem mittant, ratum ſit quod finitor uni illi à quo miſſus fuerit renuntiaverit.* Neque enim ante hanc renuntiationem ratum videtur fuiſſe quæ menſor, licet miſſus, definierit. Et nunc melius puto intelligetur quod è Paulo Juris-conſulto relatum eſt in l. 3. §. 4. ff. ſi menſ. falſ. mod. *Plane ſi* menſor *à judice adhibitus contra me renuntiaverit dolo malo, dubitat an teneri mihi debeat, quod magis admittit.* Imo admitti omnino debet, quoniam ita renuntiando judicatum adverſus me eſt, damnatuſque ſum reſtituere quod non debeam. Ratio quæ dubitandi cauſam præbuerit hæc videri poterit, quod menſoris arbitrium non tam ex perſona menſoris quam Præſidis vires videatur accipere, ut qui eum miſerit, cuique renuntiare habeat neceſſe. Sed hæc ſubtilitas juris civilis non debet eum abſolvere qui in dolo eſt, atque jure naturali ex quaſi delicto mihi eſt obligatus.

CAPUT V.

Commoda utilitateſque coloniarum.

HI ergo ſunt quidem per quos quorumque auctoritate coloniæ ſunt deductæ, ſed quid eos moverit iſtud ut facerent, quemve finem utilitatemve præ oculis habuerint, reſtat ut nunc etiam judicemus. Nemo quippe ſapiens quid magni in ſe ſuſcipit ſi non utilitate laborem compenſatum iri ſperet. Inter eas autem primum id locum obtineat, quod apprime ſerviant amplificando imperio. Nam vetuſtiſſimis temporibus qui vixere quouſque hoſtem bello pepuliſſent aut trophæa aut aras collocabant, profligati hoſtis propagatique imperii judices. Sed poſtquam harum religio contemni animadverſa eſt, majorem in coloniis ſecuritatem & certitudinem repoſuerunt. Tum enim locum habere cæpit quod Hyginus ſcribit, *finitis ampliorum bellorum operibus augendæ reipublicæ cauſa illuſtres R. viris urbes conſtituiſſe, quas aut victoris populi Romani civibus aut emeritis militibus aſſignaverunt.* Et quare Tarquinius Signiam Circeioſque colonos mitteret hanc affert Livius cauſam, quod *occupari latius imperii fines volebat.* Non ut ibi in otio agerent, ſed teſte eodem Livio, *ut præſidio eſſent Urbi marique.* Et ſic ſæpe alio colonias deſtinatas referunt auctores ut vim hoſtilem ſuſtinerent vel repellerent. In quibus & Livius qui libro IV. Ardeam ejus rei cauſa miſſos colonos memorat adverſus Volſcos; & Polybius qui Hiſtoriarum tertio ſex millia Romanorum Cremonam atque Placentiam miſſa ſcribit, cum Hannibal Italiæ immineret; itemque Diodorus Siculus, qui Luceiam colonos deductos narrat cum populus Romanus ſub Q. Fabio infeliciter pugnaſſet,

ſet, ne tota Apulia cedere cogeretur. Ut veriſſimum ſit quod ſcribit Cicero, *colonias ſic idoneis locis contra ſuſpicionem periculi collocatas, ut eſſe non oppida Italiæ, ſed propugnacula imperii viderentur.* Neque propugnacula modo, verum inde ſpeculabantur atque indagabant, quid ſocii, quid hoſtes, quid fœderati, quid alii molirentur, ut non immerito Narbonem idem Cicero *ſpeculam populi Romani* appellarit. Sed quandoquidem imperium quod in victos obtinetur, impatienter initio omnes ferunt, ut conentur etiam ſubinde violenter id excutere, aliud nec ſane minimum has colonias ſequitur commodum, ne ſcilicet facile rebellio ſuſcitari poſſit. Nam Tacitus Annalium duodecimo *Camelodunum, coloniam valida veteranorum manu deductam* vocat, *ſubſidium adverſus rebelles.* Quod & ipſæ gentes victæ probe intelligentes coloniam appellitaſſe *ſedem ſervitutis* auctor eſt idem Tacitus in vita Agricolæ. Et quid aliud volunt hæc Critognati apud Cæſarem: *Romani quid petant aliud, quid velint, niſi invidia inducti quos fama nobiles potenteſque bello cognoverunt, horum in agris civitatibuſque conſidere, atque æternam injungere ſervitutem, neque enim alia unquam conditione bella geſſiſſe.* Verum non tantum profuerit ingentes modo victas colonias mittere, verum etiam in omnes eas quæ in quiete agunt tumultibuſque ciendis dant operam. Quod noſter Siculus etiam non ignoravit, qui colonias deductas generatim ſcribit, *ad coercendos tumultus qui ſubinde movebantur.* Et de Tarento teſtatur Strabo, cum turbæ ibi fierent non exiguæ, colonia Romana recepta, quiete meliuſque ac antea eam urbem ſeſe habuiſſe. Quin nec negligendum quod de Alexandro refert Juſtinus libro duodecimo, eum nempe in Bactrianis Sogdianiſque duodecim urbes condidiſſe, in quas diſtri-

diſtribuebat quoſcunque haberet ſeditioſos, atque ita periculo ſeſe exemiſſe: cum illos hac liberalitate delinivisſet, & coëundi ademiſſet etiam facultatem. Quo remedio uſi poſtea quoque M. Antonius & Cæſar Octavianus cum emeriti tumultuarentur adeo ut Antonium viderentur interfecturi. Præterea non ea tantum loca quæ coloni inſederunt iſtac ratione in officio continentur, ut ſtatim annotatum, verum etiam circumquaque vicinis aliquid reverentiæ incutitur. Nam cum ingenii humani imbecillitate minus majeſtatem ejus revereamur qui longe multumque eſt remotus, non inutile putatur hujuſmodi colonia Urbis principis inſtar & quaſi quoddam ſimulacrum, jure & dignatione ei pene adæquatum ſociorum oculis ingerere. Putaviſſe ſane id videtur Agrippina, quæ in Ubios in quo genita erat ſolo veteranos coloniamque deduci voluit, teſte Tacito, *quo vim ſuam ſociis quoque nationibus oſtentaret*. Exhibita videlicet non modo diſciplina militiæ Romanæ, quæ terrorem incuteret. Verum & publice propoſitis ſacris, cæremoniis, ritibus, legibuſque avitis, quæ ſua majeſtate rudes provincialium animos ad ſui reverentiam allicerent traherentque. Vere enim judicavit idem Tacitus, percommodas eſſe *colonias imbuendis ſociis ad officia legum*. Abſque quo non eſt ut cum principe populo in unum corpus & imperium coaleſcant, diſſidentibus atque diſſilientibus nimirum in diverſa animis. Veriſſime enim diſſeritur apud Agathiam, ſocietatem minime inter eos conſiſtere poſſe, qui imbuti ſunt diverſis opinionibus. Quam diverſitatem tam feliciter ſuis coloniis ſenſim ſuſtulere Romani; ut teſtetur Gellius, ſua ætate ita coaluiſſe varia ex quibus conſtabat imperium Romanum membra, *ut obſcura obliterataque fuerint municipiorum jura,*

jura, quibus uti per ignorantiam nequiverint. Præter quæ omnia duplex præterea ex coloniis utilitas fructuſq; percipi poteſt, ubi in majorem modum civitatis numerus excrevit. Nam & nimia multitudo oneri eſſe ſolet, & deductione ſolitudines terrarum, quas bellum aliæve calamitates vacuefecerant, iterum frequentantur. Eaſque reddit apud Halicarnaſſæum Minutius quare Velitras Senatus colonos ire juſſerit. Et Cicero ad Atticum ſcribit, agrorum diviſione *& ſentinam urbis exhauriri, & Italiæ ſolitudinem frequentari poſſe.* Idem præſtitiſſe etiam agraria ſua refert Dion Caſſius Cæſarem, quandoquidem multitudinem civium quæ in immenſum excreverat, ſeditionibuſque præbuerat materiam, ad opus faciendum & ad agriculturam traduxerit. Ita namque & ſolitudines Italiæ quæ plurimæ erant, fuiſſe frequentatas. Sed ſuperioribus addendæ & duæ cauſæ aliæ. Quippe & agri ſunt diviſi quo promptior plebs ad militiam foret, nomenque propenſius daret, cujus rei ergo & agrum Pomptinum diviſum, & Nepet colonos miſſos tradit Livius. Et diviſos datoſque item veteranis pro labore & periculis notius eſt quam ut probari mereatur, cum ubivis ejus rei teſtimonia ſint obvia. Tandem illud addendum eſt quod tradit Livius libro XXVII. in colonias atque in agrum bello captum *ſtirpis augendæ cauſa* miſſos fuiſſe colonos. Quanquam autem in coloniam deducti militia ſolverentur, atque ita rei uxoriæ liberorumque educationi magis vacare poterant, quam ſi militarent, non tamen huc potiſſimum reſpexiſſe Livium exiſtimo. Sed convertiſſe potiſſimum oculos poterit videri ad jus vetus, quo vetitum omnino militi uxorem habere, quoque ſolvebatur matrimonium ſi maritus militare incepiſſet. Quumque eo nomine mili-

tum durior conditio, quam reliquorum eſſet, utpote quibus jus liberorum præcideretur, maritorum jus eis conceſſiſſe imperatorem Claudium teſtatur Dion Caſſius. Hæc igitur fuiſſe videntur commoda utilitateſque quæ ferunt coloniarum deductiones, quibusque permoti videntur viri magis publicis utilitatibus quam ſuis ſtudentes. Sed præter hos & fuere alii quorum non eadem mens fuit & animus. Nam Sylla cum colonos deduceret conſuluiſſe potius ſuæ videtur ſecuritati, atque ut poteſtatem quam armis quæſierat, vel armis vel armatorum metu ac formidine tutaretur. Nam is centum & viginti quaſi virorum millia in Italia per colonias collocavit, qui ſtipendia ſub eo fecerant. Quo beneficio eos ita ſibi deviciſſe ſcribit Appianus, ut favorem ei exhiberent ſummum, adverſariis autem eſſent infeſti & formidabiles. Quo minus etiam videatur forte mirum cuiquam, ſi quamlibet contemnens ſpernenſque poteſtatem auſus fuerit dictatura ſe abdicare. Finis itaque harum deductionum non fuit alius quam ſecuritas imperatoris, ne quis ſtipatum tanto præſidio impune laceſſeret. Nec diſſimilis ab his coloniis eorum conditio debet videri quas Cæſar dictator aut Triumvir Auguſtus deduxerunt; neque enim hi aliud quam ille videntur intendiſſe, quamvis non idem adfuit ſucceſſus. Nam ut hic à collegis quorum & nomine deductio facta, bello appetitus, ita ille quidem adverſariorum telis, ſed tamen clandeſtinis tantum ſuccubuit. Vir ſtrenuus multiſque nominibus prædicandus, ſed cujus inceptis & Fortuna ad fata uſque mirum in modum adſpiravit. Quam enim feliciter, legem agrariam (reliqua enim ut ab hoc loco aliena adtingenda non puto) conſul invitis patribus pertulit, renitentem collegam ſubmovit, agros diviſit

diviſit; Ut præteream quod hujus legis ſuæ etiam Dionem nactus ſit patronum laudatoremque ſummum. Compara cum illo Sp. Caſſium, quid præter exitum invenies diſſimile? Et hic conſul ut ille, & hic obnitente collega, invitoque ſenatu, quod & ille alter: hic ſpe fruſtratus capite plectitur, ille voti compos laudatur. Quæ cauſa tanti diſcriminis? an quod hic regnum affectarit. Quaſi, non & affectarit ille. Imo ille affectavit & obtinuit, hic affectaſſe ſubdole inſimulatus eſt ab his quibus intererat ne ſupereſſet. Quid ergo? Hic privatos publicis pellebat poſſeſſionibus & hinc odium, ille cautus aliorum periculo hujuſmodi ſcopulos vitabat callide, in quos inprovide alios impegiſſe videbat. Et ut hic fuerit aliquod diſcrimen, quodnam fuit inter C. Licinium & Gracchos? Ille legem pertulit, juravere Patres eam ſeſe ſervaturos, agrumque viritim diviſit ipſe Licinius tribunus plebis. Et ſi ipſe ſuam legem ſervaſſet ſervata & eſſet à reliquis; ſed mirum minime ſi & reliqui antiquarent, quam ſuo exemplo antiquarat ipſe prius. Gracchi eandem illam legem renovatum ibant, verum ita ut ne eludendi daretur occaſio, infeliciter occubuit uterque ſeditione ſuper illa lege coorta. Et ut merito cæſi viderentur, alteri eorum crimini datum, quum in ſummo verſaretur diſcrimine, quod caput tetigiſſet, atque popoſciſſet hoc videlicet ſigno capiti ſuo diadema. Quaſi furentibus ſtimulum addere voluerit vir minime ſtolidus, aut incendio in quo verſabatur medius affundere ſuſtinuerit oleum. Sed impotentia patriciorum, qui hanc movebant machinam, ad id uſque faſtigii excreverat, ut curatoris egeret. Hac enim ſola perierunt viri nobiliſſimi, æternaque laude vel eo digni, quod nullis territi periculis magno animo in ea aſſerenda, cauſa conſtanter perſti-

 terint,

terint, quam pro utilitate reipublicæ non ſine ratione ſuſceperant.

CAPUT VI.

Colonia eſt cujus ager aſſignatus quantum aſſignatum cuique. jugeris diviſio. pedis Romani menſura.

QUantum ſatis eſt ea nobis explicaſſe videmur quæ pertinent tum ad Auctores aſſignationis, tum ad eos quorum auctoritate & per quos quave de cauſa eæ fierent. Reſtat ut etiam paulo diligentius inquiramus in *locum*, quem Servius dixit *ædificiis munitum*, neque enim de eo dicta omnia quæ dici potuere aut dici debent. Dictum quidem iis verbis indicari *ædes etiam colonis in novis ſedibus fuiſſe aſſignatas*, ſed hoc non ſufficit, quoniam & aſſinati eis ſunt agri. Quæ res adeo eſt nota ut nulla adſtructione opus habeat. Et hinc factum ut promiſcue veteres hiſce loquutionibus utantur, *coloniam deducere*, & *urbis* cujuſpiam *agrum aſſignare vel dividere*, cum utraque idem deſignare velint. Sic nimirum Livius libro tertio Antium coloniam deductam memorat, cum Dionyſius Halicarnaſſæus rem eandem referens agrum Antiatem diviſum narret. Sic item Suetonius dicit agrum Campanum civibus Romanis diviſum tantummodo, ſed Dion intelligit tamen tum Capuam inter Romanas colonias relatam. Pluraque id genus alia congerere liceret, niſi in re certa operæ parcere luberet. Sed hoc interim meminiſſe debemus, quod antea etiam annotatum; quandoque aliis civitatibus erepta territoria, quæ coloniæ transcriberentur in quam colonos mitterent Auctores. Sed hoc ubi fit, ſpeciatim ejus meminerunt qui iſta poſte-

poſteritati tradidere. Nam ubi Livius verba fecit de colonis Puteolos, Vulturnum & Liternum miſſis, addit: *ager diviſus qui Campanorum fuerat*, ſed his ademptus ad illos erat tranſlatus. Et ita idem ille : *Sipontum in agrum qui Arpinorum fuerat coloniam Triumviri deducunt*. Ubi differentiam notare eſt operæ pretium inter loquutionem Livii, qui dixit, *ager qui Campanorum fuerat* , atque inter loquutionem Suetonii qui dixit, *agrum Campanum diviſit*. Nam priora indicant agri Campani quædam mutaſſe dominum, ſed poſteriora, ipſam civitatem mutaſſe conditionem, atque jus coloniæ eſſe adeptam. Cum ergo conſtet coloniam eſſe eam urbem cujus ager ſit diviſus & aſſignatus, plures fuiſſe colonias certum eſt quam vulgo pro iis habeantur. Cum enim in Frontinianis inter agros diviſos legamus Pauſulenſem , Aternenſem , Nurcinum, Falerionenſem, Pinnenſem , non dubito & Pauſulum , & Aternum, & Nurciam, & Faleriam & Pinnam inter colonias referre, quamvis id non faciant Onufrius, Ortelius, Ferrarius. Quinimo cum præfecturam aſſignatam videam eadem ratione & urbem cui ea præfectura adhæret pro colonia habendam exiſtimo, cum nulla ſit præfectura quæ non præficiatur prætexaturve perticæ, nulla autem ſit pertica niſi coloniæ. Proinde & Ulci & Tegenum mihi erunt item coloniæ cum in Frontinianis præfecturam habeamus Ulcinam & Tegenenſem. Hoc tamen interea verum eſt abſque coloniæ deductione plebi Romanæ aliquam agri portionem quandoque aſſignatam, ut pulſis regibus ager qui Tarquiniorum fuerat excepto campo Martio, qui utilitatibus publicis ſerviret. Verum id iis quæ diximus non adverſatur. Quippe cum civitatis agrum nominamus, de toto id intelligendum eſt, quomodo & Ciceronem intellexiſſe videmus, cum ſcripſit Agra-

ria ſecunda *Fundus Irpinus ſive ager Irpinus*, *totum enim poſſidet*. Et non magis talis particularis adſignatio coloniam facit, quam ſi particula quæpiam urbis quibuſdam habitanda concedatur, quemadmodum M. Valerio Sp. Virginio coſſ. Mons Aventinus, qui ad uſque temporis publicus fuerat, plebi ad inædificandum fuit conceſſus. Nec tamen propterea urbs Roma tum colonia eſſe cœpit, non magis ſane quam cum Tarquiniorum ager plebi fuit conceſſus. Idem exiſtimandum ubi aſſignatur per profeſſionem veterum poſſeſſorum: ut cum abſque diviſione aſſignatur ager illi qui fuit illius. Quod ſi enim eo modo veterum poſſeſſorum aliqui pellantur, atque in eorum locum immittantur alii, nihil de urbis nihil de territorii conditione detractum, nihil mutatum tam eſt certum quam quod eſt certiſſimum. *Locus* ergo quem Servius deſignavit, ager omnino fuit, ſed ita inſtructus munituſque ædificiis, ut ille colonis & juſtam habitationem præberet & fundi præterea tantillum quantum vitæ neceſſitatibus ſufficere putabatur. Neque enim juſtum æquumque viſum cives veteranoſve foras in eum locum protrudere, quo cum inopia ipſis eſſet confligandum. De modo autem illo qui vitæ neceſſitatibus ſufficeret non idem ſemper exiſtimavit populus Romanus. Nam cum luxus nondum tentaverat rempublicam, ſed adhuc

Grandes fumabant pultibus ollæ.

duo jugera cuique foco ſuffeciſſe creditum tradidere Varro, & Plinius, itemque Juvenalis, apud quem ea de re hi ſunt verſus:

Tandem pro multis vix jugera bina dabantur.
Vlneribus, merces hæc ſanguinis atque laboris.
Nullis viſa unquam meritis minor.

Duo

Duo ergo hæc jugera ſatis fuiſſe dicit præmio longæ atque laborioſæ militiæ, hæc autem divitiis ſuffeciſſe ut nec ille, nec quiſquam veterum dicit, ita nec nos fas ſit credere. Quod tamen fecit Johannes Meurſius, qui acturus de Luxu Romanorum, ut divitiarum incrementa magis eſſent admirationi, veterum tenuitatem plus nimio depreſſit. Nullius enim exemplo dixit vir eruditus *duo jugera fuiſſe divitias*, *neque ultra quenquam habuiſſe*. Si enim ultra eum modum non poſſidebant divites, quid alii qui divites non eſſent, nec tamen pauperes? an jugerum unicum? Minime nam etiamſi quem duo jugera poſſediſſe putaveris, admirationi ſatis erit, quod

——— ——— *Saturabat glebula talis*

Patrem ipſum turbamque caſæ.

Si cogites quantillum iſtud ſit agri ſpatium, quod noſtri jugeri Rhenolandici ne beſſem quidem implet, ut ſtatim ſumus demonſtraturi. Sed hæc duo jugera & regum tempore & multo etiam poſt tanquam modus legitimus fuit habitus qui tribueretur iis qui in coloniam deducebantur. Tamen L. Lucretio Flavo Servio Sulpitio Camerino coſſ. anno U. C. CCCLX. remunerandi plebis quaſi gratia decrevere Patres, ut agri Veietani ſeptena jugera dividerentur. Qui modus nihilominus aliis aſſignationibus non eſt ſervatus, ſed reditum eſt iterum ad antiqua illa duo jugera. Quod tandem Tribunorum querelas adverſus Patrum primores expreſſit, rogantes *auderentne poſtulare ut cum bina jugera agri plebi dividerentur*, *ipſis plus quingenta jugera habere liceret? Ut ſinguli trecentorum civium poſſiderent agros plebeio homini vix ad tectum neceſſarium aut ad locum ſepulturæ ſuus pateret ager*. Et creati Tribuni C. Licinius & L. Sextius promulgavere legem de modo agrorum: *Ne quis* ait Livius *plus*

plus jugera quingenta agri poſſideret. Et lex perlata non tantum eſt de quingentis jugeribus, ſed & cautum de ſeptem jugeribus poſt populo dividendis. Eaque ſeptem jugera deinceps velut popularis & plebeia menſura vulgo fuere reputata, teſte Columella libro primo de Re ruſtica. Tribuitur utrumque Licinio, ſed an utrumque eadem lege cautum, imo an utrumque ejuſdem Licinii fuerit inter viros eruditos ambigitur. Nam Antonius Auguſtinus non aperte dicit quidem duas diverſorum has eſſe leges, verum ex verbis ejus non aliud colligas, quam in ea eum eſſe ſententia, ut duorum fuerint. Confidentius Dauſqueius agit, qui ad filium duos Licinios ponit, duaſque leges Licinias, alteram de quingentis agri jugeribus, de ſeptenis alteram. Et citat in hanc rem, quod & fecerat Antonius Auguſtinus, hunc Varronis locum qui eſt primo de Re ruſtica. *Nam Stolonis* (hoc quippe cognomine C. Licinius fuit) *illa lex quæ vetat plus D. jugera habere civem Romanum, & qui propter diligentiam culturæ Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in ejus fundo reperiri poterat ſtolo, quod effodiebat circum arbores & radicibus quæ naſcerentur è ſolo, quos ſtolones vocabant, ejuſdem gentis C. Licinius tribunus plebis cum eſſet poſt reges exactos annis* CCCLXV. *primus populum ad leges accipiundas in ſeptem jugera forenſia è comitio eduxit.* Verum Hottomanno tamen Antiquitatum libro primo videtur idem eſſe Licinius qui de ſeptem quique de quingentis jugeribus legem tulit. In quo ego viro eruditiſſimo non tantum aſſentior, verum me hæc præterea tenet opinio, unius tantum legis hæc duo fuiſſe capita. Querebatur enim C. Licinius non tantum optimates plus juſto poſſidere, ſed idem ille querebatur ſimul etiam tam anguſtis finibus terminari plebeiorum agros, ut vix
tecto

tecto aut ſepulturæ ſufficerent. Utrique igitur malo mederi voluiſſe debet videri, & avaritiæ ſcilicet divitum, & inopiæ plebeiorum. Nam quid futurum erat de agris quos potentioribus ibat ereptum, ſi non & inopibus eoſdem illos largiretur? Aut quid juvabat divites avitis poſſeſſionibus ſpoliare, ſi non iis una pauperibus ſubveniret? Certe hoc eum magis voluiſſe quam illud mihi ſit veriſimile, ſi tribunorum officium ritè inſpiciam, quod hoc exigere videtur ut laboranti plebi ſuccurrat, non ut aliis abſque cauſa noceat. Sed quandoquidem illis ſuccurrere non potuit quin & aliis noceret, ideo potentioribus ſua tantum ereptum iviſſe credendum eſt, ut egenæ & laboranti plebi inde ſubveniret. Et diſertim docet Appianus eam mentem legis, ſcilicet Liciniæ fuiſſe; ut quod agri ſupra præſcriptum modum quis haberet, æquo pretio divideretur aliis. Quod autem Varronis locum attinet, qui alios in diverſum impulit, is vitioſa interpunctione eos in errorem traxiſſe poterit videri. Quippe cum tres è Stolonum familia commendari videantur, & revera tamen duorum tantum fiat mentio, C. Licinii videlicet tribuni plebis, & alterius illius qui à diligenti agricultura commendatur. Tertius enim qui putatur idem ille eſt C. Licinius tribunus plebis cujus primum facta mentio. Idque ſatis liquebit ſi ita locus Varronis interpungatur. *Nam Stolonis illa lex quæ plus D. jugera habere vetat civem Romanum. Et qui propter diligentiam culturæ Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in ejus fundo reperiri poterat Stolo, quod effodiebat circum arbores è radicibus quæ naſcerentur, quos Stolones appellabant, ejuſdem gentis.* Horum duorum ubi mentionem fecit redit ad priorem, ut & tempus judicaret quo vixit, & beneficium in memoriam revocaret, quod præſtiterat plebi ſequitur ergo: *C. Licinius tribunus plebis cum eſſet poſt reges exa-*


exactos annus CCCLXV. *primus populum ad leges accipiundas in ſeptem jugera forenſia è comitio eduxit.* Sed in anni numero mendum eſt, cum Licinius anno U.C. CCCLXXVII, primum tribunus plebis creatus toto decennio ea poteſtate fuerit functus. Plutarchus refert in Camillo legem non perlatam à C. Licinio quum tribunus plebis eſſet, ſed quum à P. Manlio dictatore magiſter equitum eſſet renuntiatus. Sed Onufrius eum erroris arguit, negatque C. Licinium tribunum plebis creatum fuiſſe magiſtrum equitum, ſed alium ejuſdem gentis ac nominis. Cui & ſubſcribit Pighius in annalibus, qui C. Licinium habet magiſtrum equitum, & item C. Licinium tribunum plebis, ut & ſecundum eum duo fuerint ejuſdem nominis. Et Plutarcho non tantum reclamat Varro, ſed & Livius & Columella, qui omnes unanimiter afferunt C. Licinium hoc perfeciſſe cum tribunus plebis eſſet. Ut admodum veriſimile ſit factum hoc inter abdicatam Camilli dictaturam atque mox ſubſequutam dictaturam P. Manlii, quum curuli magiſtratu reſpublica careret, & tribuni nemine prohibente velut interregnum obtinerent. Quod factum ſecundum Goltzium & Pighium A. U. C. CCCLXXXV. Vel ſecundum Onufrium CCCLXXXVI. Ut vel hic vel ille numerus apud Varronem ſit reponendus. Uter enim rectus ſit hic nunc non lubet examinare, ne longius à propoſito evagemur. Sufficiat quod de his ſeptenis jugeribus hactenus eſt dictum. Quæ licet habita dicantur, ut jam annotatum eſt, menſura popularis & plebeia, attamen poſtmodum quandoque etiam intra illum numerum aſſignatum eſt, quemadmodum & multo ampliores factas poſtmodum aſſignationes conſtat. Nam T. Manlio Torquato, P. Decio Mure coſſ. A. U. C. CDXIII. bina in Latino & Privernati agro jugera,

gera, terna in Falerno aſſignata ſunt P. Claudio Pulchro L. Porcio Licino A.U.C. DLXIX. Piſauro & Pollentia deductis ſena jugera in ſingulos data ſunt. Conſulibus vero Q. Fabio Labeone M. Claudio Marcello A. U. C. DLXX, quina jugera acceperunt qui Mutinam deducti, qui Parmam octona, ſed Saturniam deductis decem data ſunt. Exempla vero aſſignationum quæ hanc etiam liberalitatem exceſſerunt plura ubique extant. Quippe cum L. Cornelio Q. Minucio coſſ. vicena jugera peditibus, quadragena equitibus ſint data: atque non multo poſt Vibonem miſſis colonis quina dena jugera in ſingulos pedites, duplexque modus equitibus. Cumque Bononiam deductis Colonis ſeptuagena jugera equites, alii quinquagena acceperint Omitto, ne longior ſim, alios quibus amplior etiam numerus aut promiſſus aut datus fuit, pro ut vel largientis ambitio vel agri dividendi amplitudo dari aſſignarive ſuadebat. Sed quandoquidem omnis hæc aſſignatio fit jugeribus non præter rem me facturum opinor ſi jugeri Romani diviſionem dimenſionemque proponam, atque etiam, quantum antiquitatis ſinunt tenebræ, cum jugero noſtro comparem. Habet illud igitur perticas ſive decempedas CCLXXXVIII. ita ut unis partibus pedes ſint CXX, aliis CCXL. Dividitur autem in modios tres, ut ſinguli habeant perticas XCVI pedes vero DCCCCLX. Sed horum nullam ſubdiviſionem invenio. At dividitur jugerum præterea in Aripennes duos, Tabulas quatuor, Climata octo, Areas ſexdecim. Hæc enim vocabula reperiuntur apud Varronem, Columellam, Nypſum, alios. Ut autem jugerum diximus comprehendere perticas quadratas CCLXXXVIII. quas & ſcrupula nominat Varro, ita Aripennis ſive actus habet CXLIV, Tabula LXXII, Clima XXXVI, Area XVIII.

In minores vero portiones ſive ſegmenta jugerum non diviſerunt, quamvis nihil obſtaret quo minus aream etiam dividere poſſent. Inferius tamen deſcendere nequiverunt ne ſcrupulum dividerent. Hoc autem non voluere, quoniam ut ait Varro libro primo de Re ruſtica, *jugeri pars minima eſt ſcrupulum*, ut proinde ulterius, quam dixi, progreſſi dividendo non fuerint. Omnium harum menſurarum tres ſunt quarum latitudo longitudini reſpondet, ſcrupulum, clima, actus ſive aripennis: tres item quarum longitudo latitudini dimidio prævalet, area, tabula, jugerum. Et harum quidem ordinatio potior habita eſt in aſſignationibus, ut diſcimus ex Hygino qui omnem menſuræ quadraturam jubet *dimidio longiorem ſive latiorem facere, & quod in latitudinem longius ſcamnum appellare, quod in longitudinem ſtrigam.* Sed omnem harum menſurarum modum ſchemate infraſcripto demonſtrare erit melius, in quo tabulæ & areæ ſcamni referunt figuram, jugerum ſtrigæ.


Hoc jugerum Romanum ſi quis cum noſtro quod Rhenolandicum dicimus, nunc comparare velit, invenit illud tertiam tantum partem pedum quadratorum obtinere eorum quibus jugerum noſtrum conſtat. Dividitur autem noſtrum in ſex æquas portiones, quarum ſingulæ habent perticas centum, ut hinc etiam centuriæ dici poſſint. Harum perticarum ſive ſcrupulorum, ſi ita ad exemplum Romanorum vocare licet, comparatio cum pertica ſive ſcrupulo Romano inſtitui non poteſt, quia hoc in omni latere decem conſtat pedibus, ſed noſtra pertica undique duodecim pedibus concluditur. Quod ſi igitur ſcrupulum noſtrum reſolvo ac duco XII. per XII, comperio pedes illud habere CXLIV. idque centies, fient pedes quater & decies mille & quadringenti. Tot vero pedes etiam habet aripennis ſive actus, quæ utriſ-

Jugerum diviſum in modios tres,
ſcrup. CCLXXXVIII.



Decempedæ.

Alia jugeri diviſio.



Decempedæ.
A. *Actus* ſive *Aripennis.* B. *Tabula.*
C. *Clima.* D. D. *Area.*

utriſque partibus centum & viginti pedibus continetur. Tot enim per totidem alios ducti eum reddunt numerum. Hic aripennis ſive actus cum ſemi-juge-

rum expleat Romanum, Centuria autem noſtra jugeri noſtri partem ſextam, recte inde concludimus, jugerum Romanum noſtri tertiam pedum partem obtinere, ſive quod idem eſt, tria jugera Romana non plures pedes habere quam habet unum Rhenolandicum. Sed quamvis jam certum ſit trium jugerorum Romanorum pedes æquare numerum unici noſtri jugeri, nondum tamen hinc conſequitur, tria jugera Romana implere ſpatium unici noſtri, niſi & conſtet, pedum etiam apud nos & illos eandem eſſe longitudinem. Dividunt quidem illi pedem ſuum in duodecim uncias, ut & nos in duodecim pollices, ſed hoc tamen ſcrupulum non eximit, quia uncia unciam, digitus digitum ſpatio præcedit. Ut non inutile fuerit ipſius pedis modum paulo diligentius conſiderare. Hoc autem dum facio, pro certo præmitto ac ſtatuo pedem Romanum & Italicum nihil omnino diſcrepaſſe, ſed plane & penitus fuiſſe eundem. Nam Hyginus noſter cum varias recenſuiſſet menſuras, quarum in Provintiis uſus, ſubjungit tandem: *Ita ut ubicunque extra fines legeſque Romanorum, id eſt, ut ſollicitius proſeram, ubicunque extra Italiam quid agitatur, inquirendum. Et de hac ipſa conditione diligenter præmoneo, ne quid ſit quod præteriiſſe videamur.* Eſt enim hic Italia & quidem ſola intra fines legeſque Romanorum, qui in Provintiis cuique ſuum circa hæc morem reliquere, non neſcii quam difficile ſit menſurarum paritatem ubivis locorum introducere. Quod ſi conſideraſſet Wilibordus Snellius Eratoſthenis Batavi libro, ſecundo ex arce Brittannica, quæ fuit quondam in littore Bataviæ noſtræ, argumentum non petiiſſet, ad demonſtrandum pedem Romanum Rhenolandico fuiſſe parem. Nam in arce illa extruenda menſuram Rhenolandicam in cujus fuit territorio,

torio, obſervatam fuiſſe Hygini noſtri doctrina monemur, qui jubet *ubicunque extra Italiam quid agitatur inquirendum* quæ cujuſque regionis ſit conſuetudo, & qua menſura uti ſint ſoliti. Pes vero ille Romanus vel Italicus relatus ad Babilonium, quem & Regium vocat Herodotus, multo reperietur illo minor. Nam ubi Plinius & Solinus dixere Babinonis murum complecti ſexaginta millia paſſuum, adjiciunt *in ſingulos pedes ternis digitis ampliore menſura quam noſtra*, id eſt Italica ſive Romana. Ut ſemper ſexdecim digitis, pedibus, vel paſſibus Romanis tres ſint adjiciendi, ſi menſuram Babilonicam æquare velis. Eundem pedem Regium duobus digitis majorem puto deſignari Jonico ab Herodoto libro primo, ubi etiam de eodem muro agit. Nam cum dixiſſet quot cubitos ille eſſet latus atque altus, ſubjungit cubitum eum regium, quo iſtius muri menſura eſt acta mediocri cubito tribus digitis majorem eſſe. Quod non de alio quam de ſuo id eſt Jonico intellexiſſe veriſimile eſt, ut qui ex Jonia eſſet ipſe. Eodem modo qua Plinium & Solinum etiam de ſuo intellexiſſe diximus. Quantum ratione cubitus cubitum antecellit, ſimili ratione antecellet quoque pes pedem. Nam non modo apud Latinos ſed & apud Græcos cubitus ſeſquipede cenſetur. Jonicum autem illum pedem omni Græciæ Aſiæque communem non putamus, quoniam fidem ei rei tum illud detrahit quod jam de Babilonico diximus, tum quod ſtadium Olympicum aliis teſte Gellio fuerit longius, quamvis æqualis omnibus eſſet pedum numerus. Itemque quod Herodotus libro ſecundo judicaturus modum pedis Ægyptii, eum faciat Samio parem. Si enim Græci omnes cum Aſiaticis eadem utebantur menſura, quanto liquidius dixiſſet, Ægyptium parem eſſe communi Græ-

Græcorum? Sed & pes Philetærius, quorum uſus fuit ſaltem in aliqua Aſiæ parte, idem demonſtrat: menſuram nempe univerſæ Græciæ Aſiæque non fuiſſe communem. Quamvis ejus origo ad Babilonium non accedat, dictus tamen non minus quam hic, etiam Regius, nomen ſortitus à Philetæro, regni Attalici conditore, ut eum vocat Strabo libro decimotertio. Pedem eum habere dicit Hero in ſua Iſagoge ſui nominis palmos quatuor, digitos ſexdecim, ſed Italicum habere digitos tredecim cum tertia digiti; nempe Philetærii. Nam pes Italicus non minus quatuor palmos digitoſque ſedecim Italicos habet, quam Philetærios habet Philetærius. An rem exacte tetigerit Hero necdum examino, ſed ſufficiat inde etiam argumentum ſumpſiſſe ad demonſtrandum Græciæ Aſiæque non communem fuiſſe menſuram. Quanquam tam operoſe hoc adſtruere non ſit neceſſe, cum experientia doceat, difficulter in uno populo æqualem menſuram poſſe obtineri, nedum in iis qui diverſo continentur imperio ex hac diverſitate propolis ſemper ſuum compendium quærentibus. Hic vero Philetærius, quem etiam Regium vocatum diximus, non eſt cum Babilonio de quo Herodotus confundendus, quamquam & hunc Regium Herodotus appellet. Nihil enim ille de pede Philetærio aut de ipſo Philetæro potuit cogitaſſe, ut qui fere duobus ſæculis poſt natus ſit. Nam Euſebius in Chronicis Herodotum jam tum vixiſſe ſub Xerxe memoriæ prodidit de quo latius etiam Joſephus Scaliger ad illum locum, & J. Voſſius de Hiſtoricis Græcis. Dionyſius Petavius vero non dubitat ejus natales referre ad annum CCCCLXXXIII. ante natum Chriſtum, dominum noſtrum, cum idem ille Petavius Philetærum anno etiam ante Chriſtum natum, principatum adeptum ſtatuat,

ſtatuat, CCLXXXV. Eduardus vero Simſon an̄ CCLXXXI. quæ differentia hac in re quam agimus nullius momenti eſt. His ita conſtitutis ad examen revocare poteramus quæ Plinianus exercitator habet pagina 684. & 1233 præſertim vero p. 1234. Sed cum tempus in illis terere tædeat, hoc tantum rogabo æquum lectorem ut ſi vacabit, eas inſpicere paginas dignetur: inveniet ibi enim pedem Græcum & Philæterium reputari eundem, imo in Græcia & Aſia cubitum fuiſſe communem, pedem Babilonium & Philetærium confundi, quod ſcilicet uterque ſit regius: quin etiam ipſe Philetærus dicitur *domus Attalicæ progenitor*, & *pater Eumenis & Attali*, quem tamen Strabo & Pauſanias eunuchum fuiſſe teſtantur, atque non filios ſed fratres habuiſſe Eumenem atque Attalum. Præterea *pes Monetalis* nunc illi *idem eſt qui Philetærius*, mox vero *major ei eſt pes Philetærius Romano ſive Monetali.* Et tanta oſcitantia iſtam diſquiſitionem, ut fere alia omnia, in chartas illevit, ut ſemipagella ad minimum ſepties aut octies *pedem* poſuerit ubi poſuiſſe debebat digitum. Ut, *ſi pes totidem pedes habuit paßim video ſedecim pedes ab auctoribus illi tribui*, *tum Babilonius pes decem & novem pedum fuerit*. Et, *pedem*, nota elegantiam, *quo communiter Aſiani & Græci utebantur pedum erat ſexdecim*. En Heroa! en eruditorum principem! Sed ne in his nimii ſimus nam cætera omitto, ad noſtra nos conferamus, videamuſque an Philetærii atque Romani pedis tanta fuerit diſcrepantia quantam Hero ſtatuit. Diximus enim ſtatim eum tantum pedi Italico tribuere digitos Philetærios tredecim cum triente; cum quo convenit quod idem ait: τὸ ςάδιον ἔχει πόδας Φιλεταιρείους μὲν χ, Ἰταλικοὺς δὲ ψκ. Ut ſtatuat pedem Italicum ſexta parte minorem Regio ſive Philetærio. Nam tres pedes Italici Regios digitos, ſecundum eundem, habent XL, ut pes regius regios habet

bet XLVIII. De quibus dempta parte ſexta id eſt VIII, remanent XL. qui numerus eſt regiorum digitorum quem tres habent pedes Romani. Similiter cum dixit ſtadium habere pedes Philetærios ſexcentos, Italicos vero ſeptingentos & viginti id ipſum quod jam diximus alio argumento adſtruxit. Nam de DCCXX. ablatis pedibus CXX, quæ pars eſt ſexta, remanent DC. quot pedes Philetærios occupare ſtadium dixerat. At homo Græcus non videtur percepiſſe ut oportuit menſuram Romanam; cum certum ſit ſtadium pedum Italicorum fuiſſe ſexcentorum vigintiquinque, non, ut ille, ſeptingentorum & viginti. Ei enim rei non tantum teſtimonium perhibent Plinius, ſed & Columella, & Cenſorinus, & Nypſus & Iſidorus. Geometrica vetuſti ſcriptoris à Scotto edita tribuunt quidem ſtadio pedes ſexcentos triginta quinque, ſed in Codice M. S. inveni, ut & eſt apud alios, pedes ſexcentos vigintiquinque. Ita ut Hero ab errore defendi non poſſit, niſi ſtatuamus ſtadium Philetærium Ronano fuiſſe majus. Cum ergo hæc ſint tam varia & incerta adhuc, aliunde erit pedis Romani menſura habenda, explorandumque an ex recentioribus major certitudo quam ex veteribus colligi poſſit. Sed nec illi inter ſe conveniunt, ſi quidem alia menſura placuit Budæo, alia Philandro, alia Pæto, alia Serlio, alia Villalpando, alia Snellio, viris tamen eruditiſſimis, & rerum harum ſcrutatoribus diligentiſſimis. Philandro autem ſubſcribit Georgius Agricola ubi agit de menſuris, Villalpando Leonardus Marius ad Exodi caput 17. Ut ubique in his multum ſit diſſidii, quandoquidem omnes diverſis inſiſtunt fundamentis. Nam Budæus pedem Romanum æſtimat è pede Pariſienſi, ut Snellius è Rhenolandico: Philander & Pætus ex modulis, ſed hic quidem ex æreis quibus quondam

dam uſi videntur artifices; ille ex eo qui expreſſus eſt in epitaphio quod eſt fuitve in hortis Colotianis, *quod is conveniret cum eo quem ſculptum invenit in alio marmoreo epitaphio Titi Statilii, menſoris ædificiorum*. Serlius ex ædificiis Romæ antiquitus extructis: Villalpandus vero ejus longitudinem colligit è congio qui tum erat apud Cardinalem Farneſium, ſed cujus menſura acta eſt, ſub imperatore Veſpaſiano Romæ in capitolio. Sed Budæi, ut & Snellii opinio ſatis videtur refelli ex eo quod ante ex Hygino tradidimus, extra Italiam ſcilicet pedis Romani vel Italici rationem nullam haberi. Philandro & Pæto ſi concedamus vel maxime, ut concedi facile poteſt, pedis ex iis modulis colligi poſſe menſuram, attamen Romanam vel Italicam eſſe eam nec probarunt, & probatu difficillimum eſſe reor: maxime cum non unius menſuræ modulos inveniri ipſe teſtetur Pætus. Quamvis autem in ea menſura acquieſcat Villalpandus, quam ipſe ex congio ſumpſit, vix tamen eſt ut ejus ſententiæ accedam. Ut enim congii iſtius menſura exacta ſit Romæ in capitolio ſub imperatore Veſpaſiano, atque ut exinde liquido conſtet menſuræ fuiſſe Romanæ atque etiam legitimæ, non tamen hinc ſequitur pedis juſtam eum exprimere menſuram. Et quamvis eundem ipſum congium viderat antea Pætus, non tamen quod facit Villalpandus inde colligere ſuſtinuit. Et quidem merito, quoniam diſcimus quidem è Rhemmio Fannio itemque è Feſto, quadrantas ſive amphoram vas fuiſſe pedis quadrati, verum congium, qui hujus pars octava, pedis exprimere menſuram nuſquam memoriæ proditum ſcio. Ita ut me judice quoniam hæc omnia in incerto ſint nulli alii magis fidem accommodendam quam Serlio putem, qui ex veterum monumentorum menſuris pedis longitudi-

nem expreſſit quam rationem & optimam Snellius judicavit, ſed qui verum tamen pervidere non potuit, quod verſaretur extra limites pedi Romano conſtitutos. Ut autem ſciretur quanta eſſet iſta inter auctores ſupraſcriptos menſuræ differentia lubens ſi liceret exactiſſime ob oculos lectori eam ponerem, verum id ita fieri ut opto non utique poteſt. Quandoquidem vere monuit Snellius Eratoſthenis libro ſecundo capite primo, chartam udam dum prælo ſubjicitur & typum patitur ipſa preſſura & humore quem antea inbiberat nonnihil extendi & ſe ipſa fieri majorem, quæ poſtmodum ſiccata iterum contrahitur, & ſimul linearum menſuras quas receperat juſto exhibet minores. Partem enim ſexageſimam typorum & formarum longitudini excuſis decedere: atque ita ſe à peritis & diligentibus typographis edoctum. De qua re ſi quis dubitat periculum facere licet in eo ſemipede quem prima editione exhibuit Philander, collato cum ea pedis menſura quam exinde expreſſam habet Agricola: itemque in ea quæ eſt Villalpandi, atque ex illo tranſcripſit Leonardus Marius, & inveniet exemplaria archetypis ubique extare contractiora. Ut & idem curæ noſtræ eventurum ſit certum. Attamen ut quantum fieri poteſt accuratiſſime rem omnem proponam, ſemipedis menſuram ſecundum auctores ſupraſcriptos æri incidi atque hic proponi curavi, exploraturus an hæc paulo certior ſit ratio quam ea quæ fit typis vulgaribus, quibus exprimi libros mos eſt. Sed & hic ego me ſpe mea fruſtratum video, ut & ejus lectorem monendum putem.

Maxima omnium, ut vides, menſura Budæi eſt, ſed quæ vulgo rejicitur. Ea autem ſubmota cæteras omnes antecellit Rhenolandica, ut ſolius Snellii judicio jugerum Romanum examuſſim æquet trientem Rhenolandici:

dici : cæteri vero omnes tantum etiam illud minus reputent, quanta parte ſuum pedem infra Rhenolandicum conſtituunt. Ut hinc æſtimare liceat, an unquam talia duo jugera fuerint divitiæ, ut ultra nemo quiſquam habuerit, de quo ſuperius agebamus.

CAPUT VII.

Unde agri qui dividerentur : & in quæ loca colonia deduci fas eſſet.

SI quis me nunc intterroget unde illæ agrorum largitiones tam crebræ uberesſque proceſſerint, primis potiſſimum reipublicæ temporibus, quibus ejus res quam maxime erant accifæ, ei unica reſponſione me ſatisfacere non poſſe fatebor, cum non uni ſemper inſtiterint viæ ac rationi. Nam ab uſque imperii initio hoſtes bello victos agro mulctare Romanis ſolemne fuit, quem ſuis ut victoriæ præmium aſſignarent. Quippe Cænina, Autemna, Cruſtumerium, quæ primæ eorum virtuti ſuccubuere, victores accepere colonos, qui non modo urbibus inſiderent, ſed & agros cultura occuparent. Quantoque ager pinguior tanto magis fuit expetitus, pluresſque in Cruſtumerium, ut Livius notat, propter ubertatem terræ nomina dederunt. Hæc exempla frequenter ſequuti ſunt poſteriores, vixque ſcio an magis à plebe expetitæ ſint hujuſmodi aſſignationes, quam ultro à Patribus largitæ atque conceſſæ. Nam præterquam quod ſine reipublicæ damno illi erant munifici, ad belli etiam ſtudium plebis animos quam maxime erigebant, quæ jam ſentiret in vanum tantos labores non ſumi, ſed juſta eorum

ſe præmia manere, quibus jucundiora ne' cogitare quidem poterant. Quippe cum tota Romana reſpublica & belli ſtadiis conſtaret & agriculturæ, quid præferri potuit præmio quod & ob virtutem daretur, quodque ſolum in vita eſſet uſui? & quod poſt graviſſimos exantlatos labores quietis & otii tandem eſſet domicilium? Certe res illa non modo milites reddidit ſtrenuos, ſed & agricolas admodum diligentes. Ut quanto plura domarent tanto plus arvi aratro ſubjicerent colerentque: atque uſque quo non deerat materia belli, vix defuerit præmium victoriæ, uſque dum cum luxu creſcente habendi libidine, de quibus mox plura, nuſquam quod ſatis eſſet extaret. Altera, nec minus innoxia largiendi ratio fuit de publico, verum ejus ſolius quod jam potentiores privatim nullo ſibi jure vindicaſſent. Ejuſcemodi enim agros illis ablatos refert Dionyſius Halicarnaſſæus Tullum Hoſtilium diviſiſſe egenæ plebi, quæ mercede ſervire cogebatur. Tentavit idem multo poſt tempore conſul Sp. Caſſius, idque multos Patrum, ipſos agri publici poſſeſſores periculo rerum ſuarum terruiſſe narrat Livius, & hinc ſtatim turbæ. Sed cum ſoli amovere periculum non ſeſe poſſe viderent, plebem in eum commovere ſatius duxerunt, & hinc optimis illis Patribus qui publica occupaverant ſolicitudo ſcilicet inerat, largitione conſulem periculoſas libertati opes ſtruere. Et ſic ſeditioſæ plebis objectus furori damnatus capitis periit vir inſignis, & poſt deſideratus fruſtra. Tertia aſſignandi ratio; ſed quæ plures etiam turbas dedit quam ſuperior fuit de privato, quod uni ereptum aſſignabatur alii. Nam potentioribus civium quos plus æquo poſſidere cenſebant Tribuni, lege lata auferebant agrorum partem, ut ſupra latius à nobis dictum, quam aſſignarent te-

tenuioribus, qui agro carebant. Pertulit eam legem C. Licinius Stolo, populumque in ſeptena jugera, quæ Liciniana poſtmodum dicta, Tribunus ipſe deduxit. Sed eam legem tamen vim non diu obtinuiſſe, contemptumque fuiſſe jusjurandum quo firmata erat, tradit Appianus. Quod factum videtur poſtquam ipſe ſua lege damnatus eſt, deprehenſus plusquam lege ſua liceret poſſediſſe. Revocavit quidem eam Tiberius Gracchus, & mox ejus frater Cajus, ſed eo ſucceſſu, ut poſt fluctus in republica maximos fuerit uterque interemptus. Quam ſortem & Saturninus fuit expertus, non Livius Druſus quem Florus libro tertio ſcribit leges Gracchi voluiſſe renovare. Sed verius judico quod Plutarchus in Gracchis refert, eum antagoniſtam à Senatu C. Graccho objectum, quo ejus conatus, quod & fecerunt, redderent irritos. Ideoque nec mirum eum non ſimili involutum fuiſſe calamitati. Cæterum quandoquidem his ita, ut dictum eſt, reſiſteretur, & tamen cum ambitione & luxu ita creſceret habendi libido ut ager captivus non ſufficeret, eo deventum eſt, ut ager ipſe publicus qui ſerviret commodis populi Romani fuerit aſſignatus. Cujus rei exemplum nobis exhibebit Cæſar, qui in conſulatu ſuo omnem regionem quæ publica populi Romani erat præter agrum Campanum populo lege lata diviſit, ne Patribus quidem licet ægre ferrent aperte repugnantibus. Quinimo huc etiam convolatum apparet ut pecunia publica prædia agrique ſint coempti in quos populus deduceretur, ut de Apuleio Saturnino refert Cornelius Nepos. Hunc enim dicit cum ſecundo tribunatu Siciliam Achajam, Macedoniam novis colonis deſtinaret, aurum dolo an ſcelere Cæpionis partum ad emptionem agrorum convertiſſe. Eamque præterea conſuetudinem ut expedi-

peditiſſimam à majoribus relictam refert Cicero Agraria ſecunda. Quod ipſum & ſe agitaſſe quandoque ſcribit ad Atticum : nempe *ſeſe proſpexiſſe populo Pompeioque emptione agrorum*. Quæ duæ tamen poſtremæ rationes aliquando fuere conjunctæ, tentavitque Rullus non modo agros publicos dividere, ſed & privatos pecunia publica coemere, ne quis beneficii ſui foret expers. Et Cæſar rerum potitus cum liberalitati ſuæ numeroque civium, quos devincire volebat, agrum publicum non ſufficere videret, quantum ſatis eſſet emi etiam curavit pecunia ex præda Pompeii redacta atque ex tributorum reliquis, quæ reipublicæ deberentur. Hinc igitur eæ largitiones aſſignationeſque, quas tamen non ita faciebant, ut viderentur fortuitæ, ſed tam idoneis oportuniſque locis coloniæ ſunt conſtitutæ, ut arces & propugnacula imperii eſſe viderentur. Ac propterea quod in Italia ita eſſent locatæ ut mari advenientibus vel reſiſterent, vel ex his vim mari inferrent, ideo Siculus omnes ibi colonias vocatas prædicat Maritimas. Atque ad Gracchorum uſque tempora nulla extra Italiam fuit deducta, neque deduci etiam debuiſſe cenſet Velleius, qui hoc in illorum legibus pernicioſiſſimum judicat, quod extra Italiam colonias poſuerint, tranſtulerintque jus civitatis trans mare in provintias populi Romani. Et addit, majores diligenter id caviſſe cum viderent tanto potiorem Tyro Carthaginem, Maſſiliam Phocæa, Syracuſas Corintho, Cizicum & Byzantium Mileto, genitali ſolo. Verum ego huic cenſori calculum non appoſuero, cum iniquam cenſeam poſteritati ferri legem, qua vetantur progredi longius, quam quo majores eorum jam olim proceſſerant. Hi quippe prudenter quidem proxima quæque Urbi primum coloniis munierunt, ſed ſenſim tamen

pro-

prorepſere ulterius donec totam occupaſſent Jtaliam. Sed eadem ratione qua priores ab iis qui Urbi proximi erant proceſſere ad ulteriores, ita & iiſdem veſtigiis inſiſtentes nec ſubſiſtere debuerunt poſteriores, poſtquam in Jtalia nihil reliqui eſſet, quod coloniis & ipſi occuparent. Ut, quemadmodum ex diverſis gentibus in unum coaluerat jam tota Jtalia, coaleret item univerſus terrarum orbis legum morumque ſimilitudine & inſtitutis. Et ſane multo rectius id conſideravit Rutilius, qui iſta juris paritate ita colligari atque vinciri imperii membra exiſtimavit, ut in unum corpus coaluiſſe videantur. Ita enim is in Itinerario ſuo:

Dumque offers victis proprii conſortia juris
Urbem feciſti, quod prius orbis erat.

Et vere is quidem mea ſententia, quoniam juris morumque paritas & ſimilitudo (hæc enim coloniis introducitur) maximum animorum vinculum haberi oportet. His enim qui congruunt, ut ii voluntate disjungantur rarum eſt ut videas. Metus autem quem conceperat Velleius plane vanus fuit, cum coloniæ quas commemorat genitali ſolo prævaluiſſe liberæ ſuique juris omnia ex proprio agerent arbitrio, quod non fuit in republica Romana. Ita ut hujus reipublicæ coloniis ad majorem dignitatem poteſtatemve adſpirare non licuerit, obſtante ſemper majeſtate & imperio Urbis. Sed quandoquidem jam ſtatui, ubivis locorum intra fines imperii coloniam deduci poſſe, rogabit forte quiſquam, an non exiſtimem aliquam hoc etiam pati exceptionem, præcipue cum ea in re hæſitaſſe videatur Antonius, Ciceronem ſuper ea re conſulens. Quæſivit enim ex illo, an liceret ſibi Capuam coloniam

deducere quo jam prius deduxerat Cæſar. Et cum ille reſpondiſſet, id non licere dum eſſet incolumis, non quidem iſtuc coloniam deduxit Antonius, verum deduxit Caſilinum, urbem vicinam, quo tamen paucis ante annis colonia deducta fuerat, partemque agri Campani civibus ademptam Caſilienſibus adjecit, ut jure præfecturæ Caſilienſis, credo, obtineretur. Et quamquam id vitioſe factum videatur Ciceroni, exemplis tamen non deſtitui videtur Antonius. Nam Strabo de Como teſtatur, initio mediocre id fuiſſe oppidum, & afflictum à Rhætis reſtauraviſſe Pompejum Strabonem, Magni patrem. Deinde C. Scipionem illuc adjeciſſe tria colonorum millia, quibus tandem & adjecerat Cæſar IↃↃ è quibus quingenti eſſent Græcorum nobiliſſimi. De Antio ſcribit item Livius libro octavo L. Furio Camillo Menio Nepote coſſ. eo novam miſſam fuiſſe coloniam, cum certum ſit jam antea factam eam fuiſſe coloniam Tib. Æmilio Q. Fabio coſſ. ut eſt apud eundem Livium libro tertio, & Dionyſium Halicar. nono. Quid igitur cauſæ inquies cur minus licuerit Antonio aut Capuam aut Caſilinum ex Ciceronis ſententia? Eum itaque ipſum audiamus, ut videatur an aliquid cauſæ ſit, cur aliter de his aliter de illis judicari oporteat. Is itaque hoc modo ea de re loquitur Philippica ſecunda: *Deduxiſti coloniam Caſilinum, quo Cæſar ante deduxerat. Conſuluiſti per literas de Capua tu quidem, ſed idem de Caſilino reſpondiſſem, poſſeſne ubi colonia eſſet, eo coloniam novam jure deducere. Negavi in eam coloniam quæ eſſet auſpicato deducta, dum eſſet incolumis coloniam novam jure deduci, colonos novos adſcribi poſſe reſcripſi. Tu autem inſolentia elatus omni auſpiciorum jure turbato, Caſilinam coloniam deduxiſti, quo erat paucis ante annis deducta, ut vexillum videres & aratrum circumduce-*

duceres. Cujus quidem vomere portam pene Capuæ perſtrinxiſti, ut florentis coloniæ territorium minueretur. Ex quibus id primum intelligimus concedere eum veteribus colonis novos adſcribi poſſe etiamſi colonia ſit incolumis, non tamen poſſe coloniam conſtitui novam. Atque ita deprehendetur Ciceroni nihil adverſari quod de Como attuleramus, quæ aliquoties colonis aucta. Ut nec ei adverſatur quod de Antio allatum, quippe qui aperte dicat, novam coloniam deduci non poſſe in eam quæ ſit incolumis. Qualis Antium non fuit cum ſecundum deduceretur, utpote quæ poſtquam rebellaſſet vi in poteſtatem populi Romani ſit redacta. Ut vetus omne jus evanuiſſe debeat videri, populoque Romano licuiſſe iterum de ea ſtatuere quod viſum fuerit. Quippe cum & urbibus ſua ſint fata, & interire non minus quam homines ipſi intelligantur. Qua de re videndi tum alii, tum inprimis Petrus Faber libro primo Semeſtrium capite IX. Hæc igitur exempla ut nihil faciunt adverſus Ciceronem, ita necdum tamen ratio apparet, cur eo coloniam ducere non liceat quo prius auſpicato fuerat deducta. Id igitur nunc expiſcandum reſtat. Rævardus exiſtimat eo nomine ab Cicerone carpi Antonium quod inauſpicato coloniam deduxiſſet Caſilinum, nec aliud innui verbis ſupraſcriptis. Sed errat longe vir eruditus mea quidem ſententia. Nam ſi verba recte perpendis, indicare deprehendes neque inauſpicato neque auſpicato vel Capuam vel Caſilinum coloniam jure deducere potuiſſe Antonium. Cur non auſpicato res aperta eſt, quoniam ſcilicet nihil magni inchoabant Romani auſpiciis non prius habitis: & ſic nequidem coloniam deducebant his neglectis. Sed auſpiciis habitis, iterum ea haberi non poſſe manifeſto Cicero indicat, dum ait hac ratione *turbari auſpiciorum jura.* Sed cur ea

ratione turbantur jura auſpiciorum? Quia non aliud hoc videtur quam ſi quis Deos iterum interroget ea de re, de qua jam aperte reſponderant antea. Cum enim id fecerint primis auſpiciis, nequiter tentari poſterioribus, an ſibi futuri ſint ſimiles. Hoc enim ejus eſſe videtur qui Deos ludibrio habeat, omnemque adeo religionem contemnat. Nec ratio diſſimilis videtur quare *bis eandem umbram evocare non liceret*, ut notat Servius ad illud Virgilii:

——— ——— Nec portitor orci
Amplius objectam paſſus tranſire paludem

Si vero urbs non eſſet incolumis, nec in ſuo ſtatu & conditione manſiſſet, non videbitur eadem urbs ſeu colonia, ſed penitus alia, ut non videretur alteris auſpiciis de eadem Deorum ſententia explorari. Ita ut ſi poſteriora auſpicia aliam Deorum, ut loquuntur, immortalium mentem eſſe demonſtraverint quam priora, non tamen pugnare reputentur. Cum vero veteribus novi adduntur coloni, jure ſive conſecratione veteri colonia manet, noviſque auſpiciis minime eſt neceſſe. Et hæc mea eſt ſententia de his Ciceronis verbis, quæ ut nec Ræyardus recte percepit, ita nec percepiſſe videtur P. Faber primo Semeſtrium cap. VIII. nec Daniel Feſſelius Adverſariorum ſacrorum libro quarto cap. XIII. viri tamen de litteris optime meriti.

CAPUT VIII.

Quid Limes.

SEd nunc etiam nobis ingrediendum eſt coloniæ territorium, peragrandumque totum, ut non tantum ambitum, ſed & omnem interiorem ejus faciem perluſtremus, cognoſcamuſque cum lineis, ariſque finitimis & centurias, & limites, & terminos, atque ut omnium horum peculiaria etiam

etiam nomina ediſcamus. Qua in re ſi lector aliquid etiam deſiderabit, non eſt quod in eum propterea quid culpæ conjiciam, cum ne quidem mihi ipſi hac in re ita ſatisfaciam ut meus ardor deſiderat, mutilatis tantopere veterum monumentis, aliis etiam deperditis, ex quibus hauriri horum cognitio oporteret. Etſi jam olim Sichardus ad titulum Finium regundorum faſſus ſit, *in tanta ignorantia vetuſtatis hodie non facile ſciri poſſe quæ fuerint olim formæ terminorum;* & ſi viri eruditiſſimi Sigonius & Velſerus incultum hunc quem ingredior campum reliquerunt, cum tamen ex profeſſo materiam colonicam tractarent, intra culpam me fore confido ſi in his indictum aliquid omiſero. Horum quidem multa Solinianus Exercitator ſe docere jactat, oſtentator magnificus; ſed ut plures in iis errores quam periodos diligens perſcrutator inveniat: quorum & nos aliquot notamus ſubinde. Quid referam viros optimos Nicolaum Rigaltium, Johannemque Laurenbergium, quorum in his magis conatus quam ſucceſſus eſt laudandus? Quantumcunque tamen ſit quod eo nomine ab æquo lectore obtinere poterunt, libenti animo id excipiam, qui nullius virtuti invideo. Quocirca ſi quid illorum in his notatum lector inveniet, quod tamen perrarum eſt, ſciat non ideo hoc factum quod invidiæ ſuccumbam, ſed ne imprudentem ſe alio quam oporteat abripi patiatur. Ubi tamen illorum mentionem facimus ſuum ei relinquimus judicium eligendique libertatem utrum ſequi velit, poſtquam noſtra cum illorum obſervationibus comparaverit. Igitur, ut ad id quod generatim præmiſſum ſpecialius nunc deſcendamus, priuſquam quid operæ in colonia inchoëtur, Curator adhibitis menſoribus totum territorium diligenter perluſtrat, ut ſciat quæ ratio delimitandi ſit convenientiſſima, & an una limitatio-

ne comprehendi', an vero variis locis aſſignari oporteat. Nam cum non aſſignetur quicquid eſt ardui & confragoſi, quicquid incerti eſt & amari ſoli, factum ſæpe ut una limitatione res peragi non licuerit, ſed opus fuerit pluribus aut *variis locis* aſſignare. Quo modo aſſignatus ager Aſculanus, Falerionenſis, Albenſis, & plures alii. Quæ aſſignatio etiam fieri *in lacineis* dicitur in Antio, Ardea, Gabiis, Venafro, & aliquot aliis. Sunt enim laciniæ partes ab aliis avulſæ & ſeparatæ, non limites introrſum extrorſumve vergentes, ut vult Laurenbergius. Demonſtrat id vel quod eſt apud Columellam libro ſeptimo: *Melius eſt unum gregem totum, quam ex pluribus particulatim mercari, ut nec in paſtione ſeparatim laciniæ deducantur.* Et ſic Hironymus *lacinioſas periodos* vocat, quæ ſunt abruptæ & male coherent. Ager itaque in laciniis hoc modo diſcerptus, ut foecunda & pinguia à ſterilibus ſecernantur, partim aſſignatione datur, ut jam dictum eſt; partim, qua ſcilicet ſterilis, & incultus relinquitur inaſſignatus. Et ita dicimus non tantum *in laciniis aſſignare*, ſed & inaſſignata dicuntur *in laciniis remanere.* Ut in Priverno: *Ager ejus pro parte cultus in jugeribus eſt aſſignatus, cæterum in laciniis vel ſoluto remanſit.* Solutum autem ibi eſt quod nullis limitum regulis obligatur. Quum vero ex agro ſilveſtri & inculto pinguia atque cultui idonea excerpebantur relictis cæteris, tum *præciſuras* vocabant illa ex ſilveſtribus præëlecta. Nam præciſum eſt, quod eſt cujusque rei maxime pingue atque opimum. Unde & apud Lucilium habes:

Illi præciſo atque epulis capiuntur opimis.

Atque rei agrariæ id etiam convenire evidentiſſime liquet ex Frontinianis quæ tractant de coloniis, ubi frequenter reperitur *in præciſuris* &, *in præciſuras* aſſignare.

Nam

Nam *terra præciſa* ea eſt quæ ex incultis primum ad culturam aptata eſt. Hoc enim eſt quod voluit Gajus juriſconſultus in l. 30. ff. de verbor. ſignificatione, ſed ubi ita legendum eſt : *Novalis eſt terra præciſa, quæque anno ceſſavit.* Quod cum interpretes non viderent, non viderunt etiam quis eſſet ager novalis, quidque terra præciſa : ut nec id ipſum vidiſſe ſe agnoſcit Pontifex in cap. Quid per novale extr. de verbor. ſignif. quamvis in ſpiritualibus oculis utatur plus quam lynceis. Nec mirum eos hoc non vidiſſe, cum legant omnes hactenus : *Novalis eſt terra præciſa quæ anno ceſſavit*, unam rem à juriſconſulto deſignari putantes, cum deſignarit duas, judicaveritque novalem agrum eſſe qui ita, ut dictum, præciſus eſt, & qui anno interquievit. Ut fieri aliter non potuerit ut qui hæc duo miſcuerint, quin ignorantiam ſuam debuerint prodere. In hujuſmodi autem præciſuris quas dixi aſſignatus eſt ager Aricinus & item Corfinius. *Oſtienſis* vero *aſſignatus* dicitur *ab Imperatoribus Veſpaſiano, Trajano & Hadriano in præciſuris, in laciniis.* Ut in *laciniis* ab eo qui ea excerpta concinnavit adjectum videatur exegetice, ac ſi una eademque res foret *in laciniis aſſignare*, quod *in præciſuris*. Quod tamen mihi non videtur, qui putem aliquam etiam hic, licet exiguam, reperiri differentiam. Sunt enim præciſuræ portiones ab aliis diſcerptæ, quod & de laciniis diximus, ſed laciniæ tam ſunt bonæ & pingues quam etiam ſteriles & uliginoſæ, cum omnes præciſuræ ſint opimæ & fertiles. Ut hinc fiat quod non modo *in laciniis* dicatur *aſſignari* ager qui utilis ſit, verum etiam ut jam dictum antea, *in laciniis remanere*, qui culturæ ſit inidoneus, quod præciſuris non convenit. Ubi ergo in laciniis vel in præciſuris aſſignatur neceſſe eſt non uno loco aſſignationem peragi, & hoc eſt quod toties in excerptis Frontinianis repe-

reperitur, *aſſignatum variis locis*, ut jam eſt indicatum. Cæterum cum nihil amari aut incerti ſoli, nihil ardui & confragoſi intervenit, ut totum territorium aſſignationi ſit idoneum, tum linea Curatores illud circumſcripſere, quam *finitimam* dixere, quod per territorii fines eat, fines-ve territorii demonſtret. Ea autem ſemper eſt recta ſive menſuralis de ſigno ad ſignum, vel de termino ad terminum. Et hoc eſt quod Frontinus expreſſit his verbis: *Finitima linea menſuralis eſt, quæ aut aliqua obſervatione, aut terminorum ordine ſervatur.* Quæ autem & qualis ea ſit obſervatio optime demonſtrant hæc Aggeni verba: *Ex colle eo qui appellatur illorum, ad flumen illud, & per flumen illud, ad rivum illum, aut viam illam, aut per viam illam, ad infima montis illius, qui locus appellatur ille, & inde per jugum montis illius, per divergia aquæ ad locum qui appellatur ille, & inde deorſum verſus ad locum illum, & inde ad compitum illius, & inde per monumentum illius ad locum illum unde primum cæpit ſcriptura iſſe.* Ubi ergo iis ſimilibuſve obſervationibus deſtituebantur terminis territorii extrema in verſuris ſignabant, qui territoriales appellantur, lineaque de uno ad alium pergente totum territorium circuibat & complectebantur. Ita tamen ut *certis locis aras lapideas ponerent, quarum inſcriptio ex uno latere perticæ applicito finem coloniæ demonſtrat, ex altero qua foras erit, adfines.* Hanc autem finitimam lineam ſive terminis lapideis obſervetur, ſive aliqua obſervatione alia, nullam latitudinem habere, ut nec habet quævis alia, non eſt quod multis probem, quamvis lineas cum limitibus, & limites cum lineis confundat Plinianus exercitator. Falſum enim plane eſt quod aſſerit pag. 918. *Limitem idem eſſe quod lineam, unde apud Agrimenſores menſuralem & finitimam lineam eſſe eandem cum limite.* Quoniam nullus eſt limes qui non acci-

accipiat latitudinem, linea vero ubi latitudinem habere incipit, linea eſſe deſinat. Finitima autem linea quæ ſit & quis ejus ſit uſus partim jam indicatum, partim inferius etiam erit dicendi locus. Linea vero menſuralis non eſt alia quam recta, quoniam non per alias quam rectas finitores menſuram agere ſint ſoliti. Curva enim ſi metienda occurrunt, uſque adeo rectis lineis interſerant, ut omnis curvatura periiſſe videatur, & habita harum linearum ratione quis ſit loci podiſmus enuntiant. Lineæ igitur non ſunt limites, ut nec limites lineæ, & fides ei non eſt habenda qui hujuſmodi figmenta docet. Sed nec fides adhibenda Calepino, qui *limitem* dicit *ſemitam eſſe tranſverſam, militari via anguſtiorem.* quippe cum limites non tantum ſint tranſverſi ſed & prorſi, & verſi: & tam ſint ampli & lati quam auguſti. Quibuſdam enim limitibus in Frontinianis tribuuntur pedes octuaginta, quibuſdam centum, aliis etiam centum & viginti. Unde & apud Virgilium recte Hyrtacides

——— ——— ——— *ſic ore loquutus:*
Hæc ego vaſta dabo, & lato te limite ducam.

& Seneca libro 1. de beneficiis: *laxum limitem aperire.* Inepte vero ſic loquuti forent, ſi non alii eſſent limites quam militari via anguſtiores. Rudi etiam Minerva deſcribit Feſtus limites, ubi eos eſſe ait *in agris nunc terminos, nunc vias tranſverſas.* Hoc quidem recte, quod non alibi quam in agris limites eſſe velit, verum cum eos terminos eſſe dicit non videtur ſatis proprie loqui. Nam quamvis & Virgilius dixerit,

Saxum antiquum, ingens, campo qui forte jacebat,
Limes agro poſitus,

non ex proprietate verbi, ſed figurate ſaxum poſitum refert in limitem ſeu terminum, ut cum ſignum ponitur pro re ſignata, cum lapis ſaxumve ſit index, teſtis & cuſtos limitis cui infigitur. Sed nec admodum bene quod limites vias vocarit, ut omittam quod dixerit tranſverſas. Nam quamvis etiam per limites iter debeatur, non tamen per omnia limites & viæ conveniunt. Id enim ſi foret omnes viæ eſſent & limites, quod hactenus nemo ſuſtinuit dicere. Sed nec ipſe noſter Hyginus ſatis declarare videtur naturam limitis, apud quem legitur, ut optimi habent codices: *Omnis ergo hujus menſuræ & recturæ longitudo rationalis limes appellatur.* quæ ſane ſunt perobſcura, non auctoris vitio, ſed temporis injuria, qua factum eſt ut hi auctores, etiam hic ipſe locus cum præcedentibus minime coherens, mutili ad nos pervenerint. Hoc tamen hic habemus, limitem eſſe longitudinem rationalem, id eſt rectam, in quo jam aliqua ſe incipit oſtendere differentia limitis & viæ. Ille enim rectus incedere debet, hæc poteſt; ſed ita ut ſi in varios gyros & Mæandros ſe flectat, nihil tamen obſtet quo minus & nomen & uſum viæ obtineat. His jungamus quod idem Hyginus alibi dicit: *Omnes limites non ſolum menſuræ agendæ, ſed & publici itineris cauſa latitudinem accepiſſe.* Ex quo porro liquet, limites non eſſe lineas, quod volebat Plinianus exercitator, verum accepiſſe latitudinem, non tantum itineris publici, verum & menſuræ agendæ gratia. In quo & altera limitis & viæ differentia reſidet, quoniam de menſuris agendis quod dicitur, minime ad vias pertinet. His nunc jungenda ſunt verba Anonymi è Fragmentis terminalibus quæ inter noſtros exſtant, & ita ſe habent: *Limes dextra atque ſiniſtra fines privatos dividit, & in medio* eſt *iter publicum.* Et ita habebimus tertiam differentiam,

tiam, quæ in eo conſiſtit, quod limites aguntur ea mente ut dividant poſſeſſiones privatas, non publicas, cujus rei gratia non fiunt viæ publicæ aut vicinales. Cæterum utrimque limitis rigor incedit, privata ab itinere publico dividens, quæ & *linea limitis* appellatur, in qua termini, aut eorum loco ſubinde olivæ fructiferæ locabantur, aut forte etiam aliud genus arborum. Nam ita & apud Anonymum inter noſtros invenio: *Olivam fructiferam in lineam limitis poſuimus.* Linea tamen proprie ea non dicenda, quoniam *rigor eſt quicquid inter duo ſigna velut in modum lineæ perſpicitur.* Et *quicquid in agris menſori operis cauſa ad finem rectum fuerit rigor appellatur: quicquid ad horum imitationem in forma ſcribitur, linea*, ut nos docent Auctores noſtri, quamvis & ipſi hanc diſtinctionem non ubivis obſervent. Sed ſive lineam ſive rigorem vocare velis, ſi non ſint arbores erit ibi loci vel ſulcus, vel fovea, vel foſſa, vel etiam rivus, aliudve quid de quo poſt latius. Quodque ſpatium eſt inter utrumque rigorem, *interſtitio limitaris* vocatur ab Hygino. Hæc quæ hactenus de limite diximus confirmant & Nypſi verba, quæ ipſa & aliam viæ & limitis differentiam oſtendunt. Quod ſcilicet hic conſtituatur *ad cœli dimenſionem*, aut ut Hyginus loquitur, ad curſum ſolis & polum Mundi. Verba autem Nypſi hæc ſunt: *Decumanus eſt longitudo rationabilis, itemque cardo, conſtituti ab antiquis ſecundum cœli dimenſionem, binis rigoribus* in *ſingulis ſpatio itineris interveniente.* In quibus Nypſi verbis & hoc mihi notandum videtur, quod ab Antiquis innuat hos rigores conſtitui ſolere, in ſingulis ſive Decumanis ſive Cardinibus interveniente ſpatio itineris. Nam quando cum his jungo quod eſt apud Anonymum inter noſtros, *antiquæ* ſcilicet *menſuræ convenire, ut termini foris limitem ponerentur*, in iis videlicet quos

 dixi


dixi ſulcis, foveis, foſſis vel foſſatis, ſatis mihi videor videre, poſteriores non ea uſos ratione, ut ſcilicet binis rigoribus unicoque itineris ſpatio limitem complexi fuerint, utve terminos foris limitem ponerent. Et cum legam in Excerptis Frontinianis agrum Venuſinum diviſum *limitibus Gracchanis unius ſcamni*, facile adducor ut credam, quod de *antiquis*, Nypſus, & de *antiquæ menſuræ* ratione Anonymus dixere, Gracchanis etiam temporibus convenire; atque id inſuper, quod hic eſt *ſcamnum*, apud Nypſum eſſe *ſpatium itineris inter duos rigores*, atque quod apud Hyginum eſt, *interſtitio limitaris*. Neque enim hic ſcamnum eſt quod latitudine longitudinem vincit atque ſtrigæ opponitur, hoc enim ſtultum eſſet cogitare. Sed cum hinc atque illinc limitis aretur, non vero ipſe limes, ſed crudus relinquatur & immotus, merito ſcamnum merebitur vocari. Ita Columella jubet *necubi* arator *crudum ſolum & immotum relinquat quod agricolæ ſcamnum vocant:* prohibetque Plinius, *ſcamna inter duos ſulcos ne relinquantur.* Quemadmodum inter arata relinquitur limes, commodiorem ita ſui uſum viatoribus præbiturus, quam ſi aratro ſubactus eſſet. Limes ergo unius ſcamni illud erit, quod unum tantum itineri faciendo habet ſpatium inter duos rigores, qualem Gracchanis temporibus, iiſque quæ hæc antecedunt, in uſu ſolummodo fuiſſe eſt veriſimile. Sed poſteriores dein, his non contenti, fecere limites duorum ſcamnorum; fovea, foſſa, vel foſſato intermedio. Nam ad illud Virgilii,

Non ſignare quidem aut partiri limite campum
Fas erat.

ita Servius, aut potius ſub ejus nomine alius: *Cum agri colonis dividerentur, foſſa ducebatur ab oriente ad occi-*

occidentem , quæ cardo nuncupabatur , & alia de ſeptentrione ad meridiem , quæ decimanus appellabatur. Craſſius quidem ille , quiſquis fuerit , dixit ipſam foſſam & cardinem & decumanum appellari , ut reliqua omittam ; ſed hinc vel maxime tamen liquet foſſam vel foſſatum fuiſſe aliquando in limite , quod non alio quam pari cum limite potuit iviſſe curſu. Quod autem ea foſſa foſſatumve illud non fuit in latere limitis patet auctoritate Innocentii , qui & *aquam in medio ſine* agnoſcit. Atque is limes qui in medio aquam habet forte is ipſe eſt, qui *perdiviſus* eidem eſt , prout legitur in duobus Mss. cum in editis nullo ſenſu legatur hactenus *par diviſis*. Locus quem innuo hic eſt : *Caſa in ſiniſtris Flaminiæ indicat terminos : trans alveum tranſit , ſicut ſupra diximus perdiviſis limitibus.* Et hi illi ipſi mihi videntur qui duobus locis apud Innocentium *compactiles* dicuntur , quoniam apud Vitruvium compactiles trabes invenio , quæ aliquam cum his limitibus ſimilitudinem habere videntur. Nam ita Vitruvius libro quarto capite ſeptimo trabes has poni vult , ut *ſint compactæ ſubſcudibus & ſecuriculis , ut compactura habeat duorum digitorum laxitatem.* Quæ trabium poſitio cum horum limitum ordinationi quam maxime ſit ſimilis , non mirum ſi nec eorum nomen ſit diſſimile. Nam ut ibi duæ trabes , ſic hic duo ſcamna : ut ibi laxatio duorum digitorum inter utramque trabem , ita & hic foſſa inter utrumque ſcamnum : ut ibi ſubſcudibus & ſecuriculis trabes compinguntur , ita & hic limitibus tranſverſis , per quos iter , junguntur & ſcamna. Cum vero Daniel Barbarus ad eum Vitruvii locum varia appoſuerit ſchemata , quibus auctoris mentem illuſtraret, unum tantum eſt quod rei quam agit Vitruvius convenire

videatur, quodque lucem inſtituto noſtro adferre queat. Id autem eſt hujuſmodi.



Juncturam igitur quam ibi ſubſcudes faciunt & ſecuriculi, in his limitibus faciunt limites tranſverſi, quos hæ foſſæ penitus dividere & interſecare non debuerunt, ne impediretur iter facientium tranſitus, quamvis junctas infra foſſas putaverim canabulis & novercis, ad tranſmittendam, quam excipiebant, aquam pluvialem. Quem enim alium uſum in hac re limitari eæ canabulæ & novercæ habuerint plane me ignorare profiteor. Ipſæ vero hæ foſſæ intermediæ in excerptis Frontinianis *interjecturas* vocari, ſi quid video, cenſemus. Nam eunt per *recturas limitum*, quæ non aliæ ſunt quam lineæ menſurales pergentes recta per ipſum limitem. Et *per* ipſas *recturas* dicuntur *foſſæ interjectæ*, ut ille videre poterit, qui perſpexerit quid de colonia Graviſcorum duobus locis in Frontinianis refertur. Qui vero limites has interjecturas vel foſſas medias non habent, ii non alii ſunt, quam limites unius ſcamni. Cui convenit ut illos duorum ſcamnorum appellare liceat, qui interjectura ſunt perdiviſi. Horum vero initium ad Auguſtum retulerim, quod apud noſtros mentionem fieri videam *foveæ Auguſtaneæ*, apud quos & *foſſatos* invenio *Auguſteos* qui non ſunt alii, quam termini forma ea & in foſſa ea quales Auguſtus ordinavit locati. Quapropter veriſimile eſt, ut aſſignationes Syllæ, ita & C. Cæſaris, imo & Triumvirum limitibus unius ſcamni fuiſſe peractas, limiteſque duorum ſcamnorum ab Auguſto demum ordinatos, qui etiam tam accurata fuit diligentia ut

ut & palos actuarios defigi juſſerit per centurias, quod ante eum nemo. Ut taceam omnium provinciarum & urbium formas, & menſuras quas in commentarios referri curavit, tam accuratam imperii deſcriptionem inſtituens; ut fuerit non alia privatæ domus uſpiam diligentior. Quamvis autem per hanc interjecturam lineam diximus ire limitis quæ & menſuralis dicitur, & eſt primaria, attamen alii rigores, ſive aliæ lineæ in latere limitum etiam erant, quæ ut eſt apud Innocentium vocabantur *pligoriæ*, vel plegoriæ potius, quoniam plegus fidejuſſor eſt, ut notat doctiſſimus Voſſius. Hæ quippe lineæ quæ in lateribus, pro media, quam principalem diximus, tanquam ſpondere videntur, atque in omnem eventum cavere ne limitis rectura oblivioni mandetur, ſi forte interjecturæ vitio temporis veſtigia minus appareant. In iis pligoriis termini pleurici conſtituti, qui & curſorii, quorum officium eſt *tam rationem obſervationis oſtendere, quam recturam limitum*, ut in Tiferno de iis diſſeritur. Atque in eo diſcrepantia apparet quæ eſt inter hos atque illos qui ſunt in linea menſurali. Hac enim terminibuſque in hac poſitis cum iter & inceſſus limitis demonſtretur tantum, pleurici non id modo faciunt, ſed & demonſtrant fines utrimque limitum, ut ſciatur quatenus hac atque illac obſervari limites debeant. Ex quibus omnibus ſatis aperte liquet quam vani illi ſunt qui *limitem idem eſſe* ajunt *quod lineam, & menſuralem & finitimam lineam eſſe eandem cum limite: & minores limites qui octo tantum pedes aut decem habebant, lineas proprie vocaſſe agrimenſores, & lineares limites*. Unde & inferunt, *delineationem uſurpari pro tota limitatione, & delineatum pro limitato*. Habemus certe & agnoſcimus limites lineares vel linearios, quis enim ibit inficias? ſed quis exprimat

quam

quam craſſum ei ſit ingenium, qui lineas octo aut decem pedes craſſas nobis effingat? Ut omittam ſupinam negligentiam ejus qui *delineationem* & *delineatum* nobis obtrudunt pro *delimitationem* & *delimitatum*, ut meliores habent codices, & habere omnes oportet. Quid vero de lineis & limitibus peculiaribus lineariis ſit ſtatuendum, mox perſequemur commodius, ubi ad limitum diſcrimen pervenerimus.

CAPUT IX.

Limites decumani & cardines: actuarii & linearii: perpetui & interciſivi. Extracluſa, quæ & extremitas.

NAm poſtquam hæc generatim de limite prælibavimus, nunc etiam illorum diſcrimina intuebimur, ſequuturi hac in re Hyginum, virum harum rerum, ſi quis alius, peritiſſimum, licet Exercitatori non infrequenter vapulet, cum interea tota errorum plauſtra effundat ipſe. Prima autem limitum differentia hæc eſt, quod alii ſint Decumani, Cardines vocentur alii, quamvis antiquitus omnes limites Decumanos dictos ſcribat Siculus, à *longitudine decem actuum*. Ita enim vocatos limites ait ſpectantes *matutini & veſpertini*, *meridiani & ſeptentrionis cardinem*, id eſt, ſi verbo rem expedire velis, omnes. Idem ſentire videtur Hyginus, qui negat *intereſſe quicquam decumanum dicamus an limitem*, quamvis de origine diſſentiat ab Siculo, quippe qui à duobus dictum primo Decumanum dicat, quod terram dividat in duas partes, unde factum ſit poſtea Decimanus, quemadmodum à duiginti poſtea factum eſt viginti.

Quæ

Quæ minime inepta eſt originatio, cum limitum præcipuum ſit officium dividere, & ex eo quod unum, vel eſt vel videtur, duo facere. Ita ut à ſcopo & hic aberraverit Exercitator, qui iterum vitioſa ſcriptura ſeductus Decimanum prius dictum putat Duodecimanum, exinde quod is limes dirigeret in horam duodecimam. Sed quamvis antiqui omnes limites dixerint Decumanos, poſterioribus tamen hoc non placuit, qui vulgo Decimanum dixere limitem qui ab oriente in occidentem dirigeret, alium qui à meridie in ſeptentrionem iret Cardinem nominaverunt, quod intueretur Cardinem mundi, qui eſt in ſeptentrione. Sed hoc ita ut aliquando Auctores aſſignationis ob loci conditionem hanc rationem plane commutarint, aliquando artificum negligentia à vulgari rectura limites aliquantulum detorſerit. Sed quacunque tandem ratione limites incedant, hoc tamen manet perpetuum, ut omnes Decumani omneſque Cardines jaceant paralleli ſive æquidiſtantes, atque ut decuſſatim ſemper Decumani Cardines tranſeant. Et hæc prima limitum eſt differentia, quod ſcilicet alii ſint Decumani, alii Cardines. Sequens illa, quod quidam ſint actuarii, quidam dicantur linearii, lineares, vel lineales, nam omnibus iis nominibus in manuſcriptis exemplaribus eos reperire eſt. Dicuntur iidem & medii, quod actuariis interjacent, qui illis ſunt exteriores. Tertium vero genus ab his diverſum non datur. Nam de his ita Hyginus: *Sunt alii limites actuarii, alii linearii. Actuarius eſt limes qui primus actus eſt, & ab eo quintus quiſque: reliqui medii limites linearii appellantur, in Italia ſubruncivi.* Unde vero nomen actuariorum profluxerit Exercitator demonſtrare maximo molimine conatur, ſed ut ſibi minime conſtet. Nam ubi præmiſit, *minime dictos ex eo quod menſuræ & limites*

proprie agi dicuntur, addit nomen accepiſſe *ab actus latitudine*, ita enim pagina 677. loquitur. Quod tamen pagina proxime ſequenti ut *minus verum* rejicit, quoniam dicit *actum fuiſſe pedum quatuor, ſed limites actuarios pedum duodecim*. Pronunciat itaque hic nunc, *ſatius eſſe ab actu agendo, id eſt menſura agenda actuarium deducere*. Et paulo poſt, his omiſſis, actuarios dictos cenſet *ab actu quod actus nimirum includerent*, pro elucidatione addens, *quod centuriæ in jugera, jugera in centurias dividebantur*. Et tandem apponit, κατ' ἐξοχὴν *appellatos ita ab actibus includendis*. Vide fœcundum ingenium quid non poſſit! Et tamen dum hæc tam operoſe diſputat ſecum, *veretur ut ipſe Hyginus*, qui ita limites diſtinxit, *ſit falſus, iidemque fuerint linearii & actuarii limites*. Ego quid hac de re dicam nihil habeo aliud, quam ut profitear ſatius eſſe eum hominem ſibi eſſe relinquendum, ne dum hujuſmodi ineptiis tempus inutiliter terimus illi aſſimilemur, & meliora agendi occaſionem amittamus. Actuarius autem limes non ab alia re nomen accepit, quam quod per eum plauſtrum & jumentum omnibus agere, ſicut per viam publicam, liceat. Et verum hoc eſſe patet ex oppoſitione aliorum limitum qui linearii appellantur, per quos omnibus idem facere non licet. Hos autem limites à linea nomen habere nemo eſt qui non videat. Sed quomodo à linea nomen iis ſit inditum, nec tamen naturam lineæ induerint, in ſequentibus dicetur commodius. Hi vero limites in ſola Italia vocantur *ſubruncivi*, cujus rationem hanc reddit Exercitator pag. 728. ut *in agris aditus runcantibus pateret*. Quaſi runcantibus alia opus eſſet via, quam aranti, occanti, aliudve opus ruſticum facienti. Et quaſi in ſola Italia runcarentur agri, non etiam in provintiis. Sed cum ſubſecivum ſit quod eſt ſubſecatum, interciſivum

ciſivum quod eſt interſecatum, furtivum quod furto eſt ablatum, ſubruncivum erit quoque quod eſt ſubruncatum, leviterque runconibus purgatum à ſpinis ut itineri operique ruſtico faciendo pateret. Ut pateat majorem hic quam in provintiis curam & diligentiam adhibuiſſe Romanos, quo cultior nitidiorque aſſignatio ibi appareat, cum & meliori jure Italicum ſolum quam provintiale cenſerent. Præter hos limites actuarios ſcilicet & linearios tertium genus non dari jam antea monuimus. Ut plane hallucinetur Exercitator, qui Decumanum M. alium ab actuario cenſet, in quam rem multa diſſerit pag. 676. & aliquot ſequentibus, cum tamen Decumanus iſte ſub eo comprehendatur ut ſpecies ſub genere. Et ut uno errore defungi non ſolet, proxime Decumanum locat actuarium, cum Decumanus iſte ſit actuarius primus, quem proxime ſequuntur linearii, qui demum actuario alio clauduntur, cui quintario nomen obtigit. Verum in hac computatione dubitationis aliquid reſidet propter legis antiquæ verba, qua juberi ait Hyginus, *ut à Decumano maximo quintus quiſque ſpatio itineris ampliaretur*. Non quod dubitaretur quid ſit limitem ſpatio itineris ampliare, perfacile enim fuit deprehendere, cum lineariis dentur pedes octo, reliquis, ſive actuariis, addendos pedes quatuor, quæ quaſi latitudo itineris. Sed in eo hærebat omnis difficultas, quomodo inſtituenda foret computatio à Decimano maximo. An nimirum cum numero etiam comprehendas, an vero eo omiſſo numerare incipias ab eo qui huic eſt proximus. Utrumque enim verba admittunt. Ut cum Horatius dixit:

——— *Talos à vertice pulcher ad imos.*

ipſum quoque verticem pulchrum eſſe intellexit, adeoque

 oratione

oratione ſua eum includere voluiſſe intelligendus eſt. Contra Plautus cum dixit Rudente:

Qui à fundamento mihi uſque moviſti mare,

& Curculione:

Quid antepones Veneri à jentaculo?

& maris fundamenta & jentaculum, ſermone excluſit potius Poëta. Cum ergo utrumque legis verba patiantur, reſtat ut quæſtio remaneat voluntatis, inſpiciendumque ſit quid legiſlator voluerit. Id autem collegit Hyginus ex forma & typo aſſignationis eorum temporum, quibus hæ ſunt latæ leges. Ea quippe forma, connumerato Decumano maximo, ſextum quemque limitem habebat reliquis ampliorem. Quod Hyginus his verbis expreſſit: *Erat ſane interpretatio hujus legis ambigua, niſi eorum temporum formæ ſextum quemque limitem latiore haberent deſignatione quam minores.* Hic ergo qui ita, ut dixi, eſt ſextus cum in lege vocetur *quintarius*, non inepte colligit Hyginus, aliquid intereſſe inter quintum & quintarium. Non quod tam ſtupidus fuerit, ut quintarium derivari non putaverit à quinque, ut à quinque derivatur quintus; ſed hunc eſſe videbat qui quinto loco numeratur, illum qui quinque centurias claudit. Sed hic Exercitatoris cenſuram evadere non potuit Hyginus. Nam ita ille pagina 679. *Fallitur Hyginus, qui quintum à quintario ſeparat.* Et iterum: *Errat Hyginus, & idem omnino quintus & quintarius.* Sed erat potius, qui auctorem accuratum erroris arguit, & quintum quintariumque pro eodem habet: quoniam is primum pro nullo reputat, vel quod non minus eſt abſurdum, duos primos limites conſtituit. Intereſt igitur, ita ut dixit Hyginus, inter quintum & quin-

quintarium, non tam ex proprietate ſermonis, quam ex mente loquentis legiſlatoris. Cæterum proprietatem verborum ſi ſpectes, nec verum erit, eundem eſſe quintum & quintarium, ſed plurimum inter ſe differre. Nam unus in ſuo ordine limes tantum eſt quintus, ſed plures ſunt quintarii, ut in una civitate plures ſunt viri primarii, plures piſtor ſimul pinſit panes ſecundarios, plures una legio milites habet tertiarios. Repone pro his primos, ſecundos, tertios & videbis quam ineptias. Porro, differunt hi limites latitudine, differunt & jure. Actuariorum vero latitudo lege Sempronia, Cornelia, & Julia definita eſt pedibus duodecim. Et hinc hæc tanquam vulgaris & ordinaria menſura eſt habita. Ex actuariis tamen his qui dicuntur maximi tam cardines quam decumani, laxior modus eſt definitus, ſiquidem *ſecundum legem & conſtitutionem Divi Auguſti dantur Decumano maximo pedes* XL. *Cardini maximo pedes* XX, ut habemus apud Hyginum. Quæ tamen cum alios non obligat quam colonias hac lege deductas, alibi alia latitudine fuiſſe non eſt ambigendum, præſertim cum in Frontinianis paſſim legatur, *iter populo deberi pedum* LXXX, & plurium. Ut errarit & hic Exercitator qui hos XL, & XX, pedes omnibus Decumanis omnibuſque cardinibus communes ſtatuat. Feneariis limitibus nulla latitudo quæ excipiatur à modo aſſignationis à legiſlatore eſt attributa, ſed nullo interveniente ſpatio quod publicum ſit, privatorum agri jacent attigui, ut ſola linea, latitudinis experte, dividantur. Ut vere dixerit Hyginus *menſuræ tantum diſterminandæ cauſa eſſe conſtitutos*. Veruntamen *ſi finitimi iter volunt latitudinem ſecundum legem Mamiliam accipiunt*, ut idem ait Hyginus. Tunc enim in fine agri privati juris tranſitum vicini admittere debent, atque relinquere ei rei ſpatium pedum quinque,

 quale

quale lege Mamilia definitum. Nam ita Simplicius: *Præterea lex Mamilia fini latitudinem præſcribebat, de qua lege juriſperiti adhuc habent quæſtionem, neque antiqui Sermonis ſenſus proprie explicare poſſunt. Quini pedes latitudo dati ſunt. An in tantum quiſque? Videntur tamen limitis quinque pedum dediſſe latitudinem, ita ut dupondium & ſemiſſem unaquæque pars ad agri finem pertinere patiatur.* Quæ duo dupondia cum duobus ſemiſſibus pedes quinque efficiunt, quos requirebat lex Mamilia, ſed requirebat de privato non de publico. Alia tamen cauſa in Italia eſt ſubruncivorum. Nam *habere latitudinem pedum octonum, itineri publico ſervire, & aſportandi fructus cauſa publicaſſe hos* Curatores ſcribit Hyginus. Unde & juris differentia fit manifeſta, ſiquidem actuarii ſunt juris publici, linearii exceptis tamen ſubruncivis, juris privati; actuarii omnibus patere debent, linearii finitimis; actuarii inſtar viarum militarium ſunt, quibus non tantum vehundi agendi jus eſt, ſed & trahendi lapidem aut lignum, & haſtam rectam ferendi, quod in aliis non item. Et hæc quidem ſunt quæ pertinent ad ſecundam limitum diviſionem, qua eos partiebamur in actuarios & linearios vel lineares, qui & medii ſunt dicti ex ratione ſupra aſſignata. Poſtrema autem limitum diviſio eſt hæc, quod alii ſint perpetui, quidam interciſivi. Perpetui ſunt, cum ab initio territorii ad finem uſque abſque ulla interruptione directim pergunt; interciſivi, qui intercid untur montibus, aliiſve locis incultis & infrugiferis. De illis Hyginus: *Multi perpetuos limites egerunt, & in illa operis perſeveratione peccaverunt.* Et poſt de iiſdem agens ſcribit: *Limitibus ſecundum ſuam legem latitudines dabimus & aperiri in perpetuum cogemus. Plurimum enim agentibus præſtat acti limitis perpetua rectura. Ex hac diverti niſi per negligentiam non poteſt.* De his

in

in Nola : *ager interciſivis menſuris colonis & familiæ eſt adjudicatus.* Et *ager Spoletinus dicitur limitibus interciſivis aſſignatus ubi cultura eſt*, & additur ſtatim : *Cæterum in ſoluto eſt relictum in montibus*, id eſt limites non accepit. Et de his item Hyginus intelligendus eſt hoc loco : *Quædam* coloniæ *monti applicantur, quarum æque decumanus maximus aut cardo maximus relictis locis interciditur ita, ſi trans montem coloniæ fines perducantur.* Interciduntur igitur decumani & cardines ſive limites locis relictis ſive incultis, & ita fiunt interciſivi, ſive interciſi. Nam interciſivum eſt quicquid interciditur, ut etiam Boëthius hoc convallibus tribuerit, qui montibus interciduntur. Apud eum ſiquidem legimus : *Agros convallium ordinario jure diſpoſuimus, quos interciſivos nominavimus.* Ut autem ipſi convalles interciduntur montibus, ita non intercidi iiſdem limites, qui eos dividunt, non poſſunt. Sed quid de his Exercitator? Pagina 678. *Limites lineares ſunt qui agros per jugera diſcretos cohercebant, ut Servius dicit. Interciſivi vocabantur.* Quæ nugæ, ſi quæ aliæ, ſunt nugaciſſimæ, & ſi quæ ſcribit intellexiſſet Servium ad teſtimonium perhibendum non advocaſſet. Agnoviſſet etenim non ita Servium loquutum unquam, ſed ſub ejus nomine verba legi hominis ineptiſſimi. Nam ubi de foſſis loquutus fuisſet, de quibus ſupra mentionem fecimus, quarum unam vocat cardinem, decimanum alteram, ſubjungit : limites *alii erant in obliquum diſcreti*, quaſi non cardines omnes incederent obliqui, *qui lineares appellantur, & agros per centurias ſive per jugera diviſos coërcebant.* Quod ſi verum eſt, nempe lineares limites agros diviſos coërcuiſſe, quid agebant reliqui quos actuarios appellamus ? an illi otioſi ſoli, qui vel præcipui in limitatione erant? Quid? quod hic bonus vir ne quidem differentiam videtur agnoviſſe inter

inter centurias & jugera. Nihil enim ei intereſt an agros dicat limitibus coërceri per centurias, an vero per jugera. Cum nihil frequentius ſit, quam agrum coërceri limitibus per centurias, per jugera minime. Quis enim eſſet limitum modus aut finis, ſi ſingula jugera limitibus circumſcriberentur? Et cui bono in teſſellas tam minutas ſecare & limitibus circumdare? Quid enim? an ut bona pars agri his limitibus pereat? an ut in vanum abeat ſumptus? Et noſter Exercitator ut corrigeret Pſeudo-Servium, quod ille junctim de *centuriis ſive jugeribus* dixit, hoc ſolis tribuit jugeribus, & vult *lineares limites agrum per jugera diſcretum cohercere*, non per centurias. Sed contrarium eſt verum, & nullos eſſe limites pro certo habendum eſt, quam qui centurias terminarent. Qua *forma ſoli pulcher habitus ſemper eſt, & agrorum ſpecioſa deſignatio.* Conſtituit enim juſta limitum rectura agros rationi quam maxime convenientes, & ſecundum ductum quem Sol aſtrorum princeps ipſe demonſtrat. Tum centuriæ limitibus egregiæ connectuntur & compaginantur. Sunt enim centuriæ velut paginæ, limites autem juncturæ quibus ordine coherent. Unde & ipſi limites *compaginantes* vocantur alibi. Verum hos limites eo uſque deducere, centuriaſque efformare ſolent, quouſque territorii ſitus & habitus id permittit. Quod enim ita ſe coërceri non ſinit & eſt intra territorii fines, id extracluſum vocant. quia eſt extra limites centuriaſque & tamen linea finitima clauditur, ut nos Frontinus docet. Qui & ipſe locus à Frontino aliiſque vocatur Extremitas, quod ſit in territorii extremo. Non tamen ſum neſcius extremitatem vulgo pro fine rem unamquemque ambiente uſurpari, ejuſque duo deſignari genera: *unum quod per rigorem obſervatur, aliud quod per flexus*. Attamen pro ipſo etiam quem

dixi

dixi loco Frontinum uſurpaſſe certum eſt, ubi dicit; *Quum quid de extremitate perticæ proximus poſſeſſor aliuſve detinebit.* Quod & fecit Anonymus, qui *omnium agrorum extremitatem* ſcribit *flexuoſa & inæquali claudi finitione.* Et iterum cum ſubdit: *omnibus extremitatibus ſpecie ſua intraclufis conſtare modum.* Quæ omnia non finitioni lineari, ſed loco ipſo conveniunt. Hæc vero extracluſa ſive hanc extremitatem cum *relictis* eandem facit Aggenus, tum parte priori tum poſteriori De controverſiis. Nam parte priore ita ille: *Propterea hæc loca, quod aſſignata non ſunt, relicta appellantur, & extracluſa, quod extra limitum ordinationes ſunt, & tamen fine claudantur.* Poſteriore vero vult, *loca relicta & extracluſa non eſſe niſi in finibus centuriarum.* De quibus tamen ut diverſis tractat Frontinus. quippe ubi poſuit primo *quæ ſive locorum iniquitate, ſive conditoris arbitrio relicta, limites non acceperunt,* poſt ſtatuit, *extracluſa eſſe quæ ultra limites & intra finitimam lineam erunt.* Et ſane verior eſt hæc Frontini ſententia, cum relicta non modo in extremis finibus, ſed etiam prope civitatem reperiri, his moneamur Hygini verbis: *Hæc vicina urbibus rupium multitudo limites accipere propter loci difficultatem non potuit, ſed relicta eſt, ut aut ſylvam reipublicæ præſtaret, aut ſi ſterilis eſſet vacaret.* Ea vero relicta pluribus locis in Frontinianis dicuntur *remanſiſſe* & *relicta eſſe in ſoluto* vel *abſoluto.* Erant autem hæc relicta & extracluſa ejuſdem juris cum ſubſecivis, ut hæc cauſa fuiſſe videatur cur hæc aliqui non ſatis accurate diſtinxerint. Remanebant ſcilicet in poteſtate eorum qui aſſignandi habebant facultatem, quouſque officio fungerentur. Nam poteſtate cum abirent, hæc & quicquid ad inſtrumentum menſoris pertinet, non tantum in tabularium coloniæ, ſed & Cæſaris, manu Conditoris ſubſcriptum, referri debuit.

Ut ſciat quid quantumque ſit de quo beneficium in alium conferre quandoque poſſit Imperator.

Caput X.

Centuriarum nomen & numerus. Earum diviſiones variæ. Scamnum & ſtriga.


DIximus centurias limitibus jungi, & ni me animus fallit, vere id me dixiſſe cenſeo, veruntamen vere etiam dici poteſt eoſdem limites dividere, ſeparare & delimitare eaſdem centurias, unde & diverſum nomen & numerus centuriis convenit, ſecundum ſitum quem habent à Decumano vel Cardine maximis. Inſcribuntur enim centuriæ, Dextra decumanum citra cardinem : Dextra decumanum ultra cardinem : Siniſtra decumanum citra cardinem : Siniſtra decumanum ultra cardinem. Qua ratione quatuor perticæ regiones diſcernuntur. Quibus nominibus ſi numeros congruenter adjeceris, nunquam dubitare poteris de centuria in qua verſeris. Ut puta : Dextra decumanum I. ultra cardinem, II. vel III. vel IV. & ſic ad finem uſque aſſignationis. Aut etiam : Siniſtra decumanum I. citra cardinem, II. vel III. & ſic porro fine tenus coloniæ. Qui numeri incipiunt à perticæ umbilico, ubi Decimanus & cardo concurrunt. Indeque abiens pergis prorſum & retrorſum, dextrorſum & ſiniſtrorſum ad finem uſque ſive ad concluſionem agri aſſignati. ut ſummi vel ſupremi numeri inveniantur in fine. Videtur tamen aliquando ratio plane contraria inita, ut incipientes numerare ab omni latere aſſignationis, verſus umbilicum creverint numeri. Et hoc eſt quod in Sutrio dicitur, *limites ex omni latere fuiſſe extenuatos*. Nam extenuari limites viden-

videntur de quorum numero quid detrahitur. Et hæc forte eadem numerandi eſt ratio, quæ alibi *menſura ſiniſtra vel inverſa* vocatur. Et tam hi limites, quam qui his contrarii vocati videntur *reciproci*, in Cingulo Florentino. Quandoque etiam ab initio, puta ab oriente, incipiebant, terminumque ponebant I. II. III. *uſque ad numerum ſummum vel concluſionem angulorum*. ut eſt in Frontinianis. Et alibi ratione huic contraria dicuntur limites contra Orientalem recturam dirigi. Ut pro libitu hac in re Auctores aſſignationis diviſioniſque verſatos fuiſſe appareat, dum alia atque alia utuntur ratione. Et ut in limitibus ita & in ipſis centuriis ſuo obſecundati ſunt animo, formantes nunc illas ducentorum jugerum, modo ducentorum & decem, modo ducentorum & quadraginta, nonnunquam & quadringentorum, quas & ſuis lapidibus diverſimode notabant. De quibus & erit jam etiam dicendi locus. Illa ergo ducentorum jugerum cum eſt quadrata, qualis definitur in lege Sempronia & Julia, in quolibet latere habebit actus viginti, ſive pedes bis mille quadringentos: atque illius quatuor angulis numero limitum inſcripti lapides ponebantur, ut ea qua dixi menſura diſtarent. In medio autem centuriæ plano ſeu areali planitie, fixus alius, qui dicebatur *Epipedonicus*, & lineam antrorſum & retrorſum, dextrorſum & ſiniſtrorſum mittebat in limitem centuriam ab omni latere claudentem, ut inde longitudo ſit quanta dimidiæ eſt centuriæ, id eſt pedum mille & ducentorum, centuriamque dividat in quatuor æquas partes, quarum ſingulæ habent jugera quinquaginta. Qua menſura fuere laterculi quibus diviſus Sabinorum ager, quem per Quæſtores vendidiſſe memorat populum Romanum Siculus Flaccus. Et qua inter noſtros Anonymus Triumvirales fuiſſe agros refert. Quem modum ſi linea

ſecueris medium, ut ſint utrimque jugera XXV. formam effeceris qua fuere Campi Tyberiani. Sed & in eadem centuria reperiuntur proportionales non limites, ut comminiſcitur Exercitator pag. 141. ſed termini, diſtantes pedes ſexcentos, qui eandem dividunt in partes ſedecim, quarum ſingulæ ſunt jugerum duodecim & ſemis. Quæ omnia haud obſcure in colonia Florentina reperire licet. Verum præter hos omnes terminos etiam in centuria quadrata ducentorum jugerum, quibus aſſignatum Arretium & Grumentum, invenio & ſemiſſales lapides, quos inde aliquando nomen traxiſſe ſuſpicatus ſum, quod eſſent ſemipedis craſſitudine, ut alii ſunt pedali & dodrantali menſura Sed hoc cum veritate parum convenit, quoniam Grumentum nobis repreſentat hos *ſemiſſales in pede quadrato*. Ut dicti inde potius videantur quod actum dividant in duos ſemiſſes. Nam cum locati fuerint in quadratis his centuriis ducentorum jugerum, quorum latus unumquodque habet pedes bis mille quadringentos, alia diviſio ſalva proportione, quam hic ſervari ſuperioribus exemplis demonſtravi, eſſe non poteſt, quam per pedes ICC. DC. & CCC. quæ poſtrema diviſio in medium actum incidit, ut mittendo lineam eum ſecet in duas partes æquales. In Arretio quidem aliqui codices tribuunt ſemiſſalibus pedes CCCL. alii, CCC. S. II. & in Grumento pedes CCCVII. ſed hæc variatio ſcripturæ ſcribentium errorem proculdubio arguit, quem & res ipſa comprobat, quoniam alia quam dixi diviſio ſeparatioque centuriæ hujus eſſe non poteſt. Omnes autem hæ lineæ quas termini in centuria poſiti mittunt *non ad rationem vel recturas limitum pertinent, ſed ad modum jugerationis cuſtodiendum*, ut eſt in Frontinianis. Sic enim colonorum quibus aſſignatum eſt acceptæ haud dubia diſcretione ſeparari & internoſci poſſunt.

poſſunt. Quæ omnia ut liquidius appareant ſequenti ſchemate proponere viſum eſt.

Centuria quadrata CC. *jug.*



a. a. a. a. Termini in centuriæ angulis.
b. Epipedonieus.
c. c. c. c. c. c. c. c. Proportionales diſtantes p. DC.
d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. Semiſſales.

Et ita quidem de centuriis quadratis accepimus, verum ſi centuria ſit quæ in uno latere habeat actus XXV. in alio XVI. hac ducenta quidem jugera continebuntur, quadrata tamen non exprimetur centuria. Sed nec Epipedonicum in ipſo centuriæ meditullio habebit, & termini


proportionales hinc IV. illinc V. actibus diſtabunt. Quibus ſi ſemiſſales interſerueris intercapedo erit actuum II. & II. S. In aſſignatione Cremonenſi, ubi centuria habuit jugera CCX. in uno latere actus XX. oportet ut fuerint, in alio XXI. ita ut hæc proportionales conſtitutos habuerit inter actus V. & VII. Centuriis vero CCXL. jugerum aſſignatum & ſæpe, & non ſine ratione invenio, quandoquidem nullæ aſſignationes tam commodam recipiunt diviſionem quam hæ ipſæ. Nam omnium primo illa CCXL. jugera dividuntur in CXX. LX. XXX. XV. Deinde ſi eadem illa CCXL. jugera per numerum ternarium dividere placuerit, habebis ter LXXX, quæ iterum diviſuram ſuſcipiunt in XL. XX. X. V. quod minime in aliis centuriis invenias. Et in his proportionales diverſimode locari potuere, ſecundum diverſam aſſignantium mentem & voluntatem. Nam ſi inter lapides angulares hinc poſueris quatuor proportionales illinc duos, ut diſtent actibus & quatuor & octo, lineæ quas mittunt divident centuriam in ſcamna ſtrigaſve, ſecundum loci conſtitutionem. Quod ſi in uno latere quatuor in alio quinque collocentur, ut omnes diſtent actibus quatuor, deſcribent lineis ſuis quadrata omnia intrinſecus. Sin autem proporrionales conſtitueris inter actus quinque & ſex, aliam dabunt loci faciem, ut nec ſtrigam ſcamnumve, nec jugera quadrata exprimant. Colonia vero Emeritenſis in Africa centurias habuit jugerum CCCC, & in uno limite actus XL. in alio XX. quæ menſura pro diverſitate ſitus & poſitionis aut ſcamnum facit aut ſtrigam. Quippe ita de his Hyginus: *Omnem hujus menſuræ quadraturam dimidio longiorem ſive latiorem facere debebimus, & quod in latitudinem longius fuerit ſcamnum appellare, quod in longitudinem ſtrigam.* Ea enim ratio longitudinis latitudiniſque ita procedit, ut ubi latus quod

men-

menſura excedit dimenſus es, ejus ſumas dimidium, quod tribuas parti minori. Ut factum in colonia Emeritenſi, & aliis quibuſdam videmus. Quod & confirmat Hyginus de caſtrametatione, ubi ſtrigæ tribuit pedes cxx. in longitudinem, in latitudinem pedes LX. hemiſtrigio pedes xxx. ut totius ſtrigæ latitudo fuerit pedum LX. Verba ejus ſunt: *Plena centuria habebit milites* LXXX. *eruntque papiliones* X. *qui occurrunt* (f. excurrunt) *in latitudine* (l. in longitudine) *ped.* CXX. *Nam quod ad latitudinem hemiſtrigii ped.* XXX. *attinet, papilioni dantur pedes* X. *armis ped.* V. *jumentis ped.* VIIII. *fiunt pedes* XXIV. *hoc bis* XLVIII. *quoniam cum contra prætenderet efficitur ſtriga ped.* LX. *reliqui pedes* XII, *qui converſantibus ſpatio* (f. ſpatioſe) *ſufficient.* Longitudo igitur ſtrigæ ad latitudinem dupla, ut dupla latitudo ſcamni ad longitudinem. Ut plane erroneum ſit quod legitur ſub nomine Dolabellæ inter noſtros: *ſcamnum in longitudinem majorem numerum habere quam in latitudinem*; & *ſcamnatum agrum in centuriis ſingulis habere jugera* CCXL. *per latitudinem actus* XX. *& per latitudinem actus* XXIV. Nam tot fere hic errores quot verba. Ut non debuerit Exercitator pag. 680. non excuſſa veritate, tam oſcitanter ceſpitantem labentemque ſequi. Quod tamen cum facit, nihil ille præter ſolitum. Ut autem quæ diximus facilius percipiantur ſequentia duo ſchemata ob oculos ponere viſum eſt, exhibentia centuriam CCXL. jugerum. quibus perſpectis cætera per ſe facile collecturum lectorem confidimus.

Cen-


Centuria jugerum CCXL. *habens in uno latere actus* XXIV. *in alio* XX. *deſcripta Proportionalibus in ſcamna* XV. *ſingula jugerum* XVI.



Centuria jugerum CCXL, *diviſa per ſcamna, habens in uno latere actus* XXIV. *in alio* XX.

Centu-

Centuria jug. CCxL. *ut ſuperior, verum ſeparata Proportionalibus in teſſellas* XVI. *quarum ſingulæ habent jug.* XV.



CAPUT XI.

Terminorum nomina. compacti lapides. termini duo vel tres in unum.

CUm vero tum in centuriis tum in limitibus inveniantur lapides terminales, non præter rem erit & de his quicquam hic ſubtexere. Illi igitur, ut hinc auſpicemur ex varia cauſa varia ſortiti ſunt nomina. Sunt enim qui auctoribus ſuis nomen debent, ut G. Cæſari, Auguſto, Tiberio, Claudio, Veſpaſiano, Trajano, itemque Cilicio menſori. Sunt & alii qui à ſola materia nomen ſortiuntur, ut teſtacei ſive cocti, ſaxei, molares, atque varii coloris marmorei, virides, praſini, palumbacii, albi. Quin & à forma dicuntur cubi, longi, tornatiles & rotundi, iique vel breves inſtar modii, vel oblongi in modum columnæ, hemicyclares, ſcutanei, trigoni, laminæ, tum obtuſo angulo, & acie reproba. Præter quos ſunt dolati, politi & impoliti, plani & tutulati, lineati, inſcripti literis Græcis aut Latinis, & muti, & plures alii per ſe ſatis noti, ut & ſunt plerique eorum quos recenſuimus. Quis enim ambigat quæ forma ſit rotunda, quæ longa, quæ pedalis, quæ quadra æquis lateribus anguliſque. Sed forte non omnes primo intuitu pervideant qui ſint *termini obtuſo angulo*, illique qui dicuntur *reprobi* vel *acie reproba*. Hi enim termini inter ſe differunt ſi Vitali & Arcadio credimus, quorum hæc habemus verba: *Terminus reprobus in fine ponitur: in fine autem reprobum non poſuimus. Nam obtuſo angulo poſuimus in trifinio, non reproba acie.* Quis vero aut hic aut ille ſit cum nuſquam indicetur, nobis id erit expiſcandum. *Obtuſo angulo*, non videbitur qui hebetem habet angulum, ſive recto majorem,

rem, ſed forte non injuria dicemus eum qui quum tres habeat angulos rectos, quartum tamen non habet, verum ejus loco circuli partem. Ita ut credam facit Lucretius qui ita libro quarto De rerum natura:

Quadrataſque procul turreis cum cernimus urbis
Propterea fit uti videantur ſæpe rotundæ,
Angulus obtuſus longe quia cernitur omnis.

Ergo videri obtuſum & videri rotundum ipſo Lucretio interprete, idem eſt. Corpora vero rectangula è longinquo apparere circumferentiarum forma, non tantum hic indicat Lucretius, verum docet etiam Heliodorus opticorum libro ſecundo. Hic ergo terminus obtuſo angulo eſt, qui anguli quarti loco circumferentiam habet, ſed cum habeat tamen tres angulos non immerito ſecundum Vitalem & Arcadium in trifinio ponitur, ut tribus angulis tres affines demonſtret. Ab hoc *obtuſo* cum differat qui eſt reprobus vel acie reproba, & tamen cum eo qui eſt quadratus non conveniat, ut vel nomen evincit, reſtat ut eum eſſe dicamus, qui unum tantum angulum rectum habet, & huic oppoſitum hebetem, ſive recto majorem. Unde evenit ut duo anguli reliqui recto ſint minores, ſibique æquales. Et hæc interpretatio convenire his videtur Caji verbis: *Terminus ſi unam aciem reprobam habuerit, hoc eſt non æqualem, ipſum quoque reprobum reputamus.* Hunc *ſolido lapidi* opponit idem Cajus, habenti ſcilicet quatuor latera & angulos æquales. In quibus etiam numerandi termini illi, qui ſubcumbi vel ſuccumbi dicuntur, & plana, meo judicio, ſunt forma. Video ſane Joſ. Laurentium Onomaſtico ſuo *ſubcumbum* interpretari *inclinatum*, quod & facere video Janum Laurenbergium Antiquario, ubi tales deſignari terminos exiſtimat apud Latinum, ſed errat mea ſenten-

tia, quoniam ut in ſtatu ſuo perdurent termini, inclinatos ſtatui non oportet. Sed quales illi ſubcumbi ſint, Boëtii verba, licet vitioſa admodum, nos docebunt. Cum enim apud eum legatur, *Sucubus ſive trapideus*, facile hinc conjecturam capio legendum eſſe, *ſuccumbus* vel *ſubcumbus, trapezius*. Hic autem trapezius Anonymo etiam *menſalis* dicitur, & item *baſis*. quod utriuſque ſcilicet tam menſæ quam baſis figuram referat. Quia igitur ad ſtylobatæ modum effictus eſt qui ſcapo ſubcumbit, inde puto huic termino nomen inditum, ut non multum diſſimili ratione *baſis* Papiæ dicitur *ſeſſio columnarum*. His plane contrarii ſunt *curſorii in effigiem tutuli* conſtituti, non tituli, aut tubuli, ut ubique apud noſtros vitioſe ſcribitur. Quid autem ſit tutulus optime declarant hæc Varronis verba: *Tutulati qui in ſacris in capitibus habere ſolent uti metam, id tutulus appellatur*. Termini iſti ergo & ita fuere effigiati ut in metam deſinerent, & pro curſoriis habiti. Sed & iis lapidibus qui non ita aſſurgunt in acumen quandoque quid ex alia materia ſuperadditum de plumbo, ſtanno aut cupro, in coni forte lunæve, aut tutuli formam, ut tum ex aliis tum ex Innocentio liquet, qui & *plumbatum terminum* habet. Qui mihi is ipſus videtur, qui vulgo apud noſtros epicteticus & epetecticalis, ſed mea ſententia corrupte, cum deſcendere illud nomen videatur ἀπὸ τοῦ ἐπιπεκεῖν. Ut potius reponendum iſtis locis videatur, Epitecicus, & Epitecicalis. Quia hic terminus illud plumbum, ſtannum, vel cuprum emittit, & ita ſupra parere videatur. Quapropter & legendum videtur apud Anonymum, *Si aliquid fictum habuerit ſuper ſe, arcum aut plumbum aut ſtannum Epitecicum, hoc eſt emiſſitium.* ubi vulgo legitur, *Epicteticum hoc eſt maſſatium*, nullo ſenſu. Hoc ergo ſtannum, plumbum vel cuprum eminebat ſupra terminum, non

non intus clavi inſtar immittebatur, quoniam, ut vides, ait Innocentius: *acutum cyprinum ſuper invenies.* Neque enim hoc acutum cyprinum, quod facit Exercitator pagina 1094. de clavo æreo interpretabimur, quia Palladius clavorum cyprinorum faciat mentionem, non magis quam de *acuto cuprino*, quo Vegetius libri primi Artis veter. cap. 12. in pectore ægri animalis vult circinari locum Illa quippe ab his prorſus ſunt aliena. Clavi enim, de quibus Palladius, infiguntur nucis radici, ſed hoc acutum cyprinum ſupra terminum eminet, & ſuper invenitur, non intus adactum latet. Verum cum & lineatos terminos eſſe monuerimus, addemus & hoc, non eos eſſe alios quam qui lineam ſupra inciſam habent, quæ vulgo noſtris *inciſura, ſciſſura, & taliatura dicitur*, & oſtendit rigoris iter qua pergeret. Eſt autem vel ſimplex linea, vel decus, vel gamma, ſecundum inceſſus recturam. Sed ſimplex linea minus erit neceſſaria, quoniam ei non alias locus eſſe poteſt quam cum limites recti incedunt, quod & ſine lineis deprehendi facile poteſt *lapidibus compactis*, ut loquitur Frontinus. Ita enim eſt in colonia Tarquinienſi: *Circa regionem maritimam limites rectos cenſuerunt, & lapidibus his compactis curſum demonſtraverunt: aliis vero locis ex convallium ordine diſpoſuerunt* terminos lapideſve non rectos: ut hi in unum velut compingi non poſſint, nec eorum inceſſus hac ratione deprehendi. Nam plures termini ſtantes in rigore compacti apparent ſtanti in alterutro rigoris fine, ut nulla inter eos appareat diſtantia, ſed omnes videantur coiiſſe in unum lapidem, æquo ac velut uno individuoque latere. Nam quod antea de trabibus compactilibus afferebamus huc transferri nec poteſt, nec debet. Cum his aliquid ſimile habere videtur quod de duobus vel tribus terminis in unum, legitur apud noſtros

inter fragmenta alia. Ita vero Fauſtus & Valerius: *Termini ſi duo in unum fuerint embadiam formam oſtendunt.* vel ut mallem: *embadum forma oſtendunt.* Et alibi: *Alios quadratos terminos conſtituimus, alios rotundos], alios tres in unum ſecundum formam agri*, uti puto, cui infixi ſunt. Quippe duorum vel trium terminorum latera, tum & terminorum altitudines eodem plane modo areale pavimentum agri demonſtrant, quo in exigua tabella Geometræ ampliſſimas deſcribunt regiones. Aut ſi exemplum deſideras quod magis appoſite rem explicat, vide id in arca finali, quam & examinis aliqui dicunt, cujus longitudo ducitur per altitudinem, & numerus hinc profluens iterum per latitudinem, quo numero cognito noſcitur & arealis planities, ſive embadi forma, ut iidem Fauſtus & Valerius demonſtrarunt. Quod vero in arca locum habet, idem & per duos vel tres in unum effici exiſtimamus terminos, ſi eodem modo eorum menſuram ad examen revocaveris.

CAPUT XII.

Subſecivum. Præfectura.

TRadidimus, quod in nobis fuit, centuriæ, limitum, terminorumque, atque adeo plenam perticæ deſcriptionem, qua defuncti poſſemus videri, niſi eſſet & aliquid quod aſſignationibus inſuper ſolet accidere, ſcilicet Subſecivum & Præfectura, hæc ubi deſit, illud ubi ſuper eſt colonis territorii ager. Quamvis enim ſine eis colonia deduci poſſit, hæc tamen intervenire non eſt infrequens, ut prætermitti indicta omnino non poſſint. Subſecivum ergo Varroni libro 1. de Re ruſtica eſt, *quod in*

in metiendo jugeri modum excedit. Quoniam ſcilicet in ære vel forma ſi jugerum linea circumducas, quod ſupereſt, uncia forte vel ſextans, ea reſecatur & à jugeri modo ſubducitur. Auctoribus noſtris res eſt non admodum huic quam dixit Varro diſſimilis, ſed de qua inter illos tamen non omnino convenit, licet conveniant de etymologia, quippe cum unanimiter tradant à ſubſecando nomen inveniſſe, ſubſecivumque eſſe quod à reliquo corpore linea ſubſecatum eſt. Sed & in eo conveniunt, in agrorum diviſione ſubſeciva tantum intervenire. Quia quicquid menſura actum non eſt *de eo remanere, & ſubſecari nihil poſſit.* Nam ita Siculus : ſubſecivum eſt, *quod à ſubſecante linea menſuræ quadratum excedet.* Ubi *menſuræ quadratum* eſt ipſe ager menſura acta diviſus & in centurias delimitatus : *ſubſecans* autem *linea*, quæ extrema hoc quadratum ab omni parte ambit & includit. Ita ut ex ejus ſententia ab hac ſubſecivum incipiat atque in lineam territorio finalem uſque porrigatur, ſubmotum ultra perticæ quadratum. Idque ait eo evenire, *quoniam militi veteranoque cultura aſſignatur. Si quid enim incerti & amari ſoli eſt, id aſſignatione non dari* Quod & poſt confirmat, repetens *ſubſecivorum hinc conditionem eſſe factam, quod Silvæ & loca aſpera in aſſignationem non venerunt.* Eſt itaque illi ſubſecivum locus rudis extra regionem diviſam, nullis obligatus limitum regulis. Et hoc ſubſecivi genus eſt prius. Nam eſt & aliud quod Siculus ſtatuit de una aliqua centuria ſubſecari nemini aſſignatum, atque ita vacans vel vacuum à poſſeſſore. Ita enim idem ille : *Inſcriptiones diligenti cura inſpiciendæ erunt, ut ſciamus quantum dati aſſignati ſit, quantum redditi, & quantum commutati. Qua computatione facta quando minus ſuperfuerit quam centuriæ modus eſſe debet, ſubſecivum vocatur.* Et ſubjungit : *ſubſecivorum*

vorum genera ſunt duo. Unum eſt quod à ſubſecante linea menſuræ quadratum excedet, de quo dictum prius, *alterum eſt ſubſignantis aſſignationes lineæ, quod etiam in mediis centuriis relinquitur.* Ita quippe hæc legenda, ſi commodum inde ſenſum colligere velis. Cum autem integræ plenæque centuriæ in aſſignationem non ceciderunt, ea non ſubſecivorum ſed Vacantium aut vacuorum nomine venire cenſet, quamvis cum ſubſecivis ejuſdem ſtatuat eſſe juris & conditionis. Ita enim idem ille: *Non omnis ager centuriatus in aſſignationem cecidit, ſed & multa Vacua relicta ſunt, quorum ea eſt conditio quæ & ſubſecivorum.* Et alibi etiam diſtincte ponit, *Et ſubſeciva & Vacuæ centuriæ quæ in aſſignationem non venerant:* ſubſeciva à vacuis ita ſecernens. Frontinus hactenus cum Siculo cenſet, ut ſubſeciva & in media aſſignatione & extra menſuræ quadratum collocet, ſed ita tamen ut in utroque ab illo diſſentiat. Nam ſubſecivum quod extra menſuræ quadratum ponitur, hic, ſecus quam ille, etiam limitibus ſtatuit contineri, ſed ita ut plenam centuriam non efficiat. Quodque ſubſecivum in mediis aſſignationibus intervenit, integras etiam centurias explere, imo plures quandoque comprehendere ſtatuit. Atque illud ſubſecivum quod extra perticam vel ultra lineam quadrum ſubſecantem conſtituit Siculus, id Frontinus & ejus interpres Aggenus Relictum vocavere. Verba Frontini quibus hanc de ſubſecivis ſententiam declarat hæc ſunt: *Subſecivorum genera ſunt duo. Unum quod in extremis aſſignatorum agrorum finibus centuria expleri non potuit. Aliud genus ſubſecivorum quod in mediis aſſignationibus & integris centuriis intervenit. Quicquid enim inter quatuor limites minus, quam intra cluſum eſt, fuerit aſſignatum, in hac remanet appellatione* ſubſecivi, *ideo quod is modus qui aſſignationi ſupereſt linea cludatur & ſub-*

& ſubſecetur. Quod ipſum & aliis ſtatim verbis exprimit, inculcatque, *Reliquarum menſurarum actus, & quicquid inter normalem lineam & extremitatem intereſt, ſubſecivum appellari.* Quo loci *reliquæ menſuræ* non ſunt aliæ, quam agri menſura acti, qui poſt aſſignationem ſuperſunt, qualicunque ii tandem ſint numero, paucorum videlicet jugerum, ſive plurium etiam centuriarum. Nam tantam aliquando fuiſſe agrorum amplitudinem docet Hyginus, ut *immunitas vicerit aſſignationem.* Id eſt, ut plus vacuum à poſſeſſore ſit relictum, quam aſſignatione ſit datum. Ea autem Immunitas, ut vocat Hyginus, vel ea Vacua, ut vult Siculus, ſive etiam hujus generis Subſeciva, ut appellat Frontinus, in media aſſignatione ſive cancellatione ideo interveniebant, quoniam Conditores incipiebant agros aſſignare ab extremis finibus, ut neceſſario, cum plus centuriarum eſſet, quam colonorum exigeret numerus, quicquid ſupereſſet, in medio incidere debuerit. Porro, *normalis linea* in ſupraſcriptis Frontini verbis ea ipſa eſt quæ Siculo dicitur *ſubſecans menſuræ quadratum.* Extremitas autem eidem eſt idem quod Extracluſum: locus ſcilicet, non linea, ut ante à nobis etiam eſt indicatum, ejuſdem juris & conditionis cujus ſunt & ſubſeciva. Ita ut eodem modo illa, quo hæc, tractari debeant. Nam Frontino teſte, *quum quid de Extremitate perticæ poſſeſſor proximus aliuſve detinebit, ad ſubſecivorum conditionem id pertinet.* Id eſt, cujus ſunt ſubſeciva, ejuſdem & eſſe extremitatem; & eodem modo quo litigatur de his, litigari & de illis. Hæc igitur Siculi & Frontini eſt ſententia de ſubſecivis. Aggenus, ſi omnia ejus ſunt, quæ ſub eo nomine leguntur, qui ſe Frontini interpretem egit, alicubi magis adhæſiſſe videtur ſententiæ Siculi, dicit enim *agrum ſubſecivum frequenter in extremitatibus aſſignatorum agrorum*

incidere, *menſura lineæ*, ſive menſurali linea, *comprehenſum*. Et, *ſubſeciva dici quæ aſſignari non potuerunt*. Itemque *cum centuria expleri non potuit ſubſecivum appellari*. Quibus plane cum Siculo paria dicit, cum tamen idem ille recitatis Frontini verbis ſubjungat: *Bene igitur & recte ſubſecivum vocari debet quicquid inter quatuor limites fuerit aſſignatum minus, quam intra eiſdem patuit claudi limitibus*. Et, *ſubſecivum eſſe quod in extremis aſſignatorum finium centuria expleri non potuit*, quod ſubſecivorum genus unum eſt: aliud autem *integris centuriis intervenit*, in media ſcilicet centuriatione. Ex quibus patet vel Aggenum has diſcrepantes auctorum ſententias non percepiſſe; vel, quod veriſimilius, ejus ſcripta ad nos perveniſſe admodum interpolata. Iſidorus, qui Rigaltio in Gloſſario ſuo, & Salmaſio ad Solinum pag. 682. auctor incertus eſt & incognitus, ab omnibus his abit. Nam is p. 300. editionis Rigaltianæ, ſive Originum libro XV. cap. XIII. *ſubſeciva proprie*, cenſet, *quæ ſutor de materia præcidens*, *quaſi ſupervacua, abjicit*. *Inde* dicti, ut exiſtimat, *& ſubſecivi agri*, *quos in pertica diviſos recuſant*, *quaſi ſteriles aut paluſtres*. In his inquam ab omnibus abit aliis, nam quæ ibidem ſequuntur. *Item ſubſeciva quæ in diviſura agri non efficiunt centuriam, id eſt jugera ducenta*, Frontini videntur exprimere ſententiam, non priora. Quamvis enim comprehendantur agri ſteriles, relicti, & extracluſi etiam Forma, quæ univerſum Coloniæ territorium exhibet, attamen non ſunt menſura definiti, actiſve limitibus diviſi. quod tamen voluit Iſidorus. Quid enim? quorſum opera & ſumptu abuſos credas homines prudentiſſimos? Nemo certe Agrimenſorum agros ſteriles diviſos dixit, ne Siculus quidem, quamvis inter ſubſeciva locarit. Sed reputantur inter Extracluſa vel Relicta. Et hinc ſæpius

eſt

eſt in Frontinianis, cum colonia dicitur pro parte in jugeribus, laciniis, aut præciſuris aſſignata, ut aliquoties addatur, *cæterum in ſoluto remanſit : in abſoluto reſedit, in ſoluto tenetur*, vel *relictum eſt*. In ſoluto enim vel abſoluto eſſe nihil aliud deſignat, quam limitibus non conſtringi obligarive, quod Relictorum eſt atque Extracluſorum. Hæc ſubſeciva de quibus loquuti ſumus, quæque ejuſdem cum illis ſunt juris, ut Relicta & Extracluſa, quandoque Auctor diviſionis alicui civitati coloniæve conceſſit, vel etiam locis ſacris religioſiſve applicuit. Quod ſi nemini data reperiantur *in ejus qui aſſignare potuit remanere poteſtate* prodidere Frontinus & Aggenus. Quod tamen ita exaudiendum puto, ut in ejus poteſtate non diutius manſerint, quam quoad adſignandi facultas lege conceſſa finiretur. Et ea mens procul dubio fuit Aggeni, qui diſerte teſtatur *feri non poſſe, ut ſolum illud quod nemini erat adſignatum alterius eſſet, quam qui poterat adſignare*. Unde & ſequitur non fuiſſe in poteſtate Conditoris depoſito aſſignationis munere. Tum enim, libera Republica ad Populum, poſt ad Imperatorem ſpectavit de ſubſecivis ſtatuere quod viſum eſſet. Quamvis, ut notatum eſt Aggeno, hujus juris loca *plerumque proximi poſſeſſores invadunt, & oportunitate loci irritati agrum obtinent*. Quæ revocata reſtitutaque ſæpe in publicum vel ex S.C. per Curatores locorum publicorum judicandorum libera, ut puto, Republica, vel per Imperatores, qui quandoque id per ſe fecere, quandoque per collegium Pontificum. Quod demonſtrant inſcriptiones infra ſcriptæ, quarum prima Quinquevirum eſt hujuſmodi.

T. QVINTIVS CRISPINVS
VALERIANVS
C. CALPETANVS STATIVS RVFVS
C. PONTIVS PELIGNVS
C. PETRONIVS VMBRINVS
M. CRASSVS FRVGI.
CVRATORES
LOCOR. PVBLICOR. IVDICAND.
EX S.C. CAVSA. COGNITA.
EX PRIVATO. IN PVBLIC. RESTITVER.

Altera inſcriptio lacera, ſed ut tamen propoſitæ rei ſufficiat.

. . . ESAR. AVG. . . .
A PRIVATO. IN. PVBLICVM.
RESTITVIT.
IN. PARTEM. DEXTRAM. RECTA.
REGIONE. AD PROXIM. CIPPVM.
PED. CLXXVIII.

Tertia denique hæc eſt:

IMP. CÆSAR.
VESPASIANVS. AVG.
PONTIF. MAX. TRIBNIC.
POTEST. VI. IMP. XIIII. P.P.
COS. VI. DESIGN. VII. CENSOR.
LOCVM. VINIÆ. PVBLICÆ.
OCCVPATVM. A PRIVATIS.
PER. COLLEGIUM. PONTIFICVM.
RESTITVIT.

Quo-

Quoniam autem vineam illam Veſpaſianus non per ſe publico reſtituit, veriſimile eſt eum ut Pontificem maximum per collegium Pontificum eam ob cauſam reſtituiſſe forte, quod poſſeſſores eum ut religioſum obtinebant, atque ibi monumenta reliquiaſque ſuorum habebant. In quibus cauſis collegium Pontificum adiri ſolitum fuiſſe, Plinii epiſtolis ad Trajanum conſtat. Nam cætera quod attinet eorum diſquiſitionem non alterius fuiſſe quam Imperatorum potuit. Ita ut non modo poſſeſſores pellerent, verum etiam quandoque pecunia non modica, quod publica occupaſſent, mulctarent. Refert enim Aggenus, *pecuniam quarundam coloniarum imperatorem Veſpaſianum exegiſſe, qui non haberent ſubſeciva conceſſa* ab Conditoribus, & tamen poſſidebant. Et *non exiguum pecuniæ fiſco contuliſſe venditis ſubſecivis, ſed poſtquam legatorum miſeratione commotus eſt, quia quaſſabatur univerſus Italiæ poſſeſſor, intermiſiſſe* eam cognitionem, *nec* tamen poſſidentibus ſubſeciva *conceſſiſſe. Æque & Titum imperatorem aliqua ſubſeciva in Italia recollegiſſe. Præſtantiſſimum* vero *poſtea Domitianum ad hoc beneficium procurriſſe, ut uno edicto totius Italiæ metum liberarit*, conceſſis unicuique poſſeſſorum ſubſecivis. Nerva autem edicto omnibus notum fecit, Principum ſe beneficia publice privatimve conceſſa ſervaturum non modo, ſed epiſtolis etiam Domitiani ſtandum eſſe. Atque ita poſſeſſiones ſubſecivorum à Domitiano conceſſas etiam confirmavit. Et hæc quidem de his opinor erunt ſatis, neque enim inſcitiam Exercitatoris Pliniani, quod poſſem, convincere lubet. Si quis vero ſit qui velit ſcire quid de his ſentiat, is inſpiciat eum ad Solin. p. 669. 682. & De regionibus ſuburbicariis p. 18. Hoc enim indicaſſe contenti eum hominem nunc miſſum faciemus, quoniam demonſtrare feſtinamus quid ſit *Præ-*

fectura. Ea autem in Coloniæ deductione tum locum habere ſolet, cum ipſum coloniæ territorium colonis deficit, nec omnes capere valet. Agri quippe penuria adacti Auctores aſſignationis diviſioniſque tantum tum ſumunt ex vicino territorio, quantum deëſſe colonorum frequentiæ arbitrantur, & quantumcunque ex eo aſſignatum fuerit Præfectura id appellatur. Sic enim Siculus: *Illud præterea comperimus, deficiente numero militum veteranorum agro, qui territorio ejus loci continetur, in quo veterani milites deducebantur, ſumptos agros ex vicinis territoriis* Conditorem *diviſiſſe & aſſignaſſe. Horum quoque agrorum proprias factas eſſe formas. ut ſuam quæque regio formam habeat. quæ ſingulæ præfecturæ appellantur.* Et Servius ad Ecl. IX. *Ortis bellis civilibus inter Antonium & Auguſtum, Auguſtus victor Cremonenſium agros, quia pro Antonio ſenſerant, dedit militibus. Qui cum non ſuffeciſſent, his addidit agros Mantuanos, non propter culpam, ſed propter vicinitatem.* Et Phocas Grammaticus in Virgilii vita:

Mantua tu conjuncta loco, ſociata periclis,
Non tamen ob culpam, miſeram vicinia fecit.

Ut jure merito exclamaverit ipſe Virgilius:

Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ!

Quippe ter miſera certe tum fuit Cremona, & propter Cremonam etiam Mantua. Sed ii fuere in Rep Romana mores eo præſertim tempore, ut hæc tanquam legitima perpetrarent qui manu valerent, atque item ut paterentur, quibus nullum niſi in querelis fuit ſolatium. Is igitur ager ſumptus è territorio Mantuanorum eo tempore factus dictuſque eſt Præfectura Cremonenſis : ipſum autem Coloniæ territorium, Cremonenſis Pertica. Et ſimiliter in aliis. Nam ita Frontinus : *Solum quodcunque Coloniæ eſt aſſignatum id Univerſum Pertica appellatur : quicquid huic*

huic Univerſitati applicitum eſt ex alterius civitatis fine, ſive ſolidum, ſive cultellatum fuerit, Præfectura appellatur. Hæ autem regiones quæ ſub Univerſo ſive Pertica non cadunt, Siculo ſunt *Singulæ*, vocanturque ei ut & Frontino Præfecturæ. Ratio autem quare hæ dicerentur Præfecturæ hæc eſt : *quoniam Singularum regionum diviſiones*, ſive agros diviſos *alii* regioni diviſæ *præfecerunt*, ut colligimus è Siculo Flacco, ſed qui ibidem loci male admodum habitus eſt, cum non legatur neque in editis neque MS^tis *præfecerunt*, ſed *præferunt*. Quippe cum Præfectura non à præferendo, ſed à præficiendo derivetur, & ita ut nos opinati ſumus, Auctorem ſcripſiſſe omnino cenſemus. Et ſane ſi rei veritatem intuearis, Præfectura Perticæ ſive Univerſitati Coloniæ præficitur, prætenditur aut prætexitur. Hæc enim omnia idem omnino valent. Sic enim Solinus cap. XXXV. *Ægyptus à meridie introrſus recedit quoad prætendant Æthiopes* & Ambroſ. 3. Hexamer. 5. *Quid enumerem inſulas, quas veluti monilia plerumque prætexit?* Sic itaque Præfecturæ Univerſitati vel Perticæ prætenduntur præficiunturve, ut Æthiopes Ægypto, inſulæ terræ continenti. Imo pag. editionis Rigaltianæ 205. *Prætenſuræ ex finibus Hirrenſium*, non ſunt aliæ quam hujuſcemodi Præfecturæ, de quibus loquimur. Quæ vox forte & reſtituenda erit apud Frontinum in Caſſio, ubi vulgo legitur *Præcenſura*, quæ vox nihili eſt, & facili lapſu ita formata eſt ex *Prætenſura*. Quæ cum ita ſint, nemo mihi perſuaſerit ſcripſiſſe Siculum, ut tamen habent codices, *vel ex eo* Præfectura appellata eſt, *quod in diverſis regionibus magiſtratus Coloniarum juriſdictionem mittere ſoliti ſunt*. Judicio enim careat oportet, qui hæc Siculi, alteriuſve ſani hominis eſſe putat, quive exiſtimat ulli unquam coloniæ jus fuiſſe, juri dicundo in alias regiones, qua-

qualeſcunque eæ ſint, magiſtratus mittere. Quippe qui in Præfecturas juri dicundo mittebantur, Roma illi mittebantur in ipſas urbes, ſed quæ ſui corporis magiſtratus non habebant. Manifeſtum id eſt ex Feſto, qui Præfecturas appellatas in Italia docet, *in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam eorum Reſpublica, neque tamen magiſtratus ſuos habebant.* Sed *legibus Præfecti mittebantur quotannis qui jus dicerent. Quarum* Præfecturarum *genera* addit *duo* fuiſſe: unum videlicet in quas ibant *creati ſuffragio populi Romani*; alterum *in quas ibant quos Prætor urbanus quotannis in quæque loca miſerat legibus.* De quibus qui plura videre velit Onufrium adeat Deſcriptionis Italiæ libro tertio. Hæ itaque Præfecturæ ſolo nomine cum illis, de quibus nobis agere inſtitutum, conveniunt, re nihil commune habent, quod & vidit Turnebus primo Adverſariorum capite undecimo. Sed quid de his Exercitator Plinianus? Novum plane atque inauditum, & quale Frontino, Siculo, Feſto, ullive veterum nunquam venit in mentem. Nam ita ille ad Solinum p. 673. *Quod veteribus poſſeſſoribus proprietas tantum adimeretur, non etiam juriſdictio transferretur, ſed in eodem jure quo prius fuerant relinqueretur, quorum fuerat juriſdictio in illis agris, præfectos eo mittebant juri dicundo, unde & Præfecturæ appellatæ.* Et ut hoc non abſque colore dixiſſe videatur, ita Siculum facit loquentem: *Vel ex eo* Præfecturæ appellatæ, *quod in diverſis regionibus magiſtratus Coloniæ juri dicundo mittere ſolitæ ſunt.* Quæ quidem vis eſt, illata ſcriptori qui tale nihil cogitare potuit, cum id totum quale quale eſt veritati ſit contrarium. Nulli enim unquam ei Coloniis miſſi Præfecti, ſed miſſi omnes Roma, & non miſſi in agrum regionemve diviſam, ſed in urbes quibus jus redderent, ut nos Feſtus docuit. Vana itaque non

non tantum eſt emendatio quam Siculo adhibet, ſed inſertitia adeoque ſpuria omnino ea ſunt verba quæ emendanda ſeu depravanda ſumpſit, atque demonſtrandæ huic rei adhibuit. Attamen his ita ut ipſe conſtituit nulla ineſt veriſimilitudo. Quid enim? Aufertur non juriſdictio, ſed proprietas, puta Municipio & transfertur ad Coloniam, & tamen Municipio conceditur juriſdictio in colonos, cives non ſuos ſed alienos. Quis hoc credat? Nemo, certe nemo qui non velit ineptire. Nam nihil certius quam Præfecturæ, de qua nunc nobis ſermo, non tantum proprietatem ac dominium, ſed & juriſdictionem transferri ad coloniam cui applicita fuerit. Nam Virgilius cum deſignaret Præfecturam Cremonenſem, dixit:

Aut qualem infelix amiſit Mantua campum,
Paſcentem niveos herboſo flumine cignos.

Quo ſane potiſſimum videtur reſpexiſſe ad juriſdictionem, magis ſane quam ad proprietatem. Illa quippe Mantuæ fuit, hæc ſingulorum. Si enim mutato tantum dominio privatorum juriſdictio Mantuæ ſalva fuit, falſum erit quod amiſerit *Mantua campum*. Sed ne cavillandi locus relinquatur caput legis veteris, obſcurum, exhibere libet, quod nobis ſubminiſtravit Hyginus, atque tale eſt: *Quos agros quæ loca, quæve ædificia intra fines puta illos, & intra flumen illud, intra viam illam dedero aſſignavero, in eis agris juriſdictio coërcitioque eſto Coloniæ illius, cujus civibus aſſignabuntur.* Pertinere enim hæc ad Præfecturam ea ejuſdem auctoris verba declarant quæ proxime antecedunt. Quæ ſi tota non modo diviſa ſed & aſſignata fuerit, totam accedere Coloniæ ex verbis & ſententia legis ſupraſcriptæ non negabit Hyginus, & non accedere modo proprietatem, ſed & juriſdictionem æque fatebitur. Verum ſi diviſa quidem tota, non tota tamen aſſignata, eatenus tantum

accedere juriſdictioni coloniæ pugnabit, quatenus aſſignata reperietur. Nam cum quidam contra tenderent atque omne quod diviſum eſſet coloniæ vindicarent, vitioſam eam interpretationem aſſerit, pertenditque *nihil tum aliud defendi poſſe juriſdictionis Coloniæ, quam quod datum aſſignatumque fuerit.* Eamque ſententiam confirmat Imperatoris Auguſti edictis, *quibus ſignificat quoties ex alienis territoriis agros ſumpſiſſet & aſſignaſſet veteranis, nihil aliud ad Coloniæ juriſdictionem pertinere, quam quod datum aſſignatum veteranis ſit.* Quod & confirmant Flacci noſtri verba, ſub finem libelli ſui, ſed quæ ita ſublatis mendis legi omnino debent: *Præterea Auctores aſſignationis diviſioniſque non ſufficientibus agris coloniarum, aſſignaverunt quidem futuris civibus coloniarum, quos ex vicinis territoriis ſumpſiſſent, ſed juriſdictio cis agros qui aſſignati ſunt penes eos remanſit ex quorum agris ſumpti ſunt.* Vidit hunc locum Exercitator, viditque hic legendum *penes eos*, non *per eos*, ut tamen omnes quos vidi habent codices, reliquam emendationem prævidit oculis male lippus inunctis. Unde non mirum ſi mentem auctoris non intellexerit, quæ non ea eſt, colonias in alieno territorio juriſdictionem habuiſſe, quod hinc etiam efficere ſeſe arbitratur Euchariſtici cap. I. admodum operoſe, ſed ea plane, quam jam ſupra indicavimus; Præfecturam, nempe eſſe præfecturæque jure cenſeri non quicquid diviſum, ſed quicquid aſſignatum ex alieno territorio eſſet. Nam ſi quid diviſum nec tamen aſſignatum eſſet ex alieno, manere id illorum quorum antea fuerat. Hoc enim deſignant ea verba: *juriſdictio cis agros qui aſſignati ſunt penes eos manſit ex quorum territorio ſumpti ſunt.* Hæc enim omnia concurrere oportet ad conſtituendam Præfecturam: ut videlicet ager ſumatur è vicino territorio, atque præficiatur aut præte-

prætexatur finibus coloniæ, utque is & dividatur & aſſignetur ab Auctore colonis. Quod ſi dividatur abſque aſſignatione, juriſdictio non aufertur: quod ſi aſſignetur abſque diviſione per profeſſionem veterum poſſeſſorum extra coloniæ territorium: ut, *Illi ager ille, qui fuit illius*, ad Præfecturæ conditionem id minime pertinere cenſemus. Neque enim uſpiam iſtius agri juriſdictionem transferri invenio, ut nec diviſioni obnoxium eſſe certum eſt, quod in Præfecturis perpetuum. Ita tamen hæ limitibus dividuntur, ur differentia appareat, & internoſci à Pertica poſſint. Neque enim, ut eſt apud Siculum, *omnes limites* primæ & ſecundæ aſſignationis, ſive Perticæ & Præfecturæ *ab uno puncto acti ſunt, ſed ſuam quæque regio formam habet.* Id eſt ſuum particulare punctum, unde limites initium ducunt, tam habet Præfectura, quam habet prima aſſignatio, actique ita ſunt limites ut ſolo aſpectu qui Perticæ qui Præfecturæ ſint dignoſci queat. Non tamen hinc ſequitur, quod ad Solinum notatur pag. 675. *Præfecturas Decumanum habuiſſe in ſeptentrionem, Cardinem in Orientem.* Non inquam hoc ſequitur, quoniam & aliis multis rationibus limites Præfecturarum ab aliis differre ac dignoſci poſſunt. Contendit tamen Exercitator id velle Hygini iſta verba: *In quibuſdam coloniis Perticæ fines, hoc eſt primæ aſſignationis aliis limitibus, aliis Præfecturæ continentur. In Emeritenſium tamen finibus aliquæ ſunt Præfecturæ quarum Decimani æque in Orientem diriguntur.* Vide acumen hominis! Quia in Emeritenſium Colonia quædam Præfecturæ Decimanum habent in Orientem, ideo ab illo particulari concluditur generale, & indefinite ſtatuitur, *Præfecturas Decumanum habuiſſe*, non in Orientem, quo eum quadantenus deducere videbantur Hygini verba, ſed *in Septentrionem.* Nos qui commentum tam belle

P 2 non

non capimus, hoc voluiſſe Hyginum cenſemus: Præfecturæ limitem ita agi oportere ut internoſci poſſit à limite primæ aſſignationis. Quod fit non modo ſi limites Præfecturæ aliter dirigant quam qui priores acti, verum etiam ſi eodem incedant ductu eademque ſint latitudine, ſed inter aſſignationem primam & ſecundam rude & vacans aliquod relinquatur ſpatium, tanquam *alterutrius partis ſubſecivum*. Nam non omnibus, ſed *quibuſdam coloniis Perticæ fines aliis limitibus, aliis Præfecturæ continentur*. Et in ejus rei fidem Hyginus his ſubjicere videtur, quaſdam Emeritenſium colonias habere *Decimanum æque in Orientem*. Æque videlicet ut prima habet aſſignatio, ſed interjecto, ut dictum ſpatio vacuo. Porro, Præfecturæ omnes quarum *coloniarum cives* aſſignatione *acceperunt, ejus Perticæ appellabuntur*, ait Siculus, non ejus urbis nomine unde ſumptæ ſunt. Ut cum ex agro Mantuano, deficiente Cremonenſi territorio, Præfectura ſumeretur, nomen ei à Cremona inditum cui adjicebatur, non à Mantua, cujus fuerat prius. Dicta enim *Præfectura Perticæ Cremonenſis*, vel conciſius, *Præfectura Cremonenſis*. Præfecturam autem Frontinus facit vel ſolidam vel cultellatam. Ita enim omnes excuſi habent codices: *Quicquid huic Univerſitati* ſive Perticæ *applicitum eſt ex alterius civitatis fine, ſive ſolidum ſive cultellatum fuerit, Præfectura appellatur*. Sed quid his Frontinus velit explicatu non eſt uſque adeo facile, præſertim cum codices ſcripti varient, atque in veteri M. S. reperiam non *cultellatum*, ſed *utulatum*, apud Nypſum vero *titulatum*. Ut non tantum res ſed & ſcriptura ipſa in dubium veniat. Sed & quid hic ſolidum ſit Frontino etiam diſquiri poteſt, cum non una ubique ſignificatione illud verbum uſurpetur. Hic autem non ſumendum pro corpore quod tres dimenſiones habeat, ut ſolent

Mathe-

Mathematici, vix monendum puto, quod agri non niſi ſuperficiem metiamur. Sed præter ſignificationem ſuperiorem & hoc deſignare videtur, quod ſive trigonum ſive quadrum, formam quam maxime habet perfectam. In triangularibus autem cum iſopleurus, ſive æqualia latera habens cæteris ſit capacior, merito is triangulus vocatur *Solidus*, quod & Excerpta Epaphroditi & Vitruvii Rufi teſtantur, in quibus lego: *Si fuerit trigonus iſopleurus, quod eſt ſolidum, paribus lateribus clauſus.* Et poſt: *Quæro hujus trigoni iſopleuri ſive ſolidi quot pedes area colligat.* Similiter in quadrato, quod rectos habet angulos lateraque æqualia aliis capacius eſt, & plus ſpatii comprehendit. *Nam deni in quadrum pedes*, ut Quintiliani verbis utar, *quadraginta per oram, intra centum erunt. At ſi quindeni per latera quini in fronte ſint, ex illo quod amplectuntur quartam deducent eodem circumductu.* Hæc igitur figura, quæ ex omni parte æqualis eſt inter quadras, & perfectiſſima erit & capaciſſima. Quia ſecundum eundem Quintilianum, *ut quæque perfectiſſima ita & capaciſſima eſt.* Huic igitur cum nihil demi aut addi poſſit quo fiat perfectior merito integra & Solida dici videbitur, quemadmodum & de triangulari jam eſt dictum. Apud Cajum certe lapis ſolidus non eſt alius quam qui angulos rectos habet, & lapidi reprobo opponitur. Sic itaque apud Frontinum arbitramur *Solidum* optime poſſe explicari, ut non mutilatas ſed integras & perfectiſſimas haſce formas, tam trigonam quam quadram deſignari dicamus. In quadrum autem nemo forte Præfecturas aſſignatas negaverit, cum is modus aſſignationi ſit commodiſſimus, & nihil irregulare contineat. Sed cum conſtricti locorum natura Auctores aſſignationis diviſioniſque hanc formam obtinere nequeunt, negari non poterit & aliquando ad trigonum re-

curriſſe. Certe Frontiniana teſtantur & in Dalmatia & in Colonia Tarquinienſi hac figura aſſignatum. Quod certe non minus de Præfectura quam Pertica accipi poteſt. Nam *coronarum naturam & juga collium emenſi*, & horum ſitui quoq; artificium accommodare debuerunt, ut linea finalis magis curvaturæ quam rigori ſimilis fuerit. Quo minus mirum ſi nec à trigono abhorruerint. Hæc igitur faciunt cur in Frontini loco de quo loquimur, non *cultellatum* ſed *mutilatum* legere malim, quamvis cogitaverim aliquando, an non rectius tutulatum eſſet legendum, propterea quod apud Nypſum *titulatum* legeram. Nam mutilata erit Præfectura nec æquilatera vel non habens angulos rectos, atque adeo quæ omnes *Solidi* & integri numeros non expleat. Non tamen exiſtimandum eſt ipſas centurias fuiſſe triangulari forma diviſas. Imo ne rhombi quidem formam expreſſiſſe mihi poſſum perſuadere, quamvis talem Exercitatori ad Solinum p. 674. diagrammate exprimere non ſit difficile. Scribit ille quidem hoc ſe ab Hygino mutuatum, verum ego Hygini eſſe nunquam credere potui, ſed alterius nugatoris, qui non tantum hic ſed & alibi ſæpius falſa Hygino ſubjecit ſchemata. Is forte ipſe qui pro tutulis tubulos, & pro lacuna vel piſcina balneum nobis conatus eſt delineare. Ut nullis proinde figuris fidem habeam, niſi quæ cum verbis auctoris decenter congruunt. His ita enarratis non eſt quod de limitibus præfecturarum hic quid particulatim addam, cum ea quæ de perticarum limitibus dicta ſunt, & hic ſibi locum vindicent: niſi quod plerumque aliter convertantur limites præfecturarum quam perticæ ſive primæ aſſignationis. Quæ & ratio efficit quare de terminorum poſitione & forma nihil ſeorſim videatur dicendum, quoniam non diſſimili ratione aut figura fixos exiſtimare oportet quam in cætera agri diviſi

viſi

viſi regione locatos diximus. Niſi quod id addemus tamen, ut territorium ſuos habuit terminos territoriales, ſpecie alios præcedentes, ita & præfecturam ſuos habuiſſe præfecturales, ſuam regionem circumquaque cludentes, pari modo quo & ſubſecivi privatim circa ſe ſuos habuiſſe videntur terminos. Nam pagina 214. exhibetur *terminus qui ſubſecivum demonſtrat.* Qui tamen non eſt dicendus *epitecticalis*, quamvis ſub nomine Vitalis legatur : *terminus epitecticalis, id eſt, ſubſecivorum.* Nam hæc duo verba, *id eſt*, hinc ſubmovenda vel inde licet deprehendere, quod idem ille locus etiam extet ſub nomine Vitalis & Arcadii, ubi duo iſta non reperiuntur. Ut tam in aliis agri diviſi regionibus quam in ſubſecivis reperiri videatur. Et ſcribendum forte utroque loco, *Epidicticus* vel *Epidicticalis*, quaſi monſtrator ille ſit terminus aliorum, quod & Rigaltius in gloſſario monuit. Unde & Epitecticalis apud Vitalem & Arcadium vocatur *terminus maximus*, magnitudine nimirum curſorios præcedens. Niſi forte & hic rectius legatur *Epitecicalis*, de quo jam in præcedentibus dictum. Nam ut hoc addam, curſorius in trifinio aut quadrifinio non ponitur, ſed in curſorio quod de his exit. In trifinio igitur aut quadrifinio ponebatur alius quam curſorius, qui *Præſidens* alicubi apud noſtros vocatur, & ut puto, etiam *Maximus*, ſicut jam diximus. Et hæc quidem generatim (nam particularia quædam notis reſervantur) dixiſſe ad Auctores noſtros credo ſufficiet, quandoquidem qui hæc perſpexerit abſque multa difficultate in illis verſabitur. Attamen quo & oculis percipi queant quæ forte non ſatis dilucide enarravimus, hoc etiam ſchema hic ſubjicere viſum eſt, quo totius agri diviſi faciem propoſuimus, continentem centurias quadringentas, cum limitibus, ſubſecivis & relictis. Præfecturam

ram vero non addidimus, quod ea quæ ſit, ut opinamur, ſatis dilucide ſcripto demonſtravimus.

LECTORI.

Avia nunc tandem perrepſi, nullius ante
Preſſa ſolo, qua non collis non ſemita cuiquam
Monſtravere viam, ſed quæ undique & undique ſentis
Et rubus & miſtus tribulo ruſcus tenuerunt,
Ipſa loci ut fuerit tetra & triſtiſſima imago.
Et quoties illac voluit tranſire viator,
Ah! toties læſo rediit crure inde retrorſum,
Conſpiciens vanos ſe ſuſcepiſſe labores.
Attamen aſſumpta falce & runcone ſubivi,
Auſus dentatos fidenter vellere ramos,
Et vacuæ faciem callis ſuperaddere terræ,
Quo mecum tuto poſſit tranſire viator.
Qui ſi diſpliceat proprios aperire licebit.
Liber es atque nihil de te ſervile requiro.
Sed fateare tamen, quod ſint nunc, avia primum
Quæ fuerant, ea, me tandem duce, pervia facta.

WILELMI GOESII

Notæ

IN REI AGRARIÆ

Auctores legeſque varias.

Wilelmi Goesii
Notæ.

Nicolaus Rigaltius, qui hujus ſæculi anno decimo quarto pleraque, quæ hic exhibentur edidit, hunc Libro titulum fecit: AUCTORES FINIUM REGUNDORUM, longe diverſus a Turnebo, qui *ſingulorum Epigraphe* libri fronti inſcripſit. Sed nos neque hunc neque illum ſequuti maluimus inſcribere, REI AGRARIÆ AUCTORES LEGESQUE VARIÆ. Quo generali titulo omnia comprehenduntur, quæ particulatim Turnebus expreſſerat. Nam Rigaltii ea ea inſcriptio arctior erat quam ut omni ſcripto, quod exhibet, adaptari poſſit. Quid enim ad *Auctorem finium regundorum* pertinet aliud, quamvis hæc Agrimenſoris periphraſis veteribus ſit incognita, quam fines regere, quæſtioneſque, quæ de finibus terminiſque moventur, componere ac finire? At multo latius tamen ſe extendit librorum, qui præ manibus, tractatio; ut quæ non ſit modo de limitibus terminiſque, de rigore ſcilicet, de fine, de poſitione terminorum, verum & de locis ipſis, quæ finibus limitibuſque terminantur. Quin & de Agrorum conditione & qualitate, imo & de ipſis quoque coloniis, quæ non agrimenſorum arbitrio, ſed ipſorum conſtituuntur Auctorum agri aſſignandi imperio & auctoritate. Quid quod varias etiam leges ipſe etiam Rigaltius cum his edidit, quas ut forte interpretetur agrimenſor, ita illarum promulgatio ſoli debetur Imperatori, eive qui Coloniam deducit. Ut merito nos Rigaltio ſuum titulum reliquiſſe, atque præſentem elegiſſe potius arbitremur. Nam ad res agrarias & Conditores, & Menſores agrarii, & Leges, & ipſæ etiam Coloniæ pertinent, quas nunquam ſine agri aſſignatione deductas, jam ſupra diximus.

SICULI FL. Ita plerique codices MSS. & editi omnes, quod quare aliis diſpliceat, qui hunc auctorem Sæculum vocant, rationem non video. Romanis enim auribus alienior Sæculi nomen quam Siculi eſt, utpote quod & aliis cum auctore noſtro fuit commune. Caſpar Barthius 19. Adverſ. 5. ita de hoc auctore ejuſque ſcripto: *Sæculus Flaccus, ſive ejus potius Epitoma, nam tale quid nos pro legitimis Agrorum deſcriptoribus habere res ipſa arguit . . . Eum Epitomatorem Chriſtianum fuiſſe clariſſime clarum eſt.* Et alibi: *Apud Siculum, ſive Sæculum potius Flaccum*, &c. Nos quare Siculum quam Sæculum ſcribere maluimus jam indicatum eſt. Sed incertum relinquit Barthius, an ipſe Siculus ille ſit Epitomator, an alius, qui Siculum in epitomen redegerit. Nos neutrum opinamur, quippe qui cenſeamus, quicquid hujus habemus, totum eſſe ejus cujus nomen præfert. Et quamvis ſit mutilum multiſque modis

turpiter depravatum, epitomes tamen nomen neutiquam ei convenire. Quandoquidem non ſummarie rerum capita ibi recenſeantur, ſed ſatis diſtincte & ample explicetur quicquid in iſtis fragmentis injuria temporum nobis reliquum eſſe voluit. Quare autem hunc, quem Epitomatorem dicit, Chriſtianum eſſe velit, rationem nullam aſſignat, quod ſcilicet clariſſime clarum illud exiſtimet. Verum unde id clarum adeo pervideat eſſe, ego quidem hariolari non poſſum, niſi forte inde id clare eluceſcere putet, quod de illa terminorum ſolemni collocatione, quæ fiebat hoſtia cæſa, non ut de re præſenti loquatur, ſed ut de præterita. Verum hoc modo ſi & mihi argumentari liceat, facile effecero, ut clariſſime clarum ſit futurum & ipſum Ciceronem Chriſtianum fuiſſe. Ut qui libro ſecundo De divinatione ſcribat, *auſpicia a rebus bellicis eſſe ſublata.* Sed huc deſcendendum minime, ut putemus una aliqua cæremoniarum ſublata, tolli totam relligionem, ſive veram ſive falſam. Hinc ergo ut fruſtra colligitur, Chriſtianum eum fuiſſe, ita fateor nullum mihi argumentum ſuccurrere, quo probem eum Gentilitiæ ſuperſtitioni fuiſſe deditum. Fuiſſe autem eum non tantum Agrimenſorem, verum & juriſconſultum ſatis eximium, hoc ejus ſcriptum abunde teſtatur, cui interſeruntur plures ex jure loci, de viis, fluminibus, poſſeſſione, precario, ut nec ipſis Papiniani definitionibus cædere habeant neceſſe.

De CONDITIONIBVS AGR. Videtur hic liber inſcriptus fuiſſe, *De conditionibus agrorum Italiæ*, quandoquidem ita auctor opus ſuum exorditur: *Conditiones agrorum per totam Italiam diverſas eſſe* &c. Et quandoquidem omnes colonias, de quibus ſcilicet acturus eſſet, appellatas dicit eſſe maritimas, & Italiæ finibus circumſcribit. Et hic forte ipſe ille liber eſt, qui in Frontinianis, quæ de coloniis agunt, dicitur *Liber conditionum Italiæ.* Adde quod p. 128. legatur JVLII. FRONTINI. SICVLI. nomen præſcriptum libello de Coloniis. Quippe cum nihil ſit certius, quam Siculi nomen non convenire Frontino, veriſimile eſt ſcriptum fuiſſe JVLII. FRONTINI. ET. SICVLI. ex quibus nimirum illa farrago conflata eſt. Nec me in contrarium movet, quod ea quæ hic habemus, agris extra Italiam poſitis etiam conveniant. Quoniam nos hic tantum habere initium operis, & quidem lacerum, exiſtimo, quo generaliora præmiſit Auctor tractatui rerum Italicarum.

Conditiones agr. Plures eſſe rerum conditiones quam jura, certum eſt. Nam cum ejuſdem juris omnes ſint ſervi, iidem tamen non modo ab hominibus liberis, verum iidemmet ipſi inter ſe conditione differunt. Quod ut & de multis aliis rebus dici poteſt, ita & de agris, quorum alii ſunt publici, alii privati. quæ juris eſt diſtinctio, & ad juriſconſultos proprie pertinet. Veruntamen ſunt qui non jure diſcrepant, ſed conditione, ut relicti & ſubſecivi; arcifinii & occupatorii, pluresque alii. Hæ ipſæ conditiones vocantur & qualitates Julio Frontino. Quippe ille agens *De agrorum qualitate* ſtatim initio operis ſcribit, *Agrum aſſignatum habere conditiones duas.* qui licet jure conveniant, qualitate tamen ita differunt, ut alter limitibus contineatur, alter comprehendatur per extremitates menſura. Et hæ conditiones

tiones ſive qualitates, quæ proprie ad noſtros auctores pertinent, non ſunt naturales, qualis eſt ubertas & macies ſoli, quæ Agricolis perpendenda relinquitur, verum ſunt adventitiæ, atque hominum opera rebus ſuperinductæ. Nec tamen omnes, velut quod hic arvus ille paſcuus ſit ager, verum illæ quæ ab his qui jubendi legiſque ferendæ habent poteſtatem, ſolo ipſo velut ſunt impreſſæ. quod ut plurimum in coloniæ deductione atque aſſignatione agraria evenire ſolet. Et de his fere agit noſter Siculus, auctoreſque ejus generis reliqui.

ex diſſimilibus cauſis diſſim. Hæc conjectura Scaligeri eſt, ut & ea quæ ſequitur, *aliæ atque aliæ ſunt.* Reliqua quæ eo characterum genere, quod curſivum vulgo appellant, textui inſerta, a conjectura noſtra ſunt omnia. Ideoque in textum inſeruimus, quoniam abſque immutatione veterum editionum commode fieri poterat. Cæterum ubi conjectura noſtra ita ſibi locum in textu vindicare non poterat, in marginem eam rejecimus appoſita litera F. qua indicare voluimus, forte ita legendum eſſe. Si vero a prioribus editionibus recedentes ipſum textum uſpiam mutavimus, ſciat lector hoc codicum MSS. fide a nobis factum eſſe, aut ſpeciatim indicari.

Conditiones aliæ. Barth. 28. Adverſ. 20. *Conditiones Italiæ.* quod neutiquam ſubſiſtere poteſt.

præfecturæ) habent. Barth. ibidem loci: *coloniæ dicuntur, municipia, præfecturæ. Quædam habent* &c. Perverſe. quoniam coloniæ, municipia & præfecturæ, ut nominis ita & juris habent differentiam, non autem illarum urbium quædam. Nec ſequentia felicius mutat.

Regiones, quæ infra dicentur *Territoria*, quo nomine & appellavit Paulus JCtus l. f. ff. de juriſd. Ut non admittendum videatur quod tradit Iſidorus 14. Orig. 5. Videlicet, *Territoria partes regionum eſſe.*

Leges itaque. Ambroſ. 1. off. 29. *Siquidem vehementioribus hoſtibus & infidis, & iis qui amplius læſerint, vehementior refertur ultio.* &c. cujus rei in hiſtoriis paſſim exempla ſunt obvia.

pag. 2. *mare in his d.* Barth. 16. Adverſ. 22. *mare in hiſdem deducitur. Hoc eſt,* inquit, *mare ſive maris potentia his cenſeretur.* Verum hoc minime efficit quo a conjectura noſtra abeamus. Livius lib. 1. *Signiam Circejoſque colonos miſit, præſidia urbi futura marique.* Et Tacitus 3. Hiſt. *Forolivienſem coloniam* vocat, *clauſtra maris.* Ergo his vis maritima arcetur, & in ipſum mare vis deducitur. quod noſter & hic indicare voluiſſe videtur.

Hadriaticum mare ab Ionio diſcernit Hydruntum. Plin. 3. 11.

contra ſe habet. Cæſar: *Brittannia quæ contra eas regiones poſita eſt.* Nec diſſimili modo infra dicuntur *contrarii agri.* Bart. 47. Adverſ. 1. delet hic *ſe*, quod non erat neceſſe.

Gracchus colonos ded. Florus epit. LX. *C. Gracchus Tiberii frater legibus agrariis effecit, ut complures coloniæ in Italia deducerentur, & una in ſolo dirutæ Carthaginis, quo ipſe Triumvir creatus Coloniam deduxit.*

Præterea legem t. Vell. lib. 2. de eodem Cajo: *Dabat civitatem omnibus Italicis, extendebat eam pene uſque ad Alpes, dividebat agros, vetabat quenquam plus*

quingentis jugeribus habere, quod aliquando lege Licinia cautum erat. Sed eandem Liciniam prius & renovavit ejus frater Tiberius.

duocenta. Imo quingenta, ut omnes teſtantur. Simile quid de pecunia decretum, ne ſcilicet quis in auro vel argento plus pecuniæ quam LX. ſeſtertia poſſideret. Quam legem renovaſſe Cæſarem cum Urbe Italiaque potitus eſſet narrat Dion.

laterculos quinquagenum jugerum . . . . populus R. vendidit. Ita e conjectura legendum omnino cenſemus. Hic noſter infra : *Quæſtorii dicuntur agri quos ex hoſte captos populus Romanus per Quæſtores vendidit. Hi autem limitibus inſtitutis laterculis quinquagenum jugerum effectis, venierunt. Quem modum decem actus per quadratum per limites dimenſi efficiunt.* Hyginus : *Quæſtorii dicuntur agri, quos populus Romanus devictis pulſiſque hoſtibus poſſedit, mandavitque Quæſtoribus ut eos venundarent, quæ centuriæ nunc appellantur plinthi, id eſt, laterculi. Eaſdem in quinquagenis jugeribus quadratis cluſerunt limitibus, atque ita certum cuique modum vendiderunt.* Male Barthius 12. Adverſ. 3. *Edendis quibuſque actibus laterculi quinquagena jugera incluſerunt.*

ac ita remanſerunt. Legendum neceſſario opinamur : *alios ita remiſerunt.* Noſter etiam infra : *Potuerunt aliqui aliquem numerum remiſiſſe aut vendidiſſe.*

in Piceno in Regione Reatina. Hinc Miſcellaneis collegit Samuel Petitus, Reate cum ſit Sabinorum oppidum, olim fuiſſe in Piceno regionem Sabinorum. Sed nos hic potius mendum hærere opinamur. Legendum enim inſerta duarum litterarum vocula : *Vt eſt in Piceno & regione Reatina.* Nam audacior videbitur forte hæc mutatio : *Vt eſt in Palatio regione Reatina.* Eſt enim auctore Varrone de lingua Lat. *ager Reatinus qui vocatur Palatium.* Ut ut ſit, argumentum hoc nimis debile videtur ad probandum in Piceno fuiſſe regionem Sabinorum.

p. 3. *nominata ſunt. Accidit &c.* Cum hæc non cohæreant excidiſſe hic aliquid neceſſe eſt. quod quale ſit vix divinando licet aſſequi. Verum hac tamen ratione laciniosæ illæ periodi colligari poterunt. *Prima ergo oppidorum, quæ civitates dictæ ſunt, municipia ex cauſa ſupraſcripta nominata ſunt.* Munitionibus quippe ſibi proſpexerunt, ne ſe tam facile poſſeſſionibus pellerent homines vagi & inquieti. *Accidit autem inſeſſarum earum gentium populis ſedem mutantibus id in Italia & in Provintiis.* Ita nos : ſed aliter Barthius 12. Adverſ. 2. Verum an illi felicius hujus loci reſtitutio ceſſerit ac mihi lectoris committo arbitrio.

infeſſarum. Rectius Turneb. *inſeſſarum.* Sunt autem gentes inſeſſæ, quæ certam ſedem non habent, ſed ut ipſe Auctor interpretatur eam pro arbitrio mutant. Nam & *ſeſſores* ſunt apud Cor. Nep. habitatores qui ſedem firmam fixerunt. *Seſſores veteres urbe inſulaque ejecit.* Inſeſſæ ergo gentes his contrarii.

ſocii Gallorum. Qui hic ſint ſocii Gallorum, niſi ipſi forte Galli, neſcio. Nam certum eſt, magna Gallorum examina Aſiam penetraſſe atque ibi conſediſſe. Juſtin. lib. 25. *Quanquam Gallorum ea tempeſtate tantæ fœcunditatis juventus fuit, ut Aſiam omnem, velut examine aliquo, implerent.* Quocirca rectius veriuſque forte legatur, *ſoboles Gallorum inſedere.*

qui

qui etiam ſocii. Forte ſcripſit Auctor, *ſocias.*

aut bello repuliſſe. Scriptum fuiſſe conjicio: *aut bello advenas repuliſſe, aut indigenas.*

præmenſumque. forte: *perimmenſumque.*

aliud, imo: *adnitentibus.*

Occupatorii dicuntur. Non recte Jac. Gothofredus ad l. 1. C. Th. de rei vind. reſtringit agros occupatorios ad illos *qui ea conditione concedebantur* ab Imperatoribus, *prout in cujuſque militis poteſtatem venirent.* Quippe, an non & is eſt occupatorius quem quivis vacantem ante omnes alios inſidet & colit? Quod ſi eſt, quorſum hic conceſſionis, quorſum militis mentio, aut neceſſitas?

Arcifinales. Iſidor 15. Orig. *Arcifinius ager dictus eſt, quia certis linearum menſuris continetur, ſed arcentur fines ejus objectu fluminum, montium, arborum, unde & in iis agris nihil ſubſecivorum intervenit.* Sic enim edidere Vulcanius & Gothofredus, ſed vitioſe. Nam legi omnino debet, *menſuris non continetur, ſed arcentur affines objectu &c.* Arcifinalis enim ager eſt, a quo arcetur vel hoſtis, vel vicinus, hic cultura, bello ille. Nypſus dixit: *ab arcendis extremitatibus eſt appellatus.* Sed legendum, *ab arcendis extremitatibus* &c.

Occupatorii autem d. Notat Rigaltius hæc quæque ſequuntur, uſque ad illa: *Nam & variis loc.* in Memmii codice reperiri inter fragmenta Hygini, quod & nos in noſtro MS. invenimus. Sequuntur autem poſt hæc quæ ſunt p. 204. *cum omnes in æquo ſint.* Et forte Siculi non ſunt quæ hac pag. incipiunt: *Conditiones autem agr.* uſque ad illa: *Horum ergo agrorum &c.* Nam hæc & quæ ſequuntur Siculi eſſe non ambigo.

p. 4. *Scorpiones.* J. Scaliger ad hæc:

——— *Qualis acervus*
Exilit imparibus jactis ex tempore ſaxis.

Acervi fiebant in quadriviis & triviis ad Hermulas, quos vocabant, id eſt ad Mercurii ſtatuas quadratas, jactis ex tempore lapidibus à prætereuntibus. qui acervi Mercurio ſacri erant. A quo dicti ἑρμακες a Græcis . . . Similes etiam monticelli ex lapide congeſto, qui pro terminis erigebantur, ab Auctoribus de agris limitandis vocantur Scorpiones, quia in metam deſinebant. Σκορπίος enim Græcis dicitur etiam quicquid in metam & conum faſtigiatum eſt, ut tutulus crinium in pueris.

attinas appellant, ab attinendo. Barth.

ſupercilia finem f. MS. *ſupercilia naturalia finem f.* quod non eſt aſpernandum, quoniam & eſſe poſſunt quæ manu fiunt. Quæ ſi ſint extra controverſiam obſervabuntur.

ex convenienti ad conven. Conveniens hic eſt locus ubi duæ lineæ ſive rigores concurrunt, & junguntur.

p. 5. *vitrea fracta.* Nypſus habet: *vitri fragmina.*

cum enim ter. Locus hic morem veterem egregie exprimit, quem multimodis corruptum integritati nos reſtituiſſe opinamur. Mirum autem non ſuboluiſſe J. Gutherio hic vitii quicquam hærere: qui cum omnibus nævis eum tranſtulit in librum De jure Pontificio.

ſanguinem

ſanguinem inſt. Et tamen tradit Dion. Hal. nefas fuiſſe hos lapides cruentari.

p. 6. *quique alii in conf.* Judicamus hic legendum : *quumque alicubi in confuſo dominium erat.* Quippe ii tantum convenire debent quorum cauſa agitur, non alii.

convenientia. Præcipitur Wiſigothorum legibus, *ne quis novum terminum ſine conſortis præſentia, aut ſine inſpectore conſtituat.* Nam bifariam conſtituuntur termini, bona ſcilicet gratia inter convenientes, aut per arbitrum, qui inſpector hic vocatur, lite inter vicinos orta. Prius ſi eſſet, omnes conveniebant, ut noſter aſſerit, quorum fines dirimebantur. Si poſterius, ut in rem præſentem venirent non erat neceſſe, ut ſuperior ex legibus Wiſigothorum locus demonſtrat. quippe cum ex renuntiatione menſoris Præſidi facta arbitrium vires ſumeret : ut alibi notamus. Porro cum convenientes dicuntur terminos ponere, magis in eo mutuam affinium voluntatem quam præſentiam conſiderari opinamur. Quo ſpectat quod eſt etiam apud auctorem noſtrum : *Intelliguntur ea induſtria convenientiaque poſſeſſorum fieri.* Et ſic aliquoties eſt in legibus Langobardicis *convenientiam facere*, pro contrahere, pactumve inire. Quomodo & interpretatus eſt Beatus Rhenanus hac apud Tertullianum periodo : *Quis ad judicem cum adverſario ſuo dirigens, negotium convenientia ſolvet?* Quippe negotium convenientia ſolvere, non eſt aliud, quam pacto aut tranſactione inter convenientes liti finem imponere. Adeo ut immerito Rhenanum hoc nomine notaſſe videatur Pamelius.

conſecrat. Id eſt, ſacrificium de quo antea mentio factum, non aliter vires accipit, quam ex mente & conventione affinium.

ut & ante dixeramus. qui locus deeſt, ut plures alii.

rigores dumique. Quid dumi ad rigores? Nihil verius quam legendum : *rigores durant qui f.* Sic noſter infra : *In aliquibus regionibus ita fines inter poſſeſſores ordinati ſunt, ut rigores durent per longum tractum.*

nobilitata. Sequentia verba quid hoc ſit ſatis explicant. Scilicet, *quæ manu fiunt.* Hæc enim ſe produnt de induſtria poſita. Non ita ſupercilium, mons, fluvius cæteræque naturæ locorum.

pali lignei. Lactant. 1. Divin. inſt. *Et huic igitur publice ſupplicatur, quaſi cuſtodi finium Deo, qui non tantum lapis, ſed etiam ſtipes interdum eſt.*

p. 7. *ne mons ſuperc.* Supercilium igitur ſecernitur a colle & monte, ita ut & ipſis montibus & collibus ſua tamen ſint ſupercilia. Ambroſ. 1. Hexam. 8. *Vmbroſa ſuperciliis montium.* Et 6. Hexam. 9. *Exploratores in . . . . montis excelſi ſupercilio.* Sidon. 2. ep. 2. *In hanc piſcinam fluvium e ſupercilio montis elicitum.* Idem car. 18.

Garrula Gauranis plus murmurat unda fluentis
Contigui collis lapſa ſupercilio.

Cujacius 10. obſ. 2. Supercilio tribuit rectitudinem ut ipſi rigori, includit latitudini pedum xxx. & addit, Legem limitum velle ut omne ſupercilium cedat ſuperiori poſſeſſori. Quorum primum verum neutiquam eſt, quoniam non major ſupercilio rectitudo eſt, quam collibus aut montibus ipſis.

Reliqua

Reliqua pendent ex lege Colonica ſive limitum, quæ non ubique eſt eadem. v. Indicem noſtrum.

Et ſi intercultis. In agris etiam occupatoriis ex lege Mamilia finali ſpatio debentur pedes quinque, qui relinquendi uſibus adjacentium. Ita ut alicubi nihilominus quandoque ſpatium illud ex conſenſu affinium colatur. Quod tamen ut minus ſolemne legitimumque notat noſter infra his verbis: *Invenimus aliquibus locis, ut inter arva vicini arando videantur confundere fines, eoque uſque aratrum perducere, ut in finibus ſolidam marginem non relinquant.* Quod ubi fit, fines ibi ſunt interculti, & in his ſicut in arbuſtis arbores etiam inveniuntur, ſed ita ut ordines ibi ſint ſpiſſiores, & ita ut non coincidant in ipſorum ordines arbuſtorum. Nam moris fuit in Italia, oleis aliiſque arboribus intra quadragenos pedes conſitum agrum, frugibus interſerere. quod variis locis Columella & Palladius docent. Ergo cum eo ſpatio arbores aut vites diſponantur, quo melius ipſæ convaleſcant, & ſegetes intermediæ minus etiam umbra laborent, in finibus dedita opera idipſum vitatur, ut ipſa diſparitas agri finiumque diſcrimen indicet.

aut prope fines, in ſolo proprio, affinium uſui relictis quinque pedibus.

ſi tamen arbuſta ſint. Si quis hanc gloſſam judicaverit, ei non multum repugnavero.

ſi communes, ut poſitæ in ipſo confinio.

ſi propriæ, ut conſtitutæ juxta confinium in ſolo proprio.

p. 8. *æqualitatum.* locorum vacantium.

per totas. Quamquam putavi prius vitioſam hanc eſſe ſcripturam, legendumque *perpetuo*, vel *notis perpetuis*, nunc tamen ſententiam muto, cum vulgatam lectionem commodum ſenſum admittere videam. Valet enim, *per totas*, ſcilicet arbores, non omnes iſtius ordinis fuiſſe notatas, ſed forte ſextum, octavum, vel decimum, omiſſis cæteris. Et ſic *totus* etiam infra eſt: *Dextra aut ſiniſtra Decumanum totum: Ultra citraque Cardinem totum.* Et etiam in legibus Wiſigothorum lib. 10. tit. 1. art. 14. *Tota aratra quantum in ſua ſorte ſuſceperunt.*

intra pedes quinos. Ex hoc loco evidenter patet ex lege Mamilia inter utramque poſſeſſionem relinquendos pedes quinque. Unde patet errare Hottomannum epit. ff. fin. reg. ubi ait: *Lege* XII. *tabb. itemque Mamilia cautum fuit, ut quinque pedum ſpatium quaquaverſus circum finales lapides relinqueretur, qui gradus appellatur l.* 3. *ff. ter. mot.* Errat, inquam, & errat inſigniter vir inſignis, & de jure litteriſque optime meritus. Nam relinquendum non erat illud ſpatium circum terminos ſed in ipſis finibus, quouſque ſeſe extendebant circa omnem fundi ambitum. Et illud etiam ſpatium quinque pedum non vocatur gradus l. 3. ff. ter. mot. ſed is rigor in quem locari terminos oportet.

commemorationem. Non ambigimus ſcriptum fuiſſe, *commemoratæ rationem.* Quamvis enim in prioribus nihil de lege Mamilia legamus, plura tamen ſcripſit quam quæ nunc habemus.

de qua argumentum c. q. d. Sana eſt lectio, nihilque mutandum. Nam facilius eſt agrimenſori ex antemiſſis argumentum capere, quam ex arboribus notatis.

notatis. Quippe cum illæ magnitudine vel eminus ſint conſpicuæ, harum notæ diligenti oculorum inſpectione cominus inveſtigari debent. Adde, quod cicatrices quæ ex illiſione notas quandoque mentiuntur, fallax illarum faciunt indicium. Quapropter ex magnitudine antemiſſarum argumentum capere non quæſtui ducere agrimenſores non poſſunt.

aut decuſſes. Dubitavi an non ſcripſerit auctor, *aut decuſſe inveniuntur aut gammâ*

Quidam ſatis putant &c. Hæc & quæ ſequuntur, uſque ad illa: *Si autem ut ſæpe.* ita inveniſſe videmur lacera, ut vix inde ſenſus expiſcari potuerit. Quia autem, morbus ubi eſt deſperatus, præſtat aliquam adhibere medicinam quam nullam, cohibere me non potui quin tentandum arbitrarer. quod quomodo ſucceſſerit lectoris eſto judicium.

utriſque partibus. Frontibus videlicet & lateribus. Et ita gloſſator voluit explicare conciſius, quod Auctor dixerat, *per omnem finium ſuorum ambitum.*

p. 9. *ſignificant diff.* MS. *ſignificant & diff.* Unde colligimus ſcribendum, *ſignificanter diff.*

incidunt per errorem. Non arbores, ſed lineæ quas mittunt.

deficientibus viis vicinalibus, quæ in hoc ſunt, *ut unusquiſque poſſit ad particulas ſuas pervenire.* Hæ igitur cum non ſunt, conveniunt precario.

Ad omnes autem agros iter ſemper lib. Quoniam ſine aditu ad illos nullus eorum eſt uſus vel fructus. Ideoque loci uſufructu legato, etiam acceſſus debetur, licet ad eum niſi per alienum accedi non poſſit: & hauſtu relicto, iter etiam ad hauriendum præſtatur. l. 10. ff. de S. P. V.

Ut optimus maximus ſit. Vulgaris hæc eſt clauſula, quæ regulariter emptionibus, ſtipulationibusque adjici ſolet. Ejus autem hæc vis eſt, ut quod ita venditum, ſtipulatum, traditum eſt, liberum preſtetur, non item ut ſervitutes ei debeantur, ſecundum l 169. ff. de V. S. At hic contrarium ſtatuitur, fundo nempe vendito deberi ſervitutem vel precario conſtitutam, deficientibus viis vicinalibus per quas ad fundum aditus pateat. Adeo ut hæc regulæ vulgaris ſit exceptio. Deficiente quippe aditu, Fundus *uti optimus maximus* exiſtimari neutiquam poteſt. Et ſi aditus ſemper ſequitur uſumfructum, ut definitur l. 1. §. 1. ff. ſi uſusfr. pet. certe & proprietatem ſequi debet, maxime ubi fundus venditus erit *uti optimus maximus.* Quod non ut oportet conſideraſſ videtur Fornerius ad illam l. 169.

precario. Precarium in edicto Prætoris eſt, *quod precibus petenti utendum conceditur, quamdiu is qui conceſſit patitur.* Et ita illud verbum accipere & interpretari fas eſt, cum circa ejus edictum verſamur. Verum his finibus tamen illud ita non circumſcribere debemus, ut non latiorem quoque interpretationem pati arbitremur. Quid enim? an non multo laxius ſumetur his Horatii verſibus ad Florum?

Nunc prece, nunc pretio, nunc vi nunc ſorte ſuprema
Permutat dominos & cedit in altera jura.

Et quomodo item his Tertulliani verbis, qui & ipſe juris fuit auctor, adverſus

ſus Hermogen. cap. 9? *His tribus modis aliena ſumuntur, jure, beneficio, impetu. Id eſt, dominio, precario, vi; dominio non ſuppetente.* An non paria hic dicere videntur? Imo certe, nam quod *prece* eſt apud Horatium, id *precario* & *beneficio* eſt apud Tertullianum. In eo tantum diſcrepant, quod ille addiderit eum modum acquirendi qui fit ultima voluntate, hic eos expreſſerit tantum, qui celebrantur inter vivos. Sed notandum imprimis, apud Horatium *prece* ſive *precario* mutari dominos & fieri alienationem, quod edicto Prætoris non reſpondet. Unde manifeſtum eſt, & aliud hoc eſſe precarium, quam de quo Prætor ibi loquitur. Nempe illud, cum nullo præcedente contractu vel obligatione, quod alienum eſt impetramus per modum beneficii, etiamſi id minime ſit reſtituendum. Et de tali precario hic agitur, quod & interventu judicis non reddi, ſed concedi quandoque eſt neceſſe. Nec diſſimile ab hoc eſt illud precarium de quo agit Ulpianus l. 12. ff. de religioſ. & ſumpt. fun.. Quo loco ICtus ſcribit in hæc verba: *Si quis ſepulchrum habeat, viam autem ad ſepulchrum non habeat, & a vicino ire prohibeatur imperator Antoninus cum patre reſcripſit, iter ad ſepulchrum peti precario & concedi ſolere: ut quoties non debetur impetretur ab eo qui fundum conjunctum habet. Non tamen hoc reſcriptum quod impetrandi dat facultatem etiam actionem civilem inducit: ſed extra ordinem interpelletur Præſes. Præſes etiam compellere debet juſto pretio iter præſtari:* Non, inquam, hoc precarium ab illo de quo Noſter agit differt, quam quod hac lege agitur de itinere ad ſepulchrum, in textu autem noſtro, de eo quod ducit ad fundum. Quod tamen nec itineris nec precarii naturam mutat. Nam ſi de itinere ad fundum interrogatus fuiſſet Ulpianus, idem eum reſponſurum fuiſſe argumento eſt, quod ille ad Sabinum notat. *l.* 1. §. 2. ff. ſi uſus fruct. pet. Quippe conſtituit ibi, *ſi uſusfructus ſit legatus, ad quem aditus non eſt per hæreditarium fundum, ex teſtamento utique agendo uſufructuarium conſequuturum, ut cum aditu ſibi præſtetur uſusfructus.* Nam quomodo damnatus hæres præſtabit fructuario quod ipſe non habet? Agendo videlicet adverſus vicinum eadem ratione, qua Ulpianus agi docuit, cum via ſepulchro deeſt. Et hic notandum igitur, illo Antonini reſcripto cujus mentionem facit lege duodecima Ulpianus, non jus novum introductum, ut opinatur Gutherius 3. de jure man. 12. ſed vetus eſſe ſtabilitum. quoniam Auctorem noſtrum ipſo Antonino cenſemus tempore fuiſſe priorem, & quoniam ipſo reſcripto continetur, *iter ad ſepulchrum peti precario & concedi ſolere.* Ut jam ante illa etiam tempora in conſuetudinem abiiſſe jus illud credere debeamus. Quod credere & ſumma ſuadet utilitas, quæ & hoc effecit ut etiam nunc eo jure utamur. Differentia autem precarii vulgaris & ordinarii ab hoc in eo conſiſtit, quod hoc, ut dictum eſt, ſit perpetuum, illud plerumque revocari ſoleat: hoc etiam invito extorqueatur, illud ſemper ſit voluntarium: hoc pretio intercedente acquiratur, illud ſit gratuitum. Ac tandem quod juris remedium, quod pro hoc competit, ſit petitorium, ſed reſtitutorium illud. Dicit enim edicto Prætor: *Quod precario ab illo habes, aut dolo malo feciſti ut deſineres habere, qua de re agitur id illi reſtituas.*

uti ſervitutem. Putat Gutherius *uti* hic denotare improprietatem, & voluiſſe

luiſſe Siculum indicare, hoc jus itineris non ſervitutem ſed quaſi ſervitutem eſſe. Et hoc nomine Siculus, auctor exactiſſimus, ei notatur, quem ipſe non intellexit. Dixit enim Siculus, agi quandoque *ut*, ſive *uti* præſtent vicini ſervitutem agris, non ut præſtent jus quod ſit *uti* vel quaſi *ſervitus*.

tranſmittere pervium. Quidam, codices habent *per ſuum*, non *pervium*. quod & placet Gutherio loco ſupraſcripto. Sed nos nihil mutandum cenſemus. Pervium autem hunc tranſmittit ager vicinus, ut *lacus Benacus in Veronenſi agro Mincium amnem tranſmittit*. de quo Plin. 9. 22. Alioquin, tranſmittere etiam pro ire uſurpari variis teſtimoniis comprobavit Macrobius, ſed ea ſignificatio huic loco eſt aliena.

aquarum ductus ſolent per &c. Quin jure ſervitutis aquæductus per fundum alienum concedatur nulla eſt dubitatio, & hoc Auctorem hic dicere voluiſſe mihi non perſuadeo. Verum, hoc jure quo ſervitutes itineris per alienum fundum conſtituuntur, eodem illo & aquæductus concedi hic videtur tradidiſſe. Precario videlicet eum quoque præſtari debere, ſi quis omnino uti fundo ſine eo non poſſit. Sed ſi cum incommodo utatur, non eſſe præſtandum & voluit Ulpianus l. 1. §. fin. ff. ſi uſusfr. pet. Quanta enim neceſſitas itineris aditusque tanta etiam, imo major videtur neceſſitas, aquarum. Nam, ut ait Aggenus, *aquæ inopia habitatio hominibus prorſus negata eſt*. Ideoque exiſtimat Venulejus l. fin. ff. de rivis, *non tam neceſſariam refectionem itinerum eſſe, quam rivorum*.

p. 10. *emptionibus*. Sic loquutus eſt, quia promiſcue veteres emendi vendendique vocabulis utebantur. Alioquin vendentis erat, non ementis, id excipere.

virgula media. Hæc de meo inſerui, quoniam id res poſtulare videbatur. Ita enim ſatas haſce vepres docet Columella 11. 3. Quippe ait ibi: *Oportet autem virgeam ſepem interponere, quam ſuperſcendant ſentes*. Imo poſtulare id videbantur ipſius Siculi verba, quoniam ſtatim ſequitur: *Et ſi regio quædam virgulam non habeat*. Quo etiam ſpectat quod de ante miſſis dicitur, quæ in vepribus inveniuntur, ex hac virgula tempore prognatis.

p. 11. *ſubſtructionibus*. Quæ & *fulturæ* dicuntur. Plin. ad Trajanum: *Fulturæ & ſubſtructiones, quibus ſubinde ſuſcipitur, non tam firmæ mihi quam ſumptuoſæ videntur*.

ripis, ſubſtr. Conjicio, *ſiccis ſubſtructionibus*, quoniam, ut eſt infra: *ager repurgatur, & ex congeſtrione maceriæ fiunt*.

ſi ſaxuoſus. Columell. 2. 2. *Saxoſum* agrum *facile eſt expedire lectione lapidunt. Quorum ſi magna eſt abundantia, velut quibusdam ſubſtructionibus partes agri ſunt occupandæ*.

p. 12. *quæ erunt viis*. In ora libri annotaverat Scaliger, *ſubruncivis*. quod mire placuit Rigaltio, mihi neutiquam, quoniam hic non verſamur in regione aſſignata, qua ſolummodo ſubruncivi interveniunt, præterquam quod nulla cogit neceſſitas ut quid mutetur. Nam notum eſt, ex iis quæ ſupra retulit Auctor, aliquando vias finem facere, quæ ſi non interveniunt ita, ut finem

finem facere deprehendantur, foſſæ, de quibus controverſia movebitur, poterunt videri finales, ſi tamen non ſit neceſſitas agri ſiccandi, cujus ergo foſſa facta poſſit videri.

congeſtione lapidum, indigeſte in unum conjectorum.

manu inſtruuntur, ordine diſpoſitis lapidibus.

Rivis ſi &c. Et rivus eſt qui aquæ ducendæ gratia fit: de quo loquitur Ulpianus l. 1. ff. de rivis. & item ille, qui nulla hominum opera factus flumini eſt ſimilior. De quo idem Ulpianus l. 1. §. 1. ff. de flum. ita loquitur: *Flumen a rivo magnitudine diſcernendum eſt, aut exiſtimatione circumcolentium.* De quibus rivis hic agitur, qui ſcilicet a capite defluentes in mare undam devehunt. De quibus Auctor intelligendus eſt hoc loco. Tractatus autem quem ille rivus tranſit vel alluit, *Rivifinalis* dicendus, non *Rivifinis*. Nec debuit vitioſa ſcriptura Barthius, quod fecit 5. Advers. 13. ſe pati in errorem perduci. Et quod mirere, in *Rivifine* perſpicit claram originem *Rivini* & *Rivalis*.

p. 13. *recto curvoque*. Vitioſe, quoniam, *curvoque*, hinc abeſſe debet. Nam quoties rivi aut fluminis curſum qualemcumque deſignare voluerunt veteres, non aliter loquebantur, quam: *Rivo recto.* & *Flumine recto.* Quod ex iis tabulis liquet, quibus fines deſcripti ſunt inter Genuates & Veiturios. Ea enim habemus: *Inde Flumine recto Vinelaſia, ibi terminus ſtat propter viam Poſtumiam.* Et iterum: *Inde recto rivo Eniſera ad flovium Porcoberam.* Et Virgilius VIII. Æn.

Ipſe ego te rivis & recto flumine ducam.

Et ſic eadem, cujus jam mentionem fecimus, tabula aliquoties: *jugo recto*. ſimileſque apud alios ſunt loquutiones, quarum mentionem fecimus in Indice. Recto igitur rivo, rectoque fluvio incedit, qui a rivo aut fluvio non recedit, utcunque illi ſe diverſimode flectant & diſtorqueant.

alluvionum repetitio &c. Gajus l. 7. ff. de acq. rer. dom. *Quod per alluvionem agro noſtro flumen adjicit jure gentium nobis acquiritur.* Lucanus de Tanai:

——— *Mediæ dirimens confinia terræ*
Nunc hunc, nunc illum, qua flectitur, ampliat orbem.

alveo curſuque &c. Conjectura hic adhibenda fuit, ſi non hunc locum pro deſperato haberem, quoniam a MStis nullum fuit nobis auxilium. Quæ ſi a ſcopo & mente Auctoris recedere cuiquam videbitur, lubens ei manus dabo, ſi quid commodius attulerit ipſe.

petras naturales. Sic dixit ad diſtinctionem fragminum de petris, quæ etiam in finibus inveniuntur, quæ alibi dicuntur, *congeſtiones petrarum*.

p. 14 *non continuas:* Hyginus: *Qui majorem modum culti* agri *acceperit, optime ſecundum legem accipiet aliquid ſylvæ, ad implendum acceptæ modum. Hoc ipſo eveniet, ut aliqui ſylvas ſibi junctas accipiant, alii in montibus ultra quartum forte vicinum.* Cujus rei Frontiniana aliquot ſuppeditant exempla. Quæ tamen aſſignatio plurimum differebat ab aſſignatione quæ fiebat per profeſſionem veterum poſſeſſorum.

Quæſtorii dic. aliquid de Quæſtoriis agris dixi ad pag. 2. quæ & ad hujus

loci illuſtrationem faciunt. Mentem autem Auctoris ſe non aſſequutum demonſtrat Exercitator Plinianus pag. 676.

obliterata ſunt ſigna. Signa hic, ut & alibi, ſunt termini, quæ dicuntur *obliterata*, quoniam ita interciderunt, ut difficulter iis limitum rigor inveſtigari ac dignoſci poſſit. Alia ſunt *ſigna mortua* Latino & Myſrontio. Hæc enim quantumvis extent & appareant, ad limitum tamen conditionem non pertinent, nec quicquam hujuſce rei ſignificant.

recedant, relicta conditione priori.

p. 15. *Cum ergo omnes limites* &c. Hunc locum antea obſcuriſſimum inſertione unius verbi reddidimus planum & facilem. Nam limites qui ſpectabant Meridiani & Septentrionis, itemque qui ſpectabant Orientis & Occidentis cardinem, vocabant abſque nominis diſtinctione Decumanos, à menſura decem actuum. quæ tam his quam illis limitibus in agro Quæſtorio primitus fuit. Nam cardines ſeu axes mundi non tantum ſunt duo, quorum unus in Septentrione, in Meridie alter; ſed præter hos veteribus in Oriente & Occidente duo conſtituuntur alii. Unde Manilius ita libro 2.

Ergo age noſcendis animum compone ſagacem
Cardinibus, qui per mundum ſunt quatuor omnem.

Et Columella 4. 24. *Orientis atque Occidentis haud ſane imputatione magna eſt differentia, quoniam ſolem pari horarum numero ſub utroque axe vitis accipit.* Sed & ſi quis plures cardines conſtituere velit, nihil impediet, quoniam & punctum verticale Lucanus cardinem dixit hoc verſu:

Sic quoque nil obſtat Phœbo, cùm cardine ſummo
Stat librata dies.

Sed cum Manilio & Columella Noſter quatuor habuit, nempe *matutini & veſpertini, meridiani & ſeptentrionis cardinem*, quos neceſſe habent limites, ſi ex arte agantur, intueri. Perverſe igitur & contra Auctoris noſtri mentem Exercitator Plinianus hunc locum ita conſtituit pag. 676. *Cum ergo omnes limites à menſura denum actuum Decumani dicti ſint, ii qui Orientem Occidentemque intuentur, qui Meridianum & Septentrionem tenent Cardinum vocabulum illis erat. Decumanum nuncupabant Matutini & Veſpertini, Meridiani & Septentrionis Cardinem.* In qua emendatione plura ſe produnt abſurda, imo perabſurda nimium, ſed quæ hic exagitare non lubet.

cardinem. Exercitator Plinianus p. 1249. dicit Cardines vocari κλίματα, cœli partes, quod ignoramus. Apud Agellium contendit quoque vocari *limites & regiones cœli.* Et addit, *inferiorem vero Latinitatem Cardines indigetaſſe:* inferiorem ſcilicet Agellii ætate. Ut hac parte Agellio ſeu Gellio cedat Manilius, quem ſupra citavimus, & etiam Varro cujus hæc ſunt verba 1. de R. R. 2. *Regiones inter circulum Septentrionalem & Cardines cœli.* Et tandem p. 1250. vult Cardines Orientis & Occidentis æquinoctialis *potius Cardines ſolis eſſe quam mundi.* Quæ mera ſunt figmenta.

Poſtea vero cum agr. Ergo ſecundum Auctorem noſtrum, agri Quæſtorii vetuſtior eſt origo quam aſſignati.

p. 16.

p. 16. *aſſignantur viritim nominibus.* Nam cuique centuriæ ſuum eſt nomen. Ideo nec hic mutari quicquam opus eſt.

Formæ. Quid ſit *forma* à nobis indicari non videbatur neceſſe, cum ſatis id indicet ipſe Siculus, dicens unam eandemque rem eſſe *formam, perticam, centuriationem, metationem, limitationem, cancellationem, typon.* Ut qui unum eorum noverit, noverit reliqua quoque omnia. Sed quandoquidem tantus quorundam eſt ſtupor, ut rem & per ſe facilem, & ante ſatis explicatam non capiant, hunc locum omnino intactum omittere non potui. Nam Jul. Cæſ. Bulengerus de Vectigalibus populi R. cap. 5. inſulſe nulloque judicio quædam auctorum noſtrorum loca cum ſuis nævis deſcripſit, ne minima quidem addita explicatione. Nam ſi eſſent quæ cuiquam viderentur difficiliora, eos ad doctiſſimas Nicolai Rigaltii notas remittit. Deinde hoc caput eodem quo cœperat filo pertexens, etiam hæc addit, quæ ſubjicio: *Siculus Flaccus formam, centuriationem, perticam, metationem, pro eodem accepit.* Quod hactenus recte, verum poſt ita pergit: *cancellatio item, commentarius, typus, liber æris, tabularium Cæſaris pro eodem ſumuntur.* Quæ plus quam dici poteſt, ſunt abſurda. Forma, pertica, centuriatio, metatio, limitatio, cancellatio, typus eſt tabula ærea, vel cujuslibet generis alia, metatum agrum exhibens: vel cui forma perticæ, cancellationis, limitationis, aut centuriationis inſcripta eſt. Commentarius autem eſt liber à menſore confectus, latius explicans quæ notis, lineis, litteris ſingularibus iſti tabulæ inſcripta ſunt. Sed tabularium, aut, ut etiam loqui amant, ſanctuarium Cæſaris, eſt locus & repoſitorium, quo hæc omnia hisque ſimilia aſſervantur.

arbores. Scriptum fuiſſe ſuſpicamur arbo*RES*, id eſt, *arbore res.* Poſtremus Commentator ad Capitol. emendarat *albo res,* minus recte quam nos, qui ne litteram quidem mutamus.

membris, pro membranis, quod notatum pridem aliis.

venis. Venæ non tantum ſunt ipſæ fodinæ, ſed & ſaxa metallaque quæ inde eruuntur. Stat.

——— ——— *& concolor alto*

Vena mari.

Perticam. Exercitator Plinianus p. 688. atque alibi cenſet veteres pertica aut decempeda ad metiendum non uſos. Verum cum perticæ vocabulo utatur Virgilius, & decempedæ Cicero, neſcio quos ille veteres velit.

fide publica æſtimetur. Sic ſupplendum judicavimus, quoniam hæc infra vocat publica inſtrumenta. *Invenimus ſæpe in publicis inſtrumentis ſignificanter deſcripta territoria.* Nam quæ ſibi quisque deſcripſit, nullam apud alios fidem merentur, ut ſupra indicavit.

voluntario, ſua ſponte, non miſſo menſore a Conditore aut Præſide. Noſter ſupra: *Quidam poſſeſſionum ſuarum privatim formas fecerunt, quæ nec ipſos vicinis, nec ſibi vicinos obligant, quoniam res eſt voluntaria.*

Illa tantum fides videatur, quæ æreis tabulis manifeſtata eſt. Hæc proculdubio gloſſa eſt. Non enim materia, cui res inſcribitur, fidem tribuit inſtrumento, ſed ſcribentis auctoritas. Et ipſe Siculus ſtatim dixit: *Quidam formas in ære ſcalpſerunt.*

runt. Ergo non omnes. Et Hyginus: *Typum totius perticæ, linteis deſcriptum ſecundum ſuas terminationes, tabulario Cæſaris inferemus.*

ſi quis contradicat, negetque auctoritate publica confectas tabulas, *ſanctuarium Cæſaris reſpici ſolet,* in quod nihil reponitur fidei dubiæ.

victori militi, veteranoque. Obiter notat duplicem aſſignationis modum, cum veterem ſcilicet, tum quoque recentiorem. Antiquitus enim deducebantur integræ legiones, quibus parta victoria: poſteriori tempore veterani ex diverſis cohortibus & legionibus, poſt emerita ſtipendia. De modo priore ita Hyginus: *Multis legionibus contigit bellum feliciter tranſigere, & ad laborioſam agriculturæ requiem primo tyrocinii gradu pervenire. Nam cum ſignis & aquila & primis ordinibus, & tribunis deducebantur.* De modo poſteriore itemque priore, ita Tacitus Annalium decimoquarto: *Veterani Tarentum & Antium adſcripti, non tamen infrequentiæ locorum ſubvenere, dilapſis plurimis in Provintiis, in quibus ſtipendia expleverant, neque conjugiis ſuſcipiendis, neque liberis alendis ſueti, orbas ſine poſteris domos relinquebant. Non enim, ut olim, univerſæ legiones deducebantur cum tribunis & centurionibus, & ſui cujusque ordinis militibus, ut conſenſu & charitate rempublicam efficerent, ſed ignoti inter ſe diverſis manipulis, ſine rectore, ſine affectibus mutuis, quaſi ex alio genere mortalium repente in unum numerum collecti; numerus magis quam colonia.* Caſaubonus videtur hæc Taciti verba exaudire de agris aſſignatis, ſed non continuis, de quibus Suetonius in Cæſare cap. 38. ſed perperam mea ſententia. Nam agri qui ibi ita à Cæſare dicuntur aſſignati ſed non continui, aſſignantur non diviſi, ſed *per profeſſiones veterum poſſeſſorum.* Ut, *Illi ager Ille, qui fuit Illius.* Quod cum fit aſſignationes diſpertiuntur Conditores per plura territoria. Verum adſcriptiones veteranorum, de quibus Tacitus, in ſingulis fiebant territoriis, una videlicet Tarento, Antio altera.

Hoſtibus pulſis &c. Hanc ſententiam Auctori noſtro, juris peritiſſimo, abjudicandam cenſeo, quoniam cum veritate manifeſto pugnat. Pomponius l. 20. ff. de capt. & poſtl. revers. Nam *Verum eſt pulſis hoſtibus ex agris quos ceperint, dominia eorum ad priores dominos redire: nec aut publicari, aut prædæ loco cedere. Publicatur enim ille ager, qui ex hoſte captus ſit.* Livius lib. 24. *Saguntum vi pulſo præſidio Punico receperunt, cultoribuſque antiquis, quos vis reliquerat belli, reſtituerunt.*

Nec tamen omnib. Hyginus: *Excepti ſunt fundi benemeritorum, ut in totum privati juris eſſent, nec ullam Coloniæ munificentiam deberent.*

Itaque limitibus &c. Sic, ut vides, quodammodo locum, qui pene deſperatus eſt, curari quodammodo poſſe putamus. Quod ſi diſpliceat, tentari poteſt, an ita potius ſit conſtituendus: *Itaque limitibus actis cum centuriæ eximerentur, eorum quoque nomine continenter agri notabantur, quantumque quaque in centuria haberent.* Ut ſenſus ſit, agros qui victis ablati non ſunt, quamvis in diviſionem ceciderant, centuriæ tamen hactenus exemptos, ut in ſortem non mitterentur, verum ſtatim, atque adeo ante ipſam ſortitionem, eorum nomine notatos in ære illos fuiſſe agros, aſſcriptumque jugerorum quoque numerum, quæ ex quaque centuria conceſſa ſint benemeritis.

p. 17. *à ſubſecante linea m. q.* Menſura hic ipſe eſt ager menſura actus, qui ſemper in aſſignatis, niſi loci natura refragatur in quadrum formatur, re-

ſectis

ſectis ſegmentis quibuſdam, extra hanc formam poſitis. Quod ergo eſt à linea vel extra lineam ambientem menſuræ ſive perticæ quadratum, hoc ſubſecivum appellat Siculus, etiamſi magnitudine aliquot excedat centurias. Verum de his plenius in Antiquitatibus agrariis.

Evenit hoc ideo &c. Pertinet hoc ad prius genus ſubſecivorum, non ad poſterius.

amari. Quoniam ſalſum & amarum ſapore ſecernuntur, non mirum eſt ſi cenſeantur diverſa. Et ſic diſtincte Virgilius cenſetur explicandus his verſibus:

Salſa autem tellus & quæ perhibetur amara
Frugibus infelix.

ut aliud ſit ſalſum, amarum aliud. Sic nimirum Columella 3. 1. & Mizaldus de hortor. ſecretis 1. 4. Et tamen idem Columella ſalſum & amarum confundere videtur lib. 8. cap. 5. ubi inſit: Quidam hominis *urina tepida gallinarum rigant ora, & tam diu comprimunt, dum eas amaritudo cogat emoliri pituitæ nauſeam.* Urina enim non perhibetur amara, ſed ſalſa. Eo tamen loco, quod obiter monendum, rectius forte legetur, *pituitam nauſea.* Nam & in MSto. eſt, *nauſea*, non *nauſeam.* Eadem ſimiliter confundere videtur Ambroſius 2. Hexamer. 3. quo loco legitur: *Mare ipſum ideo ferunt illi ſalſam & amaram aquam habere, quod ea quæ fluviis in freta influunt, calore abſumatur. Tantumque calore diurno abſumi, quantum quotidie ex diverſis fluviorum curſibus invehatur. Quod ex ſolis quadam dijudicatione fieri perhibetur, qui id quod purum ac leve eſt ſibi rapit, quod grave & terrenum relinquit. Ex quo remanet ſalſum illud atque amarum, quod ſine uſu atque ſuavitate potandi ſit.* Ita enim opinamur hæc legenda, cum vulgo legatur: *quid quod purum*, atque: *ſalſum illud atque aridum.* Et forte *terram amaram* etiam eam dixit, quæ ſalſa eſſet, Ovidius, his verſibus:

Non hic pampineis amicitur vitibus ulmus,
Nulla premunt ramos pondere poma ſuos.
Triſtia deformes pariunt abſinthia campi,
Terraque de fructu quam ſit amara docet.

Experientia enim teſtatur, mihique compertum ſatis eſt, ſæpe locis ſalſis vel ſponte abſinthia provenire. An idem locis contingat amaris, mihi æque compertum non eſt. Hoc autem hic addam, quamvis Virgilius tradat, ſalſam tellurem frugibus eſſe infelicem, ut ſit forte in Italia verum, ita ubique verum non eſſe, fertiles Zelandorum campos poſſe docere. quin & multos perhibere ſcio, laurus multo lætiores in ſalſo, quam in dulci ſolo provenire. Addam & illud, quare amarum & ſalſum multi confundant, hanc cauſam videri, quod hoc ab illo gradu tantum differre credatur. Nam amaritudinem eſſe ſalſedinem magis intenſam, ſalſedinem autem amaritudinem remiſſiorem, me legere apud Jul. Cæſ. Vaninum in Amphitheatro recordor.

& incerti. Incertum ſolum hic vocari videtur, quod Ambroſio 1. Hexam. eſt, *paluſtri uligine terra, nec patiens vomeris, ubi infuſus terræ humor abundat.* Aut quale Caſſiodorus deſcribit 2. Variar. 21. *Jacebat tellus naufraga paluſtri corpore confuſa, & ſub utroque jactata diſpendio, nec aquarum puros liquores meruerat, & decus*

terrenæ ſoliditatis amiſerat. Paucioribus verbis, ſed obſcurius, idem dicere viſus eſt Tertullianus de Pall. *Adſpice Palæſtinam, qua Iordanes, finium arbiter; vaſtitas ingens & orba regio, & fruſtra ager.* Non recte itaque Petrus Faber 2. Semeſt. 4. pro *incerti* ſubſtituit, *inculti.* Ut neque Velſerus, qui Rerum Aug. hiſt. ſubſtituit *inertis.*

non enim omnibus. Veriſimile eſt ſcriptum fuiſſe: *non enim omnis omnibus.*

gradus militares qui ſint Hironymus indicat epiſtola ad Pammachium, quæ eſt tomo 2. ubi ita: *Finge aliquem tribunitiæ poteſtatis ſuo vitio regredatum per ſingula militiæ equeſtris officia ad tyronis vocabulum devolutum, numquid ex tribuno ſtatim fit tyro? Non, ſed ante Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, Eques, dein Tyro.*

p. 18. *agris viæ reddantur.* Sic legendo nihil effeceris, ſed manentibus pene iiſdem literis legendum: *agri ſui à C. reddantur,* id eſt, *à Conditore redd.* Viderat & Rigaltius hic legendum: *agri ſui.*

adſcriptum ſic. Et textus vitioſus eſt, & noſtra emendatio vitioſe eſt excuſa. Ita quippe emendandum cenſueramus: *adſcriptum* LII. *s.* Nam ſi cui quarta pars centuriæ, quæ ſit ducentorum & decem jugerum, fuerit aſſignata, habebit duo & quinquaginta cum ſemiſſe, quem numerum literæ ſupraſcriptæ exprimunt.

redditum ſuum: latifundii &c. Tentari poteſt an ita hic locus ſit reſtituendus: *Ex quo intelligitur redditum, quum latifundii per continuationem ſerviatur centuriis.* Nempe quanquam benemerito latifundia reddantur, non tamen proinde limitum centuriarumve ordinationes negligi. Si quis veriſimiliora adduxerit lubens cedam, quoniam in conjecturis ſemper ſequimur quod veritati eſt propinquius.

ſepulchrisve pub. Neſcio quare Meurſius Exercit. crit. hoc trahat ad ſepulchra quibus condebantur, qui honoris ergo ſepeliebantur de publico. Nam ſi concedamus legibus colonicis cautum, ne quid in his mutetur, quæ ratio ſuadet ut hoc illis ſit peculiare? Et quare non idem porrigemus ad ea de quibus ita Aggenus? *Sunt in ſuburbanis loca publica inopum deſtinata funeribus, quæ culinas appellant.* Nam hæc, ut vides, publica. Quod & confirmat Acr. ad Horat. his verbis: *Ante tanta miſericordia tenebantur majores, ut etiam publica monumenta pauperibus & ſervis ædificarent.*

p. 19. *fluminum modus* ſi aſſignationi ceſſit, flumen ipſum juris erit privati; ſi exceptus, publici. Quod ſi relictus eſt, ut nihil hujus vel illius ſit determinatum, eodem jure cenſebitur quo ſubſeciva reliqua.

adſcriptum invenimus modum. Hinc intelligi poteſt quis ſit in l. 30. §. 2. ff. de acq. rer. dom. *ager qui alvei non fuit.* Atque item quis ſit *locus qui alvei eſſet.*

Subitis enim &c. Cui rei & Aggenus infra teſtimonium perhibet, ubi agit de Alluvione. Et Symmachus 6. epiſt. 7. *Credo autem ſanctæ unanimitati veſtræ incomperta non eſſe, quæ me à peregrinandi ſtudio retraxerunt. Nam & fractam valetudinem meam noſtis, & unici mei ſolitudinem contemplamini, & eruptionem fluminum, uſque ad metum diluvii, comperiſtis. Pontium quoque ruinas & montium labes apud vos, ut arbitror,*

bitror, fama non tacuit. Sic editiones quas vidi omnes, & etiam unus codex MS. Sed reponendum judico *vici mei*, pro *unici mei*.

Limitum modus &c. Si limitum modus exceptus eſt, erit is omnino publicus, nec cuiquam colonorum in eo quicquam competet. Verum ſi is modus aſſignationi ceſſit, proprietas quidem erit juris privati, ſed uſus publici.

Ergo centuriæ &c. Senſus eſt: ſi limites excipiuntur, ſive in aſſignationem non cadunt, centuriarum modum ibi inire menſuramque agere incipiemus, ubi finit latitudo, quam limiti lex præſcribit. Verum ubi limites non ſunt excepti, ſed aſſignationis modo accenſentur, ibi a menſurali linea incipiemus, quæ it per medium limitem, ita ut illius ſemiſſem cuique attribuamus centuriæ. Hæc ipſi rationi conveniunt, cui noſtram emendationem accommodavimus, non tamen neglecta plane ſcripturæ ratione. Cæterum Jacobus Gothofredus ad l. quinque. C. Th. fin. reg. hunc textum noſtrum ita cenſet reſtituendum: *Ergo centuriarum quæ limitibus clauſæ à limitibus excipiuntur, à præſcripto lege latitudinis datæ, incipiant menſuræ oportet. At centuriarum in his à quibus non excipiuntur præſcriptio lege latitudinis, ab linea menſurali per limitem omnis modus in menſuram centuriæ cadit.* Quæ ſi cuiquam placere poſſunt, nihil prohibeo, quanquam mihi auctoris mentem aſſequutus non videatur.

Spatium autem &c. Senſus videtur: Spatium intra quod limes obſervari debeat, eſt qua formæ aut typi deſignatio monſtrat. Nam latitudines limitum & formis fuiſſe expreſſas Hyginus quoque indicat loco infraſcripto, *Erat ſane interpretatio legis hujus ambigua, niſi eorum temporum formæ ſextum quemque limitem latiorem haberent.*

Decimano vero &c. Legendum: *Decimano vero & Cardini maximo, maximus latitudinis modus præſcribi debet, deinde quintam quamque centuriam includenti per Decimanos Cardineſque. Qui cum viginti & quinque centurias includant ſaltus appellantur.* Quintus quiſque limes, qui actuarius, ſalit; atque hinc ei nomen. Plinianus Exercitator p. 679. contendit *legendum, cum quinque centuriæ includuntur, Saltus appellatur.* Sed nugatur.

p. 20. *cum in ipſis incedant villis*, non centuriæ ſed limites, per quos iter debetur.

CCXL. *jugera.* Exercitator Plinianus p. 680. *Agri Scamnati ii dicebantur, qui in centuriis habent jugera ducenta quadragena; qui per latitudinem habent actus* XX. *per longitudinem actus* XXIIII. Verum huic opponam, qui mihi inſtar omnium eſt, unum Hyginum, qui de his ita: *Omnem menſuræ hujus quadratum dimidio longiorem ſive latiorem facere debebimus, & quod in latitudinem longius fuerit, ſcamnum; quod longitudinem, ſtriga.* Ita ut non unius erroris hinc convincatur Exercitator.

pag. 21. *Præfecturæ.* de his in Antiquitatum libro egimus.

Attamen omnes q. Id eſt, omnes Præfecturas ejus perticæ ſive primæ aſſignationis eſſe & vocari Præfecturas, cujus acceperint cives, ſive novos colonos, ſive cujus civibus ipſæ præfecturæ erunt aſſignatæ. Ut cum Præfectura ex agro Mantuano novis civibus urbis Cremonenſis aſſignata eſſet, ex illo ea Præfectura appellari Cremonenſis cæpit.

tanquam coloniam illam. Hæc proculdubio vitioſa ſunt. Sed eadem & vitioſa ſunt apud Nypſum, ubi ita lego: *quæ ante coloniam illam.* Et quo me verterem dubitavi aliquandiu. Sed nunc una dempta litera non dubito legendum: *tanquam coloniam illa.* Hoc ſenſu; Præfecturam finire perticam, ut pertica coloniam finit & terminat, in quam novi cives ſunt deducti.

diviſi nec aſsignati. Ut immunitas & ſubſecivum.

quomodo data. Rigaltius, *commutatio data eſt.* Quæ loquutio quidem proba eſt, nam ita loquitur Ambroſius De bono mortis cap. 5. *Quam commutationem dabis pro anima tua?* Sed hic non loquitur Auctor de ſundorum commutatione, ſed de prætii ſolutione. Præcedit enim, poſſeſſorem *æſtimatione facta* profeſſum eſſe, & ſequitur etiam *pulſos eſſe agris* illos qui ita fuerant profeſſi. Quapropter malo, *ſolutio data.* Prætio ſcilicet juſto perſoluto, vel modico honoris gratia numerato agros eſſe poſſeſſoribus ablatos. Nam & hoc fieri ſolere diſcimus ex Ulpiano, qui l. 15. ff. de rei vind. ſcribit in hæc verba: *Si forte ager fuit qui petitus eſt & militibus adſignatus, modico honoris gratia poſſeſſori dato, an hoc reſtituere debeat: & puto hoc reſtituturum.* Quum enim agri poſſeſſoribus pretio ſatisfieri vellent Conditores, fiebat hoc vel æſtimatione facta, vel ſecundum cenſum qui proxime actus fuiſſet, vel modico ut Ulpianus loquitur, quod eſſet pretii loco, nec tamen juſtam rei æſtimationem æquaret. Titius ergo, qui & ipſe hic, ubi aſſignabatur, fundum poſſidebat, cum aliis ſimile quid abſtulit ab eo, qui dividendi aſſignandique facultatem habebat. Verum antequam ager ille publicaretur litem Titio de fundi proprietate movetat Sempronius, qui cum eum ad ſe pertinuiſſe legitimis documentis probaverat, quæſtionis erat, quid nam illi adjudicandum foret? Et non fundum, qui nunc legitime juris alterius factus ſit, eum obtinere poſſe manifeſtum eſt. Sed putat Ulpianus prætium, qualecunque id tandem ſit, Titium præſtaturum Sempronio. Quod & rationem habet, quoniam iniquum foret eum abſque cauſa lucrum ſentire ex re aliena. v. Duaren. 2. Diſp. 35. Forcatul. dialogo 18.

pag. 22. *ut etiam finitiones app.* Finitiones ſcilicet foſſarum, aut interjecturarum in limitibus.

acceptas defendant. Sic ſæpe loquuntur JCti. ſibi defendere poſſeſſionem, uſumfructum &c.

p. 23. *Reip. coloniarum conceſſerunt.* Et tum juris ſubſecivorum eſſe deſinunt.

in conditione illorum remanſerunt, nempe ſubſecivorum.

item quos virgines. Non negamus *Virgines* dici ſimpliciter pro Veſtalibus, ſic nempe loquutus eſt Tertull. de ſpectaculis, ſic alii. Unde & *Virgo maxima,* & *Natu maxima virgo,* pro Veſtalium principe. Sed puto tamen hic ſcriptum fuiſſe, *itemq; Veſ. virgines,* & hinc vitioſam nos hanc ſcripturam habere.

ſubjectum l. ſubjecta.

p. 24. *Cum non potuerit &c.* Cum ex vicino territorio ſumptus ager, ut Præfecturæ nomine Perticæ accederet, non potuit univerſus aſſignari propter aſperitatem locorum & prærupta montium, qui aſſignatione non dantur,

tur, tamen aſperitates illæ & montes illi iterum conceſſi & redditi ſunt illis ipſis unde ſumpti erant, quamvis poſiti eſſent ultra fines municipio lege Conditoris datos conceſſoſque.

p. 25. *Magiſtri pagorum*, inſtituti a Numa Pompilio, ut refert Dionyſius Halicarnaſſ. Eorum munus fuit per poſſeſſores prædiorum vias vicinales munire, pagos luſtrare, horreis publicis præeſſe, munera debita ex pagis præbere. Hi & præpoſiti pagrum dicti fuere. Unde l. 2. C. de ſuſceptoribus, vocatur eorum munus, *Præpoſitura horreorum & pagorum*. Hos deſignavit Horatius ubi dixit:

——— *Villula tectum*
Præbuit, & Parochi quæ debent ligna ſalemque.

Ad quæ Acron: *Parochi genus officii, qui ſolent peregrinis ſalem & ligna præbere.* Idem alibi: *Parochi dicuntur qui hoſpitibus publice exhibent neceſſaria.*

uti trahamus q. l. Jacobus Gothofredus ad l. 1. C. Th. de erogat. milit. an. legendum cenſet, *ubi trahamus*. minus recte. Vult enim Auctor, *uti fines pagi eo uſque trahamus ac producamus, quatenus Magiſtri pagorum luſtrarent.*

pagos luſtrare ſacrificio ambarvali ſolent Magiſtri, quod in fine territorii peragi ſolitum tradit Strabo libro 5.

quibus ex utroque locantur. Hæc quamvis nullum ſenſum admittant, ita tamen citat poſtremus commentator ad Treb. Poll. & Jac. Gothofr. ad l. 1. C. Th. de erogat. mil. ann. Sed legendum opinamur: *a quibus evocantur.* Scilicet in hujuſmodi hæſitatione quærendum a quibus civitatibus evocantur pagi ad præſtanda munera ſolemnia. *Evocandi* verbum enim huic rei convenit. Nam & ſic l. 7. C. de appell. qui *ad civilia munera, vel ad decurionatum, vel honores evocantur.* Pagi ergo in illorum civitatum territorio eſſe intelliguntur a quibus evocantur cum munera erunt præſtanda.

aliive cui comitatui, publico nomine iter facienti. Quale faciebat

——— *Mecenas optimus atque*
Coccejus, miſſi magnis de rebus uterque
Legati.

Quin & hoc præſtitum iis quoque non dubito, qui privatis de cauſis legationes liberas obibant. Quo hæc Ciceronis reſpicere puto Agraria 2. *Atque illud circumſpicite veſtris mentibus, Legatos veſtros, homines auctoritate tenui, qui rerum privatarum cauſa legationes liberas obeunt, tamen exteræ nationes ferre non poſſunt. Grave enim eſt nomen imperii, atque id etiam in levi perſona pertimeſcitur, propterea quod non ſuo, ſed veſtro nomine, cum hinc egreſſi ſunt abutuntur.*

quæ civitates quibus pagis. Quamvis Jacobus Gothofredus loco jam indicato legendum cenſeat, *cui civitati a quibus pagis hujuſmodi munera præberi ſolita ſint.* nihil tamen erit mutandum. Nam ipſæ civitates præbebant annonam pagis, ſive per pagos eorumque Magiſtros, militi aliive comitatui prætereunti.

Poſteriores duces. Opinamur ſcriptum fuiſſe, *poſteriore à duce*, ut Sulla, Cæſare, Auguſto.

juriſdictio eis agris. In margine emendaveramus, *cis agros.* Sed vitioſe expreſſit typographus, *eis agros.* Cæterum de hoc loco v. Antiq. agrar.

p. 26. INCIPIVNT NOM. Non ſunt hæc Siculi, ſed alterius cujuſpiam imperiti, qui in calce libri quædam rejecit quæ ipſe non intelligebat. Cujus rei indicium eſſe poteſt, quod inter agros retulerit etiam *Agrum epipedonicum*, cum Auctores noſtri tales non agnoſcant agros, ſed terminos. Quodque inter limites retulerit Diagonales, Hypotenuſſales, & Paſſivos, qui nuſpiam, niſi hic inveniuntur. In quibuſdam autem MStis plura recenſentur nomina, quam hic recenſentur, verum tanti ea non fecimus, ut hic deſcribi curaremus.

Iugarius. a jugus, jugeris.

p. 28. IULII FRONTINI. Celebre inprimis hoc eſt nomen, propter cum eruditionem, tum dignitatem viri, quem tamen auctorem eſſe hujus fragmenti, mihi perſuadere non poſſum. Nam ſcriptor, cum hæc emitteret, tyronem ſe fuiſſe & ſcribendi novum, operis initio fatetur. Tempus autem illud fuit, *cum Imperator victoria Daciam reſeravit.* Qui imperator fuit Domitianus, qui de Dacis triumphavit, poſt quem Trajanus, victo rege Decebalo, Daciam fecit provintiam, ut tradit Euſebius in Chronicis. At è Tacito conſtat, jam Veſpaſiano iterum & Tito conſulibus, Frontinum Romæ Præturam geſſiſſe. Sic enim ille: *Interea Veſpaſianus iterum & Titus conſulatum abſentes inierunt.* Et poſt: *Kalendis Ianuariis in ſenatu, quem Iulius Frontinus Prætor Vrbanus vocaverat, legatis exercitibusque & regibus laudes grateſque decretæ.* Non ergo ille ſub Domitiano *primum ſedulitatis impendium* aut *Celſo*, aut cuiquam alii *obtulit.* Atque magis hanc meam opinionem confirmat, quod hæc in MStis adſcribi videam partim M. Junio Nypſo, partim etiam, ut eſt in MSto, Domno Gerberto, Papæ & Philoſopho. Ex quo codice quædam edidimus correctiora, quædam etiam auctiora vulgatis. Quod mirum non præſtitiſſe Rigaltium, quem eundem auctorem vidiſſe conſtat ex ejus Notis. Et niſi me animus fallit, eundem eum vidiſſe codicem exiſtimo quem ego nunc poſſideo, tranſmiſſum hinc ab Rutgerſio.

p. 29. *menſurarum ratione exercere.* Id quidem mihi videtur dici minus recte. Quid enim eſt, opera exercere menſurarum ratione? Rectius dicemur ea ratione *opera exigere*, vel etiam, *erigere.* quomodo & ſcripſiſſe auctorem, quiſquis eſt, opinamur. Sequitur enim: *Vallorum adſurgeret moles.*

experimenta. Duo MSS. hic addunt, *quibus interveni.*

colere. Scriptum forte fuit, *recolere.*

ad Septentrionalem plagam tranſire perm. Et hoc evincit, non eſſe Frontini hoc ſcriptum. Quoniam ſi Martiali, ejus ſodali credimus, Frontinus ſolebat

Auxuris æquorei placidos adamare receſſus,
Et propius Baias, littoreamque domum.

Hæc enim non verſus Septentrionem ſita erant.

quicquid ... finitur ... menſuram appellant. Quoniam omne menſuratum ſuam menſuram iterum remenſurat.

p. 30. *unciæ* CIↃDCCXXVIII. *dig.* IIII XCVI. Hæc ex eo, quem dixi, Gerberto, ut & ſequentium quædam.

pag. 31.

pag. 31. *vel in mod.* Sæpe offendimus *vel* ſcriptum fuiſſe pro, *velut*, aut *veluti*.

it.q.cardo. Vide de his Antiquitates noſtras agrarias, ubi agimus de limite.

p. 32. *enormis & liquis.* De his in Indice ſententiam noſtram diximus.


perpendicularis fuerit. Lege, *perpendiculari fuerit juncta.*

p. 33. *inter finitimas.* Imo, *intra finitimas*, ut ante de acuto, *extra finitimas*.


punctum transferet. Putavi legendum *tranſecat*, ſed nunc ſententiam muto, quoniam ſana eſt vulgata lectio. Linea enim recta quæ centri punctum transferet ad circumferentiam, circulum ſecabit in portiones æquales, & generis ſui faciet pares angulos.

pares alteros. Lege, *pares alteri*, & *ſecundum S.* Ut infra: *angulos pares alteri habebunt.*

quos in circumferentia il. Forte: *quos circumferentia includet.* Res autem quam proponit auctor, quamvis per ſe non ſit obſcura, hoc tamen ſchemate fiet illuſtrior.




a. a. Linea, quæ punctum transfert ad circumſerentiam.
b b. Linea intra ſemicirculum.
c c. Anguli hebetes.
d d. Anguli acuti.
e e. Anguli recti.



Quotiens ex &c. Quod auctor vult eſt hujuſmodi.
a a. Duorum punctorum diaſtema, ex quibus duo pares circuli exeunt
b b. Anguli recti.
c c. Anguli hebetes.
dddd. Anguli acuti, ſive lunati.

Quod ſi tres circuli pares &c. Ut ſupra in uno & in duobus circulis anguli ſunt demonſtrati, ita & hic nunc demonſtramus in tribus.



a.b.c. Tres circuli inter ſe æquali diaſtemate connexi.

d.e.f.g.h.i. Anguli intraſcripti, alteris pares.

k.l.m. Lineæ per circulorum ſigna intraſcriptæ, in partes quas circulorum connexio conſummat, dividentes angulos hebetes, qui ſunt exteriores.

n.o.p.q.r.s. Lunati, ſive acuti anguli.

p. 34. *conſumet.* Forte, *conſummet.*

p. 35. *Quadrilatera forma eſt* &c. Hic negligentia integer verſus omiſſus eſt præterquam quod pro IV. excuſum ſit *in.* Quapropter hic locus ita reſtituendus eſt. *Quadrilatera forma eſt, quæ* IV. *rectis angulis continetur: cujus ſpecies ſunt* IV. *Una quæ rectis angulis continetur, ſed non eſt æquilatera* &c.

p. 38. *Ager ergo diviſus aſſ.* Verbum *diviſus* hinc abeſſe omnino debet. Non enim verum eſt, agrum diviſum & aſſignatum duas habere conditiones, ſed ſolummodo aſſignatum. Hic enim vel diviſus eſt, vel menſura per extremitates comprehenſus, atque ita ſine diviſione civitati aſſignatus.

hac diſſimilitudine, ſcamnorum ſcilicet & ſtrigarum.

aquarum divergiis. MS. *aquarum diverticibus.*

interventu litium. Idem codex MS. *interventu limitum.* Sed vulgata lectio magis placet.

p. 39. *quod in mediis aſſignationibus* &c. Quia ex diſciplina Agrariorum, *primum aſſignare agrum circa extremitatem oportet, ut a poſſeſſoribus velut terminis fines obtineantur.* Ita enim, de his loquitur Hyginus.

p. 40. *De rigore.* Cujacius 10. Obs. 2. *De rigore & de fine eadem pene controverſia eſt. Utramque complectitur lex Mamilia. Et in utraque de quinque pedum latitudine igitur. At controverſia de rigore admittit etiam de minori latitudine quæſtionem.* Quod indicio eſſe poteſt quam parum in his viri etiam ſummi ſint hactenus exer-

exercitati. Quid enim eſt quod hic vir tantus aſſerit? *De rigore & de fine eadem pene controverſia eſt.* Admitto. Sed *Vtramque complectitur lex Mamilia.* Non liquet. *In utraque de quinque pedum latitudine agitur.* Nego. *At controverſia de rigore admittit etiam de majori latitudine quæſtionem.* Imo de latitudine nullam, non magis quam ipſa linea.

De fine ſimilis eſt controv. Non in eo ſimilis quod ut rigor inter duo ſigna rectus proſpicitur, ſed quod agatur de quinque pedum latitudine quaquaverſus in fundi ambitu. In hoc enim finis à rigore differt, quod hic ſemper ſit rectus, ille ut natura loci permiſit. Quapropter & paulo poſt legendum eſt: *Sed de fine eſt quicquid pertinet ad flexus.*

De loco. Quomodo differant controverſiæ De loco & De modo, atque item ab his quæ ſunt De proprietate & De poſſeſſione, dicetur inferius ad l. ſi quis quæ eſt pag. 340.

agitur enim de antiq. nominum prop. def. Quæ nomina centuriæ cuique ſecundum agrorum diviſionem ſunt tributa. de quibus Hyg.

p. 41. *Nam per hæreditates aut emptiones.* Per hæreditates, cum uni plures exiſtunt hæredes: per emptiones, cum quidam particulas quaſdam poſſeſſionum vendiderunt.

habita oratione D. Aug. Ulpianus l. 8. ff. de tranſact. *Divus Marcus oratione in ſenatu recitata effecit* Gellius 16. Noct. Att. 13. *D. Hadrianus oratione quam de Italicenſibus in ſenatu habuit.* Et ſic aliorum principum alibi orationes commemorantur. Ut minime fuerit legendum, quomodo tamen omnes codices habent: *ratione D. Aug.* Hac autem oratione Auguſtus videtur confirmaſſe civitatibus terriroria in quorum eſſent poſſeſſione. Et quamvis id ita ſit, exceptionem tamen hoc patitur, ſi Conditor de territorio quicquam decerpſerit Præfecturæ nomine, quod coloniæ vicinæ adſcriberet.

Nam non omnia &c. Imo, *omnia municipia habent ſua antiqua privilegia*, ut quibus ſuis moribus legibuſque uti conceſſum ſit, quamvis tandem temporis longinquitate in oblivionem abierint.

Quicquid enim ad &c. Quia videlicet Colonia Municipiumve cum ſuo territorio unius ejuſdemque juris eſt particeps.

p. 42. *Territorium eſt quicquid* &c. Non dubito ſcribere, *Territorium eſt quo quid hoſtis terrendi cauſa conſtitutum eſt.* Ut aræ vel trophæa, aliave quæ ſigna. 1. Sam. 7. *Tunc accipiens Schemuel lapidem quendam collocavit inter Mitzpan & Scopulum illum, cujus nomen vocavit Ebenhezerum. Dicebat enim, uſque huc juvit nos Iehova.* Adde Solin. cap. 49. Aut, ſi eſſent, naturas locorum etiam amplectebantur. Simplic. p. 87. *Cum adhuc nihil limitibus terminaretur, & præſumptione certaminis cum de locis adverſus ſe repugnantes agerent, quouſque pulſi cederent vel reſtitiſſent, victoriæ terminus fieret, & victos aut præſidium collis, aut rivi interſtitium, aut foſſæ munimen reſiſtere pateretur.*

Vt alveum fluminis veterem &c. Non convenit hoc cum eo quod eſt l. 7. § 5. & l. 30. § 2. ff. de acq. rer. dom. ſed vide quæ noto infra ad Aggeni pag. 69.

p. 43. *collectus pluvialis aquæ.* Cicero in Topicis è Mutio Scævola ſic interpretatur quæ ſit aqua pluvia: *Si aquam pluviam eam modo intelligeremus, quam*

pluvia collectam videremus, veniret Mutius, qui quia conjugata verba eſſent pluvia & pluendo, diceret omnem aquam arceri oportere, quæ pluendo creviſſet. Ad quæ Boëthius: *Si fluvius igitur pluvia crevit, quæritur an debeat arceri. Reſpondetur, inquit Mutius, quoniam aqua pluvia à pluendo dicta ſit, fluvium quoque qui pluendo creverit, aquam eſſe pluviam, atque arceri debere.*

p. 43. *Quod ſi per ordinationem finis. Nam per recturas,* limitum ſcilicet, *foſſæ interjectæ.* ut eſt in Frontinianis pag. 115. Et hinc p. 232. dicitur, *per finem aquam currere violentius.*

tranſverſum ſecans &c. Cicero ibidem loci: *Genus eſt, aqua pluvia nocens: ejus generis formæ* duæ: *loci vitio, & manu nocens. Quarum altera jubetur ab arbitro arceri, altera non jubetur.* Coërceri nimirum jubetur, quæ manu nocet, ut eſt apud Alfenum l. 24. § 1. & 2. ff. de aqua pl. Non jubetur, quæ loci vitio. Quia inferior fundus in his natura ſuperiori ſervit. Et hoc ita verum eſſe, ſi conditionibus agrorum non aliæ leges dictæ, Ulpianus monet l. 1. §. f. eod. Leges autem eæ quæ conditionibus agrorum dictæ, non ſunt aliæ, quam quæ in Coloniarum deductione territorio à Conditoribus ſunt ſcriptæ.

Cultellandi ratio quæ ſit ſatis aperte liquet ex textu ipſo, ut à nobis reſtitutus eſt. Legebat Plinianus Exercitator ſatis imprudenter p. 689. *Cum eminens ſoli ſpatium conſummamus.* Nam preſſa vel depreſſa conſummamus cultellando, & eminentiora recidimus, dum utraque plana cogitamus, non autem revera *ad planitiem redigimus & exæquamus,* ut idem Exercitator ſcribit. Quod ut fiat manifeſtius, adſcribam locum ex Geometricis vetuſti Auctoris à Scotto editi. Ita ergo ibi: *Campus faſtidioſus* (lege *faſtigioſus*) *qui habet in unoquoque latere perticas* 100, *in quaque fronte* 50, *ſed in medio* 60. *Si vis ſcire quot Arepennes claudat, facito ita. Junge frontem, id eſt* 50, *& medium, id eſt* 60, *fient* 110. *Tunc medietatem videlicet* 55, *per longitudinem, videlicet* 100, *multiplica, fient* 5500. *Hæ ſunt perticæ totius campi.* Attulimus autem hæc ideo ut demonſtraremus menſuram campi non cultellati. Quod ſi autem eundem cultellare propoſitum fuerit, ita menſuram ages. Duces 50 per 100, frontes nimirum per latera, neglecto tumore qui eſt in medio, & ita menſuræ lateribus inſerviens, pronuntiabis campum habere perticas 5000. Et ita iſtius clivi inæqualitatem non planam eſſe manu cogimus, ſed mente cogitamus.

p. 44. *Omnis enim illa ſoli inæqualitas* &c. Tractavit & hunc locum Exercitator, ſed more ſuo. Nos in uno MSto invenimus: *ſoli inæqualitas colligi non poterit, niſi* &c. Quod ſi hinc abiiciamus unam ſyllabam, rectam hoc modo habebimus ſententiam: *Omnis enim illa ſoli æqualitas colligi non poterit, niſi quod è terra quicquid naſcitur in aërem rectum exit.* Nam ſermo eſt de æqualitate quæ cultellando introducitur, cũi ratio videtur refragari, ut intelligi percipique aliter non poſſit, quam ipſa experientia & uſu. qui nos docet, fruges arboreſque, quæ è terra naſcuntur, rectas in aërem exire. Et quod hic dicitur de iis quæ terra naſcuntur, idem dixit Polybius 9 Hiſtor. de domibus. Urbem nempe quæ in clivis & collibus poſita eſſet, non plures domos capere, quam quæ in plano ſit ſita. Imo Columella 2 de re ruſt. 9. tradit: *Colles quamvis granum robuſtius aliquanto, minus tamen tritici reddere.*

A G-

Aggeni urb. Nihil de Aggeno ejuſve familia habeo quæ dicam, niſi paucula quæ ex ipſo diſcimus. Vixiſſe ſcilicet non longe à monte Mutela, quæ eſt in Sabinis, eo tempore quo invaleſcebat religio Chriſtiana, & luci locaque idolis ſacrata exſcindebantur occupabanturque à privatis, nulla habita ſuperſtitioſæ dedicationis reverentia. Quin & ipſum fuiſſe Chriſtianum cenſeo, quod commentarium auſpicaturus in Frontinum De controverſiis, ſuſcipere hoc ſe dicat cum *Divino præſidio*, quæ formula magis Chriſtianis quam Ethnicis eſt familiaris. Nondum tamen Chriſtiana religio tum publice fuit recepta, quandoquidem ſcribit: *Nihil magis in mandatis legatos provinciarum accipere ſolere, quam ut loca ſacra cuſtodiantur.* Et: *Inter Adrumeſtinos & Tysdritanos litigari de æde Minervæ.* Ut ante Theodoſium vixiſſe ſit veriſimile, qui hæc ſubvertit. V. Theodorit. V. hiſt. Eccl. xx. Imo & ante D. Pium, ut liquet ex iis quæ dicimus infra ad Florentinum. Hæc autem, quæ ſub ejus nomine extant ad Frontinum De agrorum qualitate, multis modis inquinata ſunt rebus abſurdis & ineptis, ut vix ſciam an quicquam iſtius libelli ei adſcribi debeat. Nam plurimum differunt ab reliquis quæ hujus Auctoris habemus De controverſiis.

p. 44. *Et niſi eſſet* &c. Hæc cum ſuperioribus non cohærent, & Aggeno etiam ſunt indigna.

Video ergo illum agrum &c. Falſum eſt agrum per extremitatem comprehenſum diviſum eſſe: falſum etiam centurias interciſivis limitibus diſtributas. Neque etiam hoc Frontinus vel alius quiſquam dicit: ut malum agat interpretem quiſquis ita ad eum commentatur.

Iuxta hunc agrum &c. Et hoc falſum eſt, in agro, aut juxta agrum per extremitatem menſura comprehenſum inveniri ſubſecivum. Nam quantus quantus ſit fine ſuo circumſcriptus civitati eſt aſſignatus abſque ulla diviſione.

Nam quidam centuriam &c. Hæc non cohærent, & fatua ſunt.

ab una mille & trecenta jug. Non ergo hic legerat Philippica ſecunda, Antonium Rhetori cuidam aſſignaſſe jugera 2000, & Medico 3000.

ſive municipiis. Falſum eſt, agrum diviſum & aſſignatum eſſe municipio. Nam ſi in municipium Coloni mittebantur, mutabatur civitatis conditio, & de municipio fiebat colonia.

p. 46. *Limes ergo eſt* &c. Sed neque hoc verum eſt. Nam multa facta ſunt in agro opera manuum ad obſervationem finium, quæ tamen limitem non conſtituerent, ut Botontini, aliaque plura.

altitudinem. vitioſe, pro *latitudinem*, v. Hygin. p. 199.

Strigatus ager eſt &c. Ut ita decurrat alicubi ſtrigatus ager, ita non ubique. Nam Hygino ſi credimus: *Secundum antiquam conſuetudinem limites in occidentem diriguntur.* Quod ubi eſt, ſtrigatus ager ab oriente in occidentem dirigit, ſcamnum in ſeptentrionem.

Nam dum &c. Hæc non cohærent, & aliena poſſunt videri ab hoc loco.

p. 47. *omnes etiam privati* &c. Falſum hoc in Rep. Romana.

Salmaticenſibus. Salmanticenſes vocantur Plutarcho.

comprehenderint in formam. Id eſt in æs, in typum. Et vide quam appoſite ſub-

jungatur his, explicationis ſcilicet gratia, *Formarum quinque ſunt genera*! An credas huic ſanum fuiſſe ſinciput?

non poſſe formam cujuslibet agri ſine limitum rectura ſubſiſtere. Quidni ſubſiſtat forma agri extremis tantum demonſtratis finibus?

cenſum. Tributum.

pag. 49. *quia omnis limes* &c. Ratio incongrua.

inſoluta. Potius *inſoluto*.

potuit claudi. Scriptum forte, *patuit cl.*

At ubi omnes &c. Hæ ſcopæ ſunt diſſolutæ.

Normalis linea menſuralis dicitur. Id eſt, normalis ea eſt per quam menſura, ſive in limite ſive in extremitate, agitur. Agitur autem directe. Unde & linea normalis pro recta.

p. 50. *ſacra præceptione*, id eſt Imperatoria.

PARS PRIOR. Fatemur in nullo hoc nos MSto inveniſſe, verum ut adderemus ipſe Aggenus effecit, qui duas ſe partes controverſiarum ſcripſiſſe, infra p. 68. indicat his verbis: *De quo in ſuperiore parte meminimus.*

Suſcepimus quoque tractandos contr. Scilicet poſt Agrorum qualitates. Nam ita ipſe p. 62. *Satis ut puto dilucide genera controverſiarum, velut primum agri qualitatem expoſui.*

p. 51. *Solent hæ controverſiæ de compr.* Quia hi termini qui auctoritate Conditoris poſiti non ſunt, in illos, qui ejus auctoritate poſiti, coincidunt, & ita controverſiæ cauſam præbent, dum alius ut publice conſtitutos defendit, alius privatim locatos contendit.

comportionales non modo ſunt termini, communem portionem ſeparantes, ſed & illi ipſi qui communem portionem obtinent hoc vocantur nomine. Boëth. MS. l. b. 4. Geomet. *In duas eum agrum dividet partes, quem comportionales ſibi defendunt.*

p. 52. *De rigore.* Hic primo monebimus, errare Calepinum, qui *rigorem* dicit *eſſe terminum.* Deinde duplicem rigoris videri ſignificationem. Eſſe enim vel quod neutiquam eſt inflexum; vel quod, utcunque ſit, flecti nullo modo poſſit. Prioris generis eſt, qui deſcribitur p. 31. *Rigor eſt quicquid inter duo ſigna in modum lineæ rectum proſpicitur.* Poſterioris eſt quod hic legitur de rigore, qui deſignatur quaſi naturalis quidam torus ſeu pulvinus in plano ſolo exurgens modica latitudine. De priori aliquid extat Frontini, & ad quæ commentatum etiam Aggenum eſt veriſimile, ſed cujus nihil habemus. De Poſteriori nihil habemus Frontini, ſed quem tamen de eo egiſſe ſuſpicamur ex hoc Aggeni commentario.

Lex limitum hic nulla eſt alia, quam Lex agraria, qua de finibus limitibuſque cautum eſt. Et ſic alibi: *Lex agrorum ex Commentario Claudii Cæſaris.* &: *Lex agris limitandis metiundiſve.* Sed Jacobus Gothofredus ad l. quinque ped. C. Th. fin. reg. Has leges interpretatur *actiones eſſe legitimas, ſive a legibus introductas.* In quo plane fallitur.

major poteſtas limitum. Scriptum fuit forte: *major poteſtas in limitum.*

p. 53. *De fine.* Jacobus Gothofredus ad l. quinque ped. C. Th. fin. reg. ait,

ait, *Finalem controverſiam duplicem eſſe, duplex jurgium, vel de quinque pedum ſpatio legibus olim præſcripto* & determinato, *vel de loco.* Sed redarguitur manifeſto vel per diviſionem Frontini, qua definit, *Materias controverſiarum eſſe duas, finem & locum.* Ad finem autem nihil pertinere aliud quam controverſiam De poſitione terminorum, De rigore, & De fine, in ſpecie a genere ſuo diſtantem. Reliquas autem omnes pertinere ad Controverſiam de loco.

p. 53. *aut ſex.* Diſertim alii ſcribunt legem Mamiliam exigere pedes quinque. Simplicius p. 83. *Lex Mamilia fini latitudinem præſcribebat, de qua lege juriſperiti adhuc habent quæſtionem, neque antiqui ſermonis ſenſus proprie explicare poſſunt. Quini pedes latitudo dati ſunt. An in tantum quiſque? Videntur tamen limitis quinque dediſſe latitudinem, ita ut dupondium & ſemiſſem unaquæq; pars ad agri finem pertinere patiatur.* Et Siculus p. 8. *Signantur autem utrimque, id eſt ex utraque poſſeſſione intra pedes quinos, ut legis Mamiliæ commemoratæ rationem habeant.* Et hinc Conſtitutio Imperatorum Valentiniani, Theodoſii & Arcadii, ſupra p. 342. quæ eſt de finali jurgio, *quinque pedum,* non plurium, *præſcriptionem ſubmovet.* Et in eundem fere modum plures ſunt Conſtitutiones aliæ. Ut hæc verba, *aut ſex,* ex textu expungi omnino debeant. Et hinc patet longiſſime à veritate abeſſe Jacobum Gothofredum, qui ad l. quiſquis. C. Th. fin. reg. hunc locum citans ait: *Quidam exiſtimabant paſſum ſive gradum Geometricum habere pedes ſex, ſed communis fuit ratio pedum quinque.* Nam inſignis eſt error gradum & paſſum habere pro eodem. Quippe cum ſupra p. 30. dicatur: *Gradus habet ped.* II. *s. paſſus habet ped.* V. Quæ & aliorum fere eſt ſententia. Sed Nypſus tamen, quamvis hinc diſſentiat, non tamen gradum & paſſum pro eodem habuit. Nam hæc apud eum lego: *In paſſu gradus unus & ſemis, cubiti* III. *& ſextas* 3. *pedes V.* &c. Et mox: *In gradu ſunt cubiti* II. *pedes tres* &c. Ut quamvis cum reliquis non conſentiat Nypſus, non tamen, quod voluit Gothofredus, gradum & paſſum habuerit pro eodem. Sed nec deprehendimus uſpiam legem Mamiliam de gradu vel paſſu mentionem feciſſe, ſed de pedibus quinque, quos finibus tribuebat. Ita ut de his dubitandi nullus relinquatur locus, licet de gradu aut paſſu moveri poſſet menſuræ controverſia.

ſed id quod in uſu biennio fuit, id eſt, quod uſu biennii poſſeſſum uſucapitur, & ex alieno fit meum. Id autem opponitur *itineri, qua ad culturas pervenitur,* quod ideo uſucapi non intelligitur, quia non mihi ſoli patet, ſed in uſu eſſe intelligitur cuique vicino illac tranſeunti. Hoc enim cum lex cavit, ne ego ita utar, ut cæteros excludam, prohibuiſſe merito cenſebitur uſucapionem.

interiore. Hanc vocem ex conjectura inſerueramus, quocirca ita excudi debet: *in parte* interiore *a nota rel.* amotis etiam his ſignis [ ].

accipit. Id eſt &c. Rectius in MSto: *accipit. Si incultus erit, id eſt ſi* &c.

p. 56. *Sunt & aliæ prop.* Cæſar de bello civ. *Ager Volgarum Arecomicorum & Ilvorum publice Maſſilienſibus a Pompejo conceſſus.*

quicquid vis aquæ abſtulerit, paulatim. Nam *ſi vis fluminis partem aliquam de tuo prædio detraxerit, & meo attulerit, palam eſt tuam permanere,* juxta l. 7. ff. de A. R. D.

Circa Padum. Quem fluvium deſcribit Polyb. 2. & Strabo 14. libro. Virgilius item & Lucanus.

p. 57. *vir prudentiſſimus.* Hic ICtorum veterum titulus fuit olim. Pomponius l. 2. ff. de orig. jur. *Hoc jus quod ſine ſcripto venit compoſitum à prudentibus.* Gellius 1. 13. *Anceps quæſtio & à prudentibus in utramque partem arbitrata eſt.* Proinde gloſſa eſt quod ſequitur, *juris auctor*, quo voluit aliquis præcedentia explicare. Nam & ICti dicuntur *juris auctores* l. 39. ff. act. empt. Gell. 5. 19.

p. 57. *ſtatuit.* Reſponſa juris prudentum quæ vim legis habebant, erant *eorum qui ex* XII. *tabulis, vel edictis magiſtratuum jus civile interpretati ſunt probatæ civium judiciis creditæque ſententiæ.* Ita enim de his loquitur Boethius ad Topica Ciceronis. Et hoc jus illi conſtituere dicuntur, ubi ita per aliquem eorum vel una cauſa eſt determinata. Cui rei indicio eſt l. 66. ff. ſol matr. quæ & hæc habet verba: *Ea ſententia Publii Mucii eſt. Nam is in Licinnia Gracchi uxore ſtatuit.* Quod ſi ſententia juriſperiti non reciperetur, jus non conſtituebat, nec vim obtinebat aliquam. Unde eſt apud Mæcianum l. 35. ff. de fideicommiſſ. lib. *Gaii Caſſii non eſt recepta ſententia, exiſtimantis & hæredi & legatario remittendam proprii ſervi neceſſitatem.* Et hinc interpretationem accipit §. reſponſa. J. de jure nat. Ubi notandum etiam, perperam à Triboniano inſertam eſſe vocem, *omnium.* Scriptum enim ibi extat: *Iuriſconſultorum omnium ſententias & opiniones eam auctoritatem tenuiſſe, ut recedere à reſponſo eorum non liceret.* Satis enim ſuperiora demonſtrant quid ejus verum videatur.

ſuum quiſque modum agnoſceret, ubi ſcilicet receſſiſſet aqua. Temporaria enim fere Padi eſt inundatio. Nam Plinius de eo flumine: *Nihil tamen ex rapto ſibi vindicans, atque ubi liquit agros, ubertate largior.* Sollicitat hunc Plinii locum Exercitator p. 84. ſed fruſtra. Senſus enim eſt: Ubertate plus rependere fluvium, ubi ab agris receſſerit, quam inundationis rapacitate abſtulerat.

adſcriptum aliquid per centurias. Servius notat quandoque *per* ſumi pro inter. Et ita interpretatur illud verbum in his Virgilii verſibus:

Has inter mediamque duæ mortalibus ægris
Munere conceſſæ Divûm, & via ſecta per ambas,
Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo.

Et hoc modo hic etiam interpretari debemus. Nempe inter centurias, quæ ab utraque fluminis ſunt ripa, aſſignatum aliquid flumini.

Si vero ſuis &c. Ita cum ſuis nævis expreſſimus, ut extabant in MS.

Piſauro flumini. Imo & Tiberi riparum latitudo data eſt ab ejus Curatoribus, ut variis inſcriptionibus liquet.

p. 58. *in rep. pub. mœn.* Quid mœnium nomine deſignetur alibi diximus, quod hic non repeto. Sed hunc locum ad Lampridium adducit poſtremus Commentator, cui mirum videtur, *ligna in reparationem murorum trahi. Et perineptum eſſe ſilvas ad id deſtinari, niſi muros ligneos cogitemus.* Verum non ille legit quod eſt apud Nehem. 2. 8. apud Cæſarem de bell. Gall. 7. 23. & de bello civ. 2. 15. atque apud Vitruv. 1. 5. atque apud alios plures qui his de rebus agunt.

ſi eſſent alienigenæ. Id eſt, quandoquidem, ut ſæpe alibi. Lege autem Licinia & Alutia cavetur, ne pro cive haberetur qui civis non eſſet. Vide Plin. 10. ep. 115.

p. 60. *inopum deſtinata f.* Non peculiare id fuit urbi Romæ, ut hunc locum intelligere videtur Kirchm. 2. de funerib. 24. verum ſimilis mos fuit & etiam alibi. Nam & quod Matth. 27. dicitur hinc alienum non eſt: *Et emerunt illo agrum figuli pro loco ſepulturæ Peregrinorum.*

culinas appellant. Quare Guther 2. de jure man. 24. has potius *culignas* vocet, rationem non video. Nam omnes quos vidi codices MSS. & habent, *culinas*. Sex Pompejus dicit *culinam appellari locum, in quo epulæ in funere comburuntur.*

hoc eſt menſoris. Gloſſa hæc eſt ineptiſſima. quantum enim Menſor à Conditore differat alibi diximus.

p. 61. *ultra* f. Quæ ſunt extra finitimam lineam ſunt extra coloniæ territorium, atque ita ad rem præſentem non pertinent. Sunt ergo *intra* finitimam lineam *Extracluſa*; ſed tamen extra limites ſive agrum limitatum. Unde ſequitur, *Relicta appellantur & extracluſa, quod extra limitum ordinationes ſint, & tamen fine cludantur.*

Finitima autem linea aut menſuralis &c. Finitima linea fere recta ſervari ſolet, ſed hac differentia, quod vel eadem ſit finitima quæ eſt aſſignationis, vel extra finitimam protendatur. Quod cum fit, ſervatur ea linea obſervatione aliqua, de monte illo ad arborem aut ad fluvium illum, aut etiam terminis poſitis territorialibus. Prius ſi ſit, nihil Extracluſi intervenire poteſt, ut fit cum alterutrum ex poſterioribus accidit.

inculcantis. f. *inſultantis populi* feſta celebrantis.

vel a relinquendo. Optimæ notæ codex hæc non habet.

p. 62. *Nam lucos.* Exercitator Plinianus p. 1221. abſque cauſa, & contra codicum fidem hic legit, *locos.*

p. 63. *ad litigium advocationes inſtit.* pag. ſeq. *& qui advocationes ſunt præſtaturi.* Et Simplicius p. 85. *Idoneas volunt exhiberi advocationes.* Itemque Frontiniana p. 128. *In lapidibus finalibus locandis, in limitibus diſponendis, in agris metiendis & aſſignandis advocatio præſtanda eſt.* Ex quibus omnibus liquet, non minus in his quæ coram agrimenſore arbitro tractantur advocatos intervenire ſolere, quam in reliquis quæ ad jus ordinarium pertinent. Eſt enim advocatio munus & opera advocati. Et hoc verbum retinendum quoque apud Leonem primum ſerm. 2. de Pentecoſt. *Unde manifeſtum eſt remiſſionem peccatorum ſine Spiritus Sancti advocatione non fieri.* Non enim ſolus advocatus eſt Chriſtus, ſed & Spiritus Sanctus. Unde ipſe etiam Chriſtus dicit apud Johannem 14. *Et ego rogabo patrem, & alium Paracletum mittet vobis.* Nam Paracletus & eſt Filius, & eſt Spiritus Sanctus. v. eundem Leonem 4. epiſt. c. 3. Quidam codices ſuperiori loco habent, *ſine Spiritus Sancti invocatione.* ut Leonem non ſcripſiſſe opinamur.

PARS ALTERA. Ipſe Aggenus infra p. 68. *De quo & in ſuperiore parte meminimus.*

à luco Feroniæ. Addidimus hic *Feroniæ* ex iis quæ ſequuntur. Sub monte autem Soracte urbem fuiſſe Feroniam docet Strabo, cognominem indigenæ cujusdam Deæ, atque ibi ejus quoque eſſe lucum. Hinc Virgilius:

—— —— —— *Viridi gaudens Feronia luco.*

Quinimo & fontem ibi fuiſſe eidem ſacram hoc verſu demonſtrat Horatius:

Ora manusque tua lavimus, Feronia, lympha.

Fuiſſe autem hanc coloniam etiam Frontiniana indicant, quibus *Lucoferonia* appellatur.

p. 68. *nec potuit omnis modus intra quatuor limites veteranis aſſignari*, quia plus diviſum erat, quam veteranorum, qui deducebantur, exigebat numerus.

commaluerunt. Unus codex MS. habet, *convaluerunt.* ſed neutra lectio cum proba ſit, legendum erit, *concoluerunt*, vel, *commallaxaverunt.* Eſt autem, *commallaxare* ſecundum Nonium, *Exercere.*

Præſtantiſſimus poſtea Domitianus. Imo monſtrum hominis fuiſſe docere nos poterit Dion in ejus vita. In quem & hos verſus ſcripſit Juvenalis:

Cum jam ſejanimem laceraret Flavius orbem
Ultimus, & calvo ſerviret Roma Neroni.

Tamen Nerva non tantum aliorum principum acta firma eſſe juſſit, ſed & ſpeciatim Domitiani confirmavit epiſtolas, ut perhibet Plinius in Epiſtolis.

p. 69. *De alluvione.* Accurate alluvionum materiam pertractavit Aggenus, ut rectius hinc eam perdiſcere valeamus, quam ex ullis ICtorum fragmentis quæ Vetuſtas nobis reliqua fecit.

cujus injuriam &c. Locus hic eſt corruptiſſimus, verbaque non tantum vitioſe, ſed & ordine turbato leguntur. Hoc tamen res exigit ut iis ineſſe debere hunc ſenſum exiſtimemus. *Item de hac re tractatur, ad quem pertinere debeat illud quod reliquerit. Proximus poſſeſſor? Quive injuriam non mediocrem patiatur, per cujus ſolum amnis publicus perfluat?* Et ita forte etiam auctor ipſe ſcripſit.

Niſi quod juriſconſulti &c. Ex his quæ hic habemus, atque item ex iis quæ ſupra tradidit Frontinus, ubi egit De locis publicis necdum receptum apparet quod tradit Gajus l. 7. §. 5. ff. de acq. rer. dom. & Ulpianus l. 1. §. 7. ff. de flumin. Imo contraria ſententia videtur prævaluiſſe, publicum nimirum & illud eſſe quod ex re quæ publica fuerat ſupereſt. Et cum jus ſimile in rebus privatis ſervemus naturalis nulla ratio aſſignari poteſt, quare non idem in publicis locum ſibi vindicare debeat.

p. 71. *perſonarum præcipue*, videlicet quæ poſſident. M. J. Nypſus: *Soli quædam controverſia, perſonæ præcipue quæ poſſidet.*

p. 72. *quæ inſcribuntur*, in forma ſcilicet aut typo.

p. 73. *De locis relictis & extracluſis.* Hæc quadantenus licet differant, junguntur tamen & hic & apud Frontinum, quia ſunt juris ejuſdem.

p. 75. *qua ratio dictavit.* Id eſt, rigor & rectitudo.

Nunc quemadmodum &c. Hæc convenientius ſubjiciuntur parti priori.

p. 76. SIMPLICII. Qui hoc fictum auctoris nomen arbitrantur, non ſatis valido mihi niti videntur argumento. Sed nec certior mihi eorum videtur opinio qui hoc ſcriptum, atque reliqua etiam quorum mentio fit p. 86.

Fron-

Frontino adſcribunt. Quoniam ille nuſquam egit de Conjunctivo, Diſjunctivo, Spectivo, aliorumque generum ſtatu de quibus hic mentio. Quæ etiam ejus ætate videntur fuiſſe incognita. Quis tamen ille fuerit Simplicius & quando vixerit, me plane neſcire profiteor. Verum hoc ſi neſciatur non tamen recte inde colligas, nunquam vixiſſe eum, ſed fictitium tantum nomen eſſe. Porro, duos nos codices habuimus manuſcriptos. quorum unus pauculas habuit adſcriptas Arcerii conjecturas, quas cum ipſo Auctore edi curavimus.

habent agros colonicos juris &c. In republica Romana agrorum hæc olim fuit differentia, quod in Italia nullus fuerit juris ſui, ſed mancipi omnes. In Provintiis, quidam juris ſui, ſive nec mancipi, quidam ſtipendiarii. Sui juris autem ſunt, quibus jure civili nihil additum vel detractum eſt, ſed manſere in naturali ſuo ſtatu, quo fuere ab rerum initio. Sic, *ſui roboris*, apud Ovidium 2. Met. eſt illud cui nihil roboris demptum eſt,

——————— *Quæ poſtquam firma ſuique*
Roboris eſſe videt.

Verum de rebus mancipi & nec mancipi, ſive ſui juris nos olim egimus abunde, ut hic repetere non ſit neceſſe.

Stipendiarii qui ſunt in commune rem habent inter colonos ſtipendiarios. Ut ita emendandam cenſeremus ſcripturam vitioſiſſimam fecit Frontinus, qui tradit *in pluribus Provintiis tributarium ſolum populis per univerſitatem eſſe definitum.* Talis enim aſſignatio efficit ut coloni inter ſe rem habeant communem, & tributum communi nomine exſolvant.

nexum non habent. Agri qui ſunt ſui juris, quique ſunt ſtipendiarii nexum non habent, id eſt jure civili nulla eorum eſt alienatio, quique eos emit ſuo is emit periculo. Eſt tamen eorum poſſeſſio & vindicatio, ut cæterorum.

alia conditione non veneunt, quam ut poſſideantur, nec de evictione venditor teneatur.

deſertum. Scriptum fuit forte *direptum.* Nam & ita loquitur infra: p. 87. *direptum lineis.* Et p. 88. *direptum ſignis aut foſſis.* Alius tamen codex habet, *certum.*

p. 77. *abſoluti.* al. *abſolutio.*

deſignavit. v. pro b. ut infra, *vipertitione* &c. Sic b. pro v. *vibat*, *incurbi* &c.

alia verentur. f. *alii verenter non p.*

non concurr. Forte, *Nimirum concurr.* &c. *habent aliquam rat.*

p. 78. *terminos relatis pedibus in ſolido a. p.* Relatis terminoque inſcriptis pedibus, quibus à fine diſtarent. Eſt autem hic ager ſolidus, qui nec ruere nec minui poteſt.

perſecutus. al. *proſecutus.*

ſi termini deſint &c. Hæc uſque ad illa verba: *Ordinem legis M.* leguntur p. 308. ſub nomine Frontini. Nec tamen hoc me movet ut inde hunc libellum illi adjudicem, quoniam nihil eſt frequentius, quam viris illuſtribus ſupponi alienos partus.

p. 79. *Ordinem legi M.* Quid ſi legamus? *Ordinem legis Mamiliæ exceſſerunt plurimi, præcipuæ in agris arcifiniis, ſed nec minus in adſignatis. Ejus enim loci modum nulla forma præſcribit, & controverſia quæ oritur nullo alio ſtatu ad litem deduci debet, quam ut de loco agatur. Solent quidam per* &c. Prius aliter cenſebam, ſed hoc mihi videtur nunc veriſimilius.

ſolent quidam, Præſides, aliive qui Provinciam regunt.

arbitros conſcribere aut ſortiri judices. Hinc quam maxime verum videtur quod Antiquarii capite IV. ſcripſimus etiam Menſores judicare ſolere.

ad interdictum, uti poſſidetis.

injacentis cult. Quod alibi, *Iacentis ſoli vorago*, Nam *in* hic non aufert, ut l. 6. §. f. ff. de lege Fab. dicitur lege Fabia teneri *qui hominem liberum invinctum habuerit*.

p. 80. *locus eſt tibi.* l. *eſt ibi*.

ſi jam exceſſit mem. abal. Id eſt, ſi cultura exceſſit tempus uſucapionis, qua alienatio introducitur. Nam & memoria ponitur pro tempore, ut eſt infra: *Niſi memoria ſit recens*. Gell. 1. 22. *Iulius Paulus, homo in noſtra memoria doctiſſimus.* Et 6. 10. *Philoſophus Taurus, vir memoria noſtra in diſciplina Platonica celebratus.* Item lib. 5. c. 9. *Herodotus in Hiſtoriis hujus memoriæ ſcriptor.* Quamvis ſint qui hæc aliter interpretentur.

& alii controverſiæ con. Forte, *ſe tali controverſiæ conjiciant*.

& loci natura inretetur. An leg? *nec loci natura reluctetur*.

non eſt irritum decernere. Ut nimirum agrimenſor mittatur, de agri modo cogniturus.

medioniter. Vitium hoc eſt typographicum. Scriptum enim fuit, *mediocriter*.

ſi parare quis &c. Lege: *ſi parare quis velit hominis probationem ad ſtatuam. Et cum hominem omnibus vivere ambulare & ali conſtet, ſi quis in quirere velit, annuebit.* Quia *non poteſt ille non ab ipſis probationibus perſuaderi, ideo quod vivat, quod ambulet, quod loquatur adſtanti. Diu multumque mens infringenda eſt, ut ſimimilitudo veritatis animum habere videatur.* Ita enim reſtitui debere conjicio.

p. 82. *omnium vitium.* f. *initium*.

p. 83. *præſcribat.* lege: *præſcribebat*.

dupondium & ſemiſſem. Ita omnino legendum. Id eſt, duos pedes cum ſemiſſe.

qui vel ſing. l. In uno exemplari abeſt, *vel.* Lego igitur: *cui ſingularis linea interveniat, & ex uno duas dividat partes.*

tota ſint corp. l. *tota ſit corp.*

genus lineamenti, limitis.

ex inferiore parte. E ſulco.

in modo. f. e modo.

heres. Hoc verbum ſenſus non admittit, ut potius legendum videatur, *teres.* Deſignatur enim hic porca, quæ inter duos ſulcos, ſive verſuras, ut hic vocantur, modico interſtitio graciliter exurgit utrimque.

quod hæres diſt. Opinamur ſcriptum fuiſſe, *Illud quoque teres quod diſt.*

ex

ex vero in &c. Lego, *Ex vero in falſum, cum tranſcendit, fit ut relicto generali ſtatu* &c. *inſtruatur.*

p. 84. *ſed ex ſi.* l. *ſed etſi.*

fines adferre. Non ita loquutum opinor Auctorem, ſed potius: *fines adſerere.*

interribilis. Quid hoc ſit neſcio, & tamen, ita aliquoties poſt. Senſus autem videtur requirere, ut legatur: *inextricabilis fiat.* Et ſic ſtatim poſt: *inextricabilis imprudentia.*

videlicet finem a. q. Forte *videlicet fine. A quocunque* &c.

ſpectibus &c. Lege, *Spectivus, aut expoſitivus, aut ſubjectivus, aut reciperativus.*

exploratus agr. Forte, *exploratu agrorum ad modum rationis acc.*

ſolo. genus. f. *ſolo. quod genus.*

disjunctibus &c. Aliud MS. *disjunctivus eſt effectus cum determinatio alterius partis ſolum deſerit æqualitate agri diviſi, ac ſimili modo ſolo applicat.*

evenit, ex pr. l. *evenit ut ex prato.*

Nam quæ &c. l. *Namque* &c. Ex his autem liquet etiam quare tum hic auctor, tum Leges Wiſigothorum Agrimenſori Inſpectoris etiam nomen dederint.

& partes magis &c. Legendum, *& partes magis exigit narrationis.* Vel, *partis magis exigit narrationes.* Utrovis modo ſubſiſtere poteſt. Sed prius prætulerim.

quod in g. MS. *quid in genere terminandum ſit.*

p. 85. *finitimum exhibent.* &c. l. *finitimam exhibeat ſimilitudinem.*

quotiens artifinia &c. MS. *aut trifinia aut quadrifinia ex quolibet alio finis loco menſuram in excipientem terminum rectura dirigit, & per inceſſum definitionis loca quædam alteri fundo adquirit.* Puto legendum: *quoties à trifinio, quadrifinio aut ex alio quolibet finis loco in excipientem terminum rectura dirigit, & per inceſſum definitionis loca quædam alteri fundo acquirit. Aut quoties ſolum aufert, cujus loco redditur alteri quid fundo, effectus quoque reciperativus exiſtit. Præter hos effectus omnium controverſiarum ſtatus invicem habent tranſcendentias, aut neceſſarias aut contingentes, aut neque contingentes, ſæpe inextricabiles.*

86. *Unum.* MS. *Uno.* & mox pro *libra, libro.*

ex libris &c. Forte, *ſex libris, ut puto, ſatis commode* &c. ſequitur enim, *tertia pars, quam quinto & ſexto libro con.*

communis eſt quam. Ratio ſuadet ut legamus: *communis eſt tam his, quam aliis.*

quæ ſibi nat. l. *quæ ibi ad naturæ imitationem proferuntur, naturaliter materiam obtinent, rationis artificium.*

declarationalium. MS. *declarat rationalium.*

87. *alia qua* &c. Forte, *Aliqua quoque, cum de agri qualitate aut incurvi aut angulari ſuccidunt, & id direptum lineis diſcerpunt, ſubſeciva appellant.*

ex lineareæ. Lege unica voce, *exlineareæ arcifinalium vel occupatoriorum licentiam tribuerit.* Exlinearea nempe poſſeſſio eſt non aliud quam ſubſecivum.

ſecati perp. f. *ſicuti perp.*

antiqui menſoris. f. *antiquis menſuris.*

ut querantur &c. Forte, *ut quærant quo genere definitio vicinorum perſeverat, ca-*

dem quaſi magiſtra ſit eorum, quæ & in quæſtione ſunt. Conſiderent ſi cavis, ſi ſupercilíis &c.

qui lapides quam &c. Emendaram, quod vitioſe typographus excudit: *qui lapides qua longiores ſunt, quam qua latiores, ſequendi: hoc eſt ut ſic curſum dirigant linearem. Aut ſi gammam fac.* Lapides autem qui hic deſignantur ſunt *Laminæ*, qui & Lamnæ dicuntur. de quibus in Indice.

88. *eſſe non ter.* Et hic vitioſe emendationem noſtram expreſſit Typographus. Scripſeramus enim: *& non t. Silices.* Id eſt, *& non terminatus. Sil.*

lapidis de Tiburtinus &c. Forte, *lapides de Tiburtinis, ut dictum eſt, quæ per longitudinem indicant. Petræ* &c.

pro ſignis habentur. Imo, *pro ſignis non habentur.* ux ex ſequentibus liquet.

plagatam. Plagium Iſidor. lib. 10. deducit a πλάγιον, quod notat obliquum, unde & plagiator, qui oblique ſeu doloſe agit. Quapropter hic erit legendum: *ſolent etiam plagiatam aut flexuoſam, ſimilemve corticibus oſtendere cicatricem. Et hæ terebris foratam, etiam tornutis intromiſſis, ſicut ſcriptum eſt a veteribus, habere dicuntur.*

ſi tabulis. v. indicem.

pag. 102. JULII FRONTINI DE COL. Cum pluries hic libellus variiſque locis ſit editus, ſemper tamen & ubique Frontini præfert nomen. Ita tamen ut Rigaltius fragmentum judicaverit eſſe libri *De regionibus deque agrorum Italiæ conditionibus.* Atque ut Samuel Petitus Miſcellaneorum libris hunc quidem totum Frontino non abjudicarit, ſed cenſuerit non totum ad unum eundemque Auctorem eſſe referendum. Ego vero in hac ſum opinione, & hæc me tenet ſententia, ut exiſtimem nihil hic nos genuini habere, quod ſcripſerit Frontinus, ſed potius tum ex illo tum ex aliis excerpta, male & negligenter congeſta ab homine indocto & horum rerum plane ignaro. ut qui multa imperite, perplexe, imo & contra veritatem congeſſerit. Nam Lavinii deductionem atque agri illius aſſignationem vide quomodo deſcribat: *Muro ducta colonia, deducta eſt à Divo Iulio. Ager ejus limitibus Auguſteis eſt aſſignatus militibus veteranis, & pro parte virginum Veſtalium lege Auguſtana aſſignatus fuit.* Quod ſcripſiſſe Frontinum, vel virum quemvis alium, qui foret alicujus eruditionis, mihi perſuadere non poſſum. Nam *muro ducere*, pro circumducere, vix ſcio an alius uſurpaverit, quamvis in his ſæpius occurrat. Deinde nec hæc oratio ſubſiſtit: *Virginum Veſtalium aſſignatus fuit.* Sed, quod hic præcipue notandum, ita verba ſunt concepta, ac ſi C. Cæſar Lavinium deduxiſſet agrumque aſſignaſſet limitibus Auguſteis, qui tamen limites non fuerunt vivo Cæſare. Sed veriſimile eſt, narraſſe Frontinum, vel alium, quem ſciolus aliquis in compendium redegit, bis Lavinium fuiſſe deductam. Prius quidem à C. Cæſare, verum poſt, ut plures aliæ, bellis civilibus civitate everſa, iterum illuc deductos veteranos, agrumque partim colonis, partim aſſignatum Veſtalibus. Quæ contrahendo nimis inſcite, tenebris compilator involvit. Quod & factum videtur in Nurſia, Cumis, Sæpino, pluribuſque aliis. Quibus non admodum diſſimile quod de Nuceria dicitur: *Ager ejus limitibus Iulianis lege Auguſtana eſt aſſignatus.*

Quod

Quodque de Arretio, *lege Auguſtea cenſitam limitibus Gracchanis*. Non enim credere fas eſt urbem quæ lege Auguſtea cenſita ſit, alios quam limites Auguſteos habuiſſe. Cum ejus lege, ſi qua alia, limites ordinati ſint accuratiſſime. Nam *cenſere* in his nihil eſt aliud, quam limitibus dividere. Et ſic infra, *Ager limitibus cenſitus*: *Agrum lege ſua cenſere*: &, *Artifices agros cenſuerunt, id eſt fecerunt gammatos & ſcamnatos*. Ita ut hinc appareat inter ſe pugnare agrum lege Auguſtea cenſere, & cenſere limitibus Gracchanis. Ut & inter ſe pugnat, quod in *Formiis* dicitur, *in abſoluto reſediſſe*, & tamen *pro parte aſſignatum eſſe*. Et an ille quid rectius de Capua pag. 103. & ſequenti? Nam primum refert eam per xx viros, juſſu Imperatoris Cæſaris: poſt, ejus civitatis agrum lege Sullana aſſignatum: denique Cæſarem eum dividi juſſiſſe militibus, ſcilicet poſtquam rerum potitus eſſet. Omitto quod hic rationem temporis neglexerit, atque Sullæ præpoſuerit Cæſarem. Sed hoc abſque nota tranſmitti non debet, quod aſſignatio per xx. viros facta ſit non juſſu, ſed lege Cæſaris; & non Imperatoris ſed conſulis. Deinde nec verum eſt, ante hanc deductionem agrum Campanum fuiſſe aſſignatum ſive per Sullam, ſive per quemvis alium. Quamvis certum ſit Capuam agro prius fuiſſe mulctatam, & quædam particulæ cum propter amplitudinem, tum propter ubertatem ſoli Campanis per Gracchum non minus quam per Sullam videantur ademptæ, atque novis in vicinia aſſignatæ colonis. Atque id inde liquet, quod non tantum pagina 104. dicatur *ager ejus lege Sullana aſſignatus*, ſed & quod pag. 109. referatur ager diviſus *limitibus Gracchanis*. Nam & hi ipſi Gracchus atque Sulla ſuas habuere leges, quibus aſſignationes fierent. Sed quomodo & hoc ferri poteſt, quod in his aliquoties populus Colonias deduxiſſe dicitur? Quando enim hoc factum? Libera dices republica, cum imperium omne omniſque poteſtas penes populum eſſet. Audio. ſed id verum non eſt, nec ita de illorum temporum deductione loquuntur Auctores veteres. Nam ut tum temporis Senatus juſſu, plebiſve ſcito deductæ fuerint coloniæ, ita nunquam deductæ vel per ſenatum, vel per plebem, vel etiam populum ipſum, ſed per III. viros, V. viros, X. viroſque creatos legibus. Sed eſto, ſcripſerit ita Frontinus, an etiam, quod hic legitur, milites? an oppidani unquam deduxere coloniam? An etiam *milites & III. viri* unquam pari fuere poteſtate? & an hi ſimul, quod & nobis obtruditur, *Signiam munierunt?* Quid, quod & deductio facta dicatur, ſi Dis placet, *abſque colonis?* Sic nempe, quod monſtri ſimile eſt, Formias III. viri, Quinqueviri Venafrum deduxiſſe hic legimus. Imo etiam ſic milites Bovianum, Privernum, Aufidenam. His denique adde, quod ipſe ſtylus arguat, non eſſe alterius hæc, quam qui voluit lemmata aut ſummaria conſcribere, quæ ſingulis capitibus præfigerentur. Quid enim hoc aliud? *Aquinum. muro ducta colonia. à* III. *viris deducta. Iter populo debetur pedibus xxx. Ager ejus peregrinis militibus eſt aſſignatus.* A quo ſcribendi genere longe abire Frontinum, reliqua ejus ſcripta teſtantur. Quin & tanta eum virum fuiſſe in his diligentia ex aliis cognoſcimus, ut etiam addiderit leges quibus eſſent deductæ coloniæ, limitum ordinationes, jugerum in centu-

riis numerum, terminorum nomina, pedaturam & formam. Ad hæc Auctorum agri diviſi & aſſignati nomina, ut & eorum qui menſuris agendis præfuerunt, numerumque menſorum quorum opera menſura peracta: Et denique ipſos Conſules etiam ſub quibus hæc omnia eſſent facta. Nam cum hæc excerpta non videantur omnia ab eadem manu, alium parcius, paulo largius alium hæc concinnaſſe res ipſa loquitur. Sed quam diligentiam Frontinum in uno præſtitiſſe deprehendimus, in omnibus adhibuiſſe ſuſpicamur. Ergo ut excerpta hic nos tantum habere certum eſt, & habere ab imperitis, ita certum eſt quoque, omnia hæc ex uno Frontino non eſſe deprompta. Non eo tantum quod hic etiam fiat mentio Severi, ſive Veri, Antonini & Commodi, qui Frontino fuere poſteriores, verum ea propter quoq; quod ii ipſi libri non obſcure in his deſignentur, ex quibus ſumpta non vane conjicimus, quæ hic leguntur. Ut, *Libri Auctorum*, qui & vocantur *Doctrina Auctorum: Mappa Albanenſium* ſive *Albenſium: Liber Auguſti Cæſaris* & *Neronis: Liber Balbi: Commentarius Claudii Cæſaris: Liber regionum:* &, *Liber regionum Italiæ.* Sed animadvertimus præterea & hoc, plures hujus rei quam tractamus Epitomatorem libros conſcripſiſſe, quoniam habemus infra: *Finitur terminis, rivis, foſſis.... ſed & aliis ſignis quibus ſuperius in libris docuimus.* Ut hæc farrago admodum incongrue vocetur LIBELLUS, qui non uno fuit volumine incluſus, & plures me judice auctores & compilatores habuit. Noſtrum tamen non eſt in tanta obſcuritate ſecernere, atque, quod poſtulabat juris ratio, ſuum cuique tribuere, ne cogamus hos compilatores præſcriptione temporis ſe tueri. Nihil aliud ergo ſuſcepimus, quam hæc qualiacunq;, ut prius edita exhibere, abſterſis, quæ potuimus, maculis.

Antium populus deduxit. Credo deſignare Scriptorem voluiſſe aſſignationem de qua Livius initio libri tertii. Nam & ſub Nerone deducta, de qua deductione hic nihil. Quam non omiſit Frontinus, ſed an injuria temporis, an vero incuria compilatoris hujus hic nulla mentio, incertum.

Atina. Hanc Guther. 3. de jure man. 26. deductam vult in finibus Germaniæ, quod mihi non fit veriſimile, cum hic verſemur in Italia. Vide Plinium 3. 11. & 3. 19.

Altarium... populus deduxit. Infra p. 136. tribuitur ejus deductio Auguſto. Unde quis ſuſpicari poſſit bis deductam fuiſſe. Niſi forte & hic ſcribendum ſit *Auguſtus deduxit*, ut eſt in uno MS.

103. *Alliſe.* Unus Codex habet *Allia.*

ſine colonis. Idem habemus in *Formias, Privernum, Venafrum.* Suſpicor autem Frontinum, ſive eum unde hæc excerpta, in hujus coloniæ deſcriptione non narraſſe qui cujuſve generis coloni deducti eſſent. Quod cum bonus vir cui hæc debemus enarratum non legeret, non ſecus ac ſi nulli fuiſſent coloni, chartæ illevit, *ſine colonis.* Id ſi non ſit, nihil eſt quod hac de re ſuſpicare veriſimilius poſſim.

Calagna. Cum hujus nominis urbs apud alios Auctores non occurrat, cenſuit Lucas Holſtenius hic legendum *Calatia*, atque duas ejus nominis in Italia fuiſſe urbes. Unde nec mirum ſi bis hoc nomen hic occurrat. Verum cum

videam

videam deſcriptionem quam hic habemus etiam ſupra eſſe in *Anagnia*, ego vitioſe ejus coloniæ nomen hic expreſſum opinor, meritoque deleri poſſe.

p. 104. *milites legionarii deduxerunt.* Alius codex habet *milites regionarii.* Sed ſive legionarii, ſive regionarii legendum ſit, certum eſt militum non eſſe colonias deducere. Et verba hæc ſequentia, *quiſque pro ut occupavit tenet*, hæc inquam verba, id plane deſtruunt. *Deducere* enim ſemper eſt ordinis exactiſſimæ: *occupare* tumultuariæ plerumq; audaciæ. Negari tamen non poteſt multa milites ſæpe ex occupatione tenuiſſe. Nam præterquam quod hic habemus, legitur & infra p. 110. *Cætera pro ut quis occupavit poſteriore tempore cenſita ſunt.* Et Imperatores Honorius & Theodoſius l. 1. C. Th. de rei vind. *Quisquis armatæ militiæ ſtipendiis munitus in ſolo publico vel ædificium aliquod conſtruxerit, vel ſeptis quibuſlibet ſpatia certa concluſerit, perpetuo jure & firmo dominio ex generali noſtra auctoritate poſſideat.* Verum has occupationes cum aſſignationibus non eſſe confundendas vel id indicat quo priori loco adductum a nobis eſt. Nam cum dictum eſſet, diverſis aut *variis locis menſuras actas eſſe*, ut aſſignaretur, ſubjiciuntur ſupraſcripta verba: *Cætera pro ut quis occupavit poſteriore tempore cenſita ſunt.* Cætera, nempe quæ non ſunt diviſa, ſed in ſoluto relicta, ea ſunt occupata & poſterius conceſſa poſſidentibus.

Cereate. Legendum ſuſpicamur, *Cære ante Mariana*, quoniam ſequitur: familia Marii obſidebat. Et in MSS. diſertim legitur *Mariana*, non *Marina*, ut in excuſis.

105. *Ager ejus eiſdem aſſignatus ſine lege.* Quod judicavi ante de coloniæ deductione abſque colonis, idem & hic nunc judico de coloniæ deductione. *ſine lege.*

In jugeribus aſſignatur, in laciniis aut variis locis, cum tam anguſtæ ſunt convalles quæ culturam patiuntur, ut integræ centuriæ ibi explicari non poſſint. Et hinc eſt infra aſſignatum *in jugeribus interciſivis*, id eſt quæ interciduntur montibus aliiſve locis ſterilibus. Si tamen laciniæ ſint ſatis amplæ, quin etiam juſtis centuriis aſſignationes fiant nihil prohibet. Quod & factum alibi docet colonia Affile.

terminis ſiliceis & Tiburtinis. Legendum *Ciliciis & Tiburtinis.* Infra in *Albenſis ager: Terminis Tiburtinis qui Cilicii nuncupantur.* Nomen quippe ſortiti a Cilicio Saturnino, centurione per quem menſura acta.

militis merito. Al. *metyco.* Lege, *metœco.*

p. 107. *ob conſecr. Nervæ.* Legitur etiam, *Minervæ.* Sed nos ſcriptum fuiſſe opinamur, *ab conſecratione Minervæ.* Id eſt ab eo tempore quo Minervæ ibi conſecratio facta fuit.

p. 108. *metycis.* Lege ut ſupra, *metœcis.*

poſt tertiam obſidionem. Obſidere idem etiam eſt quod obtinere. Ut Cic. *Vim regiæ poteſtatis obſidebat dictatura.* Et ſic interpretandum hunc locum opinor. Nempe limitibus Julianis aſſignatum eſſe agrum poſtquam alii coloni eum ter aliter obtinuerant poſſederantque.

p. 111. *Proportionales* ſcilicet termini, non limites, quia tales nulli ſunt, quamvis id videatur Exercitatori Pliniano p. 141. Imo quia nulli prorſus limi-

limites in ipſis reperiuntur centuriis. Hi autem termini mittunt quidem non limites ſed lineas, quibus æquis portionibus ſive centuria, ſive accepta, aliave quæ menſura dividitur. limitem tamen ut dictum, nec facit, nec deſignat. Cujus rei exemplum habemus in centuria quadrata jugerum cc. quâ illa proportionalibus dividitur in partes ſexdecim, omnes ſibi æquas: Similiterque miles ſi forte inter tres quatuorve liberos acceptam per terminos æquis portionibus diſtinxerit, proportionales illi vocabuntur, atq; etiam comportionales. Intereſt autem inter proportionales & comportionales, ut inter genus & ſpeciem. Nam comportionales ſunt propriæ ſociorum ſive cohæredum quos illi unius acceptæ ſive portionis ſeparandæ gratia poſuerunt: proportionales cum hi, tum etiam reliqui, ut quos in centuria ſuperiori poſitos diximus. Hos autem Proportionales non limites eſſe præſens hic locus quam maxime evincit. Hi quippe hic dicuntur *cuſtodire lineas conſortales*. Quod enim lineam cuſtodit linea id ipſum non eſt, multoque & minus limes.

112. *Proportionales ſunt, & intercisivos limites ſervant.* Fateor me ita prius legendum exiſtimaſſe, pleroſque codices ſequutus, nec ratione penitus excuſſa. Alii tamen habent, *& inter ſe ſuos limites ſervant.* Quod quamvis rectum non ſit, non magna tamen mutatione hinc fieri poteſt: *& inter ſe ſuosve milites ſervant.* Atque ita ſcriptum fuiſſe opinamur. Nam inter ſe hos terminos lineaſque quas mittunt ſervant milites, ſi tres pluresve ſimul unam ſortem tollant. Quod & fieri conſueviſſe notat Hyginus p. 191. Inter ſuos, *ſi veteranus*, ut notat Aggenus pag. 51. *filiis ſuis unam poſſeſsionem dividens in tres aut quatuor portiones, terminos voluit inter eſſe.*

p. 115. *foſſæ inter rectæ.* Legendum, *interjectæ:* quæ foſſæ p. 135. vocantur *interjecturæ.*

priuſquam oppugnaretur. Stultum eſt cogitare aſſignari poſſe agrum priuſquam oppidum captum, ſtultius priuſquam oppugnatum eſſet. Scriptum ergo ſuſpicamur, *priuſquam oppidum ſuppleretur*, ſcilicet a D. Auguſto. *ager ejus militibus eſt aſsignatus ex lege Iulia.*

p. 118. *multa loca hæreditaria.* Non dubito legendum, *ultra loca hæreditaria.* Deſignatur enim accepiſſe hæc colonos quæ in ſoluto erant in montibus. Et ſic emendandum erit quoque p. 121. 125. 135. 142. Nam hæc non acceperunt hæreditaria, ſed jure ordinario poſſidenda. Quæ autem ſint hæreditaria diximus in indice. Adde Hyginum pag. 195.

pag. 119. *tribus limitibus eſt aſſ.* Sic pag. 143. *Agri eorum tribus limitibus ſunt aſsignati.* Et p. 145. *In tribus limitibus aſsignatus.* Quis autem hic ſit ager qui tribus limitibus eſt aſſignatus, ſola conjectura colligere licet. Eum nimirum, qui tribus diverſis locis, diverſa limitum rectura ſit aſſignatus.

variis locis limitibus intercisivis. Limites interciſivos eſſe diximus alibi, qui intercidu ntur montibus, aliove ſoli genere quod culturam non patitur, nec tamen alio diverſove incedunt rigore vel ductu, ut alii de quibus ſtatim egimus. De his limitibus intelligendus hic Hygini locus. *Quædam* coloniæ *propter aquæ commodum monti applicantur, quarum æque Decumanus maximus & Cardo*

maximus relictis locis interciditur, ita ſi trans montem coloniæ fines perducantur. Quamvis enim hi limites relictis locis intercidantur, cum tamen eodem incedant rigore, iidem eſſe intelliguntur.

124. *per montes autem foveas.* Nempe ſiccas, quæ eædem cum cavis.

125. *Teramne.* Pro *Interamne.* Ut Lubra pro Ulubra, Spania pro Hiſpania. &c.

128. JULII FRONTINI SICULI. Nihil certius eſt quam Siculi nomen Frontino non convenire. Quapropter nihil eſt veriſimilius quam hæc tum è Frontino, tum è Siculo eſſe excerpta, legendumque: JULII FRONTINI ET SICULI.

In lapidibus &c. Horum pleraque leguntur ſupra p. 63. & 64. ſub nomine Aggeni.

in agris metiendis & aſſignandis advoc. Hæc non cohærent, & ex ſequentibus liquet ſcriptum fuiſſe hoc ſimilive modo: *In agris metiendis & aſſignandis* & menſoris judicium intervenire debet, & *advocatio præſtanda eſt.*

judicandi gratia. Ex Aggeno liquet legendum eſſe: *judicandi officium hominem & artificem exigit egregium.*

130. *oppidanis deducta.* Mirum ſi non deſignare voluit Nepenſibus jus civitatis datum fuiſſe. Quomodo enim oppidani in ſuam ipſorum civitatem deducentur?

p. 131. *Cæteros normales*, id eſt rectos cenſuerunt, quales limites & nominantur p. 135. & alibi. Ut legendum hic ſit, *quorum longitudo per rigorum curſus ſervatur*, qui & ipſi recti. Nam de rectis finibus hic agi manifeſtum ex iis quæ præcedunt. Prius enim dictum erat ſecundum *naturas locorum Artifices agrum cenſuiſſe, riparum & coronarum naturam ſaxis ſignantes.* Poſt vero, cenſuiſſe *cæteros normales.* Confirmatur idem eo quod pag. 150. dicitur, *Antiquos menſuras agrorum normalibus longitudinibus incluſiſſe.* Ut & eo ipſo quod eſt p. 177. *Ex hoc in rectum rectam lineam ejiciemus, hoc eſt normaliter.* v. indicem noſtrum in *Enormis.*

Imperatoris in ſexag. Alio MSto *Imperatoris Tiberii Cæſaris prout occupavit miles.*

134. *diriguntur. Sunt.* Idem MS. *dirigunt curſum. Termini aliqui ad diſtinctionem numero poſiti ſunt, & al.*

p. 135. *in abſoluto tenebatur*, nullis diſtinctus ager limitibus, ſed per extremitates menſura tantum comprehenſus, de quo egit Frontinus p. 38.

139. *Quinquagintiviris.* Veriſimilius eſt Scriptum fuiſſe, *Quinqueviris.*

p. 141. *obſidionem.* Vide quæ notavi ad p. 108.

p. 143. *Trointanis.* f. Truentanus.

p. 144. *interjectis locis.* Et ſic ſupra p. 141. & paulo poſt in *Ager Corfinius.* ſunt autem interjecta loca, quæ reliquerunt Auctores inter lacinias diviſas & aſſignatas.

p. 145. *Herdona. Auſcinus.* Forte, Herdonæ. Auſculinus.

p. 147. *Certa loca.* Imo deſerta loca pro finibus ſunt.

Tumor terræ. Qui eſſe poteſt vel Botontinus, vel arcæ ſpecies, de qua alibi.

in terra voratos. Cum integræ urbes voragine abſorbeantur, non mirum ſi

& termini terra dicantur vorari, qui pondere ſuo in molli ſolo longinquitate temporis ſubſidunt, ut nullæ eorum partes appareant. Non ſine ratione tamen dubitari poteſt, an ita ſcriptum ab auctore fuerit, & an non legendum ſit, *interpolatos*, vel *inter notatos* aliudve quid ſimile.

p. 149. *Propoſitionales* nulli ſunt termini vel limites, ſed termini ſunt proportionales, de quibus & egimus ad pag. 111. Exercitator Plinianus pag. 678. *portionales* comminiſcitur, noſtris incognitos.

& inter ſe ſuos &c. Vide quæ notavi ad pag. 111.

p. 150. HYGINI AUG. LIB. Lipſius 1. Elect. 15. *Eum Hyginum aliqui referre videntur ad ætatem Auguſti: ego clare colligo vixiſſe eum in imperio Trajani. Nam ſcribit ecce ipſe: Nuper quidam Evocatus Auguſti, vir militaris diſciplinæ, profeßionis quoque noſtræ capacißimus, cum in Pannonia agros ex voluntate & liberalitate Imperatoris Trajani, Auguſti, Germanici aßignaret. Nominat Trajanum, ut vides, & ait, Nuper.* Quod eodem argumento collegiſſe etiam Volaterranum notat Vinetus ad vitam C. Julii Hygini, deſcriptam a Suetonio. Attamen Petrus Faber 2: Semeſt. 4. & Seldenus 3. de Synedr. 16. cum Auguſti libertum etiam vocavere, ſed abſque ratione. Quamvis enim habeat non infimæ notæ codex adſcriptum AUGUSTI LIBERTI, alii tamen tres hoc non agnoſcunt. Habet enim unus eorum ſolummodo: INC. HYGINI CONSTITUTIO. Alius, INCIPIT HYGINI CONSTITUTIO LIMITUM. Tertius denique: INC. LIB. HYGINI GROMATICUS. quo nomine & hic liber aliis citatur.

Duocimanum: Ita vocatum hunc terminum res ipſa indicat, *quod terram dividat in duas partes.* Ut hic noſter ipſe commemorat, & etiam dicitur pag. 215. Et poſtquam ita emendandum cenſueramus è conjectura, in MSto poſtmodum ita exaratum invenimus.

p. 151. *quare a decem potius quam a duobus.* Hæc gloſſa videri poteſt.

duo viginti. Annotaverat Scaliger in ora libri ſui: *duiginti*, quod & aliis placuit.

limum cinctum ideo d. Ut confirmaret *limitis* originem a *limo* eſſe, ſubjungit, veſtem quoque quæ *limus* appellatur, quæque *cincti* eſt ſpecies, a limo id eſt obliquo, nomen traxiſſe. *Cinctus* vero, ut nos docet Porphyrio, eſt *genus tunicæ infra pectus aptatæ.* Hujus ſpecies eſt *limus*, quippe qui ſecundum Servium *eſt veſtis qua ab umbilico uſque ad pedes prope contegebantur. Hæc autem veſtis, habet in extremo ſui purpuram limam, id eſt, flexuoſam, unde & nomen accepit. Nam limum obliquum dicimus.* Ita enim habet & editio Petri Danielis, quæ omnium perhibetur optima, ſed quæ tamen & hic mendo non caret. Legendum enim omnino cenſemus, *uſque ad pedes popæ contegebantur.* Tali enim habitu popæ in antiquis marmoribus effigiantur. In deſcriptione *limi* hinc non abit Iſidorus 19. Orig. 22. Nam is illi ibi eſt *veſtis quæ ab umbilico uſque ad pedes producitur.* Addit autem: *Hæc veſtis habet in extremo ſui purpuram limam, id eſt flexuoſam, & inde nomen accepit.* Quorum autem veſtis illa ſit ibi non additur, verum 13. Orig. 14. & 19. Orig. 33 ſervis publicis id veſtimentum tribuit, qui tamen locus uterque merito laborare vitio videtur. Prior enim ita legitur: *Hinc & limus vocabulum accepit, cingulum quo ſervi publici cingebantur obliqua purpura.* Poſterior: *Lunus eſt cinctus quem publice habent ſervi. Et dictus lunus quod tranſverſas habet* pur-

purpuras, id eſt lunas. Ita enim habent editiones, etiam optimæ. Sed legendum omnino loco priori: *Hinc & limus vocabulum accepit cinctum, quo ſervi* &c. Poſteriori vero: *Limus eſt cinctus, quem publice habent ſervi. Et dictus limus quod tranſverſas habet purpuras.*

habebant: item limina. Scriptum forte: *habebant: inde item limina.*

Secundum antiquam conſuetudinem &c. Hæc plane cum ſuis nævis, ut edita prius, tranſcripſit Seldenus 3. de Synedr. 16. ubi multa de templorum conſtitutione & converſione ad Orientem. Quod & tractarunt qui ex profeſſo de templis egerunt, quorum ſcrinia non compilo. Hoc tantum addam, Leonem de Nativit. 7. graviter reprehendere morem illum convertendi ſe ad Orientem, ut qui a ſuperſtitione originem traxerit.

antiqui architecti in Occidentem. Infra p. 215. *Architecti delubra in Occidentem recte ſpectare ſcripſerunt.*

Solem ſunt ſeq. Plin. 18. 17. *Meridiem excuti placet, qui ſemper eſt idem. Sol autem quotidie ex alio & alio cæli momento, quam peridie, exoritur.*

p. 159. *dixerim.* Vitioſe excuſum, pro *dixerint.*

tantum. Scilicet pecuniæ, quantum militibus præmii ergo eſſet erogandum.

militum incremento. Nempe bellis civilibus.

pro emerito, Intellige, milite. Emeritum tamen & emeritorum præmium. v. l. 3. § 8. & 12. ff. de re militar.

p. 160. *Ferunt quidam* &c. Bene quod ita ſibi cavit, vereor enim ut verum ſit quod hic refertur de centeſima hoſtium congreſſione. Quæ de expletis militum ſtipendiis refert Dion nota ſunt, & aliis etiam notata.

centeſima hoſtium congreſſione. L. Siccius Dentatus dicit apud Dionyſium Halicarnaſſ. ſe militaſſe annis XL. centies & vicies dimicaſſe in acie, XLV. ſe vulnera accepiſſe adverſa. quod illi peculiare.

congreſſionum mult. obl. Notat tamen Sareſberiens. 6. Policrat. 15. ſignis collatis bis & quinquagies eum dimicaſſe.

recuſantes &c. Quod factum cum Italiam Pompejus reliquerat, redegeratque Cæſar Hiſpaniam in poteſtatem. Et iterum poſtquam Dictator ex Ægyto Romam rediiſſet. Quod eodem ſucceſſu fecit & Auguſtus. v. Dion. & Suet.

p. 164. *Nam colonia omnis quatuor perticæ regiones continet.* Nihil verius. Nam Decumanus & Cardo maximi omnem perticam dividunt in quatuor regiones. Sed hoc non eſt quod voluit aut ſcripſit Auctor, ſed illud: *Nam colonia omnes quatuor regiones continget.* Cum ſcilicet maximi Decumanus & Cardo à civitate oriuntur.

p. 170. *Spiritu ſuſtineri*, Ex mente Platonicorum.

p. 171. *intervallum eſſe* &c. Somnium hoc de cœlorum concentu & muſicis orbium diaſtematibus Pythagoras poſteris tradidit. De quo videri poteſt Cicero, Macrobius, Cenſorinus, Chalcidius, Achill. Tatius Iſagog. cap. 17. Ambros. 2. Hexamer. 2. qui hoc commentum ibi refellit.

p. 172. *in ſex partes.* Hæc gloſſa eſt, quoniam ipſe infra, ut & Virgilius quem in partes ſuas advocat, quinque tantum agnoſcit. Quanquam non in-

ter omnes conveniat, an quinque an autem ſex ſint conſtituendæ. Nam ita Achilles Tatius Iſagogicorum cap. 31. Primus de Zonis Parmenides dicere inſtituit, de quarum numero magna diſſentio eſt. Nam alii ſex numerant, ut Polybius & Poſidonius, qui torridam in duas dividunt. Quinque maluntalii, è quibus & Eraſtoſthenes, & nos iiſdem ſubſcribimus.

infraire. Codex MS. *intrare.* Unde *itare* ſcribendum duximus. Vitioſe in margine excuſum eſt, *iterare.*

p. 178. *perpetuos limites*, quibus contrarii ſunt intercìſivi, de quibus nos in Antiquitatibus agrariis.

p. 186. *ne coloniæ ullam* &c. Legendum, *nec coloniæ ullam munificentiam deberent, ut ſi eſſent* &c. Infra p. 206. *In eos qui redditi erant veteribus poſſeſſoribus juriſdictio ſalva eſt eis, ex quorum territorio ſumpti erant agri.* Et p. 208. *Quos dominos in poſſeſſionibus ſuis manere paſſus eſt, eorum conditionem mutaſſe non videtur. Nam neque cives coloniæ accedere juſsit.* Id eſt, coloniæ juriſdictioni non ſubjecit.

ad ipſam urbem &c. Quia territorii & urbis, ut alibi demonſtravimus, unum eſt tantum corpus, quamvis duo ſint membra. Diverſum eſt ſtatuendum de eo quod Ordini Coloniæ datum erit. quoniam hic a Colonia diverſam habet arcam, qua recunduntur quæ *Ordinis utilitati proficiant*, ſive *Curiæ commodis cedant.* ut eſt l. 1. C. Th. De bonis decurion. At cætera habentur, *quo poſsit civitatum reparatio procurari*, ſecundum l. 1. C. Th. de publ. poſſeſſ. civitatib. reſtit.

p. 187. *Ex hoc apparebit hæc ad Ordinem pertinere.* Hæc gloſſa videri poteſt.

p. 190. *nomini.* Vetus inſcriptio.

DD. NN.
AETARN. IMPP.
C. AUR. VALER.
IO. IOVIO. DIO
CLETIANO. ET
M. AUR. VALERI
O. ERCULEO.
MAXIMIANO.
PIIS. FEL. SEMPER. AUGG.
TERMINUS. INTER.
PACENS. ET EBORENS.
CURANTE. P. DATIANO.
V. P. PRAESIDE. H. H.
N. M. Q. EORUM.
DEVOTISSIMO.
HEINC. PACENS.

In averſa parte.

HEINC. EBORENSES.

aras

aras conſecrare debebunt. Tanquam tutori finium & vindici.

p. 191. *per ſingulas.* Supplevimus ex conjectura, *appellationes*, ſcilicet centuriarum.

p. 192. *immunitas*, hic opponitur aſſignationi.

quæ in aſſignatione ſunt conceſſa. Turnebus Adverſ. libris hinc collegiſſe videtur, ex collatione privatorum quandoque facta eſſe compaſcua, ſed minus recte. Nam quæ hic *aſſignatione* dicuntur *conceſſa*, è quibus *compaſcua fundi acceperunt*, non conceſſa fuere privatis, ſed Coloniæ. Vix enim ratio patitur, ut ex eo quod limitibus diviſum eſt privati aliquid in commune conferant, & tamen reliquum ſibi ſervent. Et ſi ratio permitteret, diſſuaderet tamen utilitas, lex apud omnes potentiſſima. Verum conceſſa, ex quibus fundi compaſcua acceperunt, ſunt quæ Coloniæ ipſæ à Conditoribus impetrarunt. Nam & hoc factum quandoque. Unde paulo poſt: *Si coloniæ conceſſa fuerint, conceſſa Coloniæ in ære inſcribemus.* De his ergo ipſæ etiam Coloniæ quid reliquere ſubinde fundis jure compaſcuorum.

fundi acceperunt. Ideoque jus compaſcendi ab his non recedit, mutato licet domino. Niſi aliæ conditiones ipſis compaſcuis ſint dictæ. Vide de his Scævolam in l. 20. ff. ſi ſervit. vind.

Libros æris & typum. Hic codices variant, ſed ita tamen ut hic excuſum, in teſtimonium hæc advocant Caſaubonus ad Lampridum, & Velſerus in Hiſtoria Auguſtana. Liber autem hic eſt, qui alibi Commentarius dicitur, quem a typo & forma differre diximus. Adeo ut Velſerus rem non videatur tetigiſſe, qui intelligit libros linteis deſcriptos ad exemplar æ nearum tabularum fuiſſe adumbratos.

p. 195. *intervenit.* CV. &c. Quamvis hæc turbata ſint turpiter, non dubito tamen ex conjectura reſtituere: *Interveniente* CV. PO. TR. P. SVP. Id eſt, *Interveniente Curatoris poteſtate traditio poſſeſſoris ſuppletur.* Et eſt veriſſimum. Tantum enim valet auctoritas publica in transferendo rerum dominio, quantum valet traditio poſſeſſoris vel domini, volentis rem ſuam alienare.

Aut ſi placebit. Nunquam in arbitrio Conditoris fuit, legem aſſignationis contemnere, & aliam quam quæ data ſit obſervare.

commalliolari debet. Suſpicor ſcriptum fuiſſe, *convallari debet*, id eſt vallis & ſtipitibus per lineam finitimam circuiri, atque ita agro limitato centuriiſque connecti.

ita ut ſupra dixi. His aliquid deëſt. Scriptum forte fuit, *Formas & quæcunque ad menſuras pertinebunt, ita ut ſupra dixi, non ſolum colonia, ſed & tabularium Cæſaris habere debet.* Hoc enim jam dixerat ſupra.

p. 199. Priores editiones formam ſcamni & ſtrigæ non recte expreſſerant, quoniam huic longitudinem, illi latitudinem dederant majorem quam oportebat. Peius etiam actum hic. Quum enim editiones illæ, ut debebant ſcamnum extenderant in latitudinem, in longitudinem ſtrigam, hic utrique eandem recturam videmus tributam.

p. 202. Schema hoc loco expreſſum eſt nugaciſſimum, ut plura alia, quod tamen Exercitatori Pliniano in ſuas Exercitationes transferre placuit.

pag. 203. INC. LIBER HYG. Quidam codices MSS. hæc non habent. Et certe Hygino non tantum digna non ſunt, ſed ne infimæ quidem ſortis homini, qui horum vel minutiſſima guſtarit.

p. 204. *Quæſtio ergo hæc eſt &c.* Hinc vel maxime liquet non hæc Hygini, neque periti alterius eſſe hoc ſive opus, ſive fragmentum, ſed ſcioli ineptiſſimi. Fingit enim quæſtionem moveri, utrum is limes qui maximo proximus eſt, vocari inſcribique debeat ſecundus, an vero ultra primum. Cum illud non niſi de limite, hoc non niſi de centuria pronuntiari ſoleat. Limes enim qui maximo eſt proximus ſecundus erit, verum centuria quæ eſt inter limitem maximum & ſecundum, ultra primum appellari ſolet. Quod noſter nugator non cæpit. Et tamen, ſi Dis placet, ſubjungit, unde eum compilatorem merito colligas, *ita idem capit hic.* Hyginus nempe, vel alius, cujus ſe mentem exprimere exiſtimat, à qua multis paraſangis aberrat.

pittaciis. C. Barthius 12. Adverſarior. 1. ex veteri Gloſſario: *Pittacia vel pittaciola, membrana vel membranula.*

p. 205. HYGINUS DE CONDIT. AGR. Fatemur hanc inſcriptionem in nullo manuſcripto nos inveniſſe, ſed quandoquidem in fine hujus ſcripti Auctor ipſe profiteatur: *Hæ ſunt conditiones agrorum quas cognoſcere potui*, & cum res ipſa loquatur, non agi hic aliis de rebus quam de Agrorum conditionibus, non peccaturum me opinatus ſum, ſi hunc titulum iſti fragmento, quod feci, præfigerem.

Quæſtorii &c. Hæc & quædam ſequentium excerpſit, & cum nævis ſuis in librum De veſtigalibus populi Romani tranſtulit Jul. Cæſ. Bullengerus, ſed ita ut oſtendat nihil horum ſe intellexiſſe.

quamve Ro. militum. Ex conjectura ita juſſimus imprimi, cum antea legeretur male divulſis literis: *quam vero militum.*

p. 206. *in aſſignationibus quibusdam incidere poteſt.* Quomodo id fieri poſſit diximus ad p. 192. Sed & incidere poſſunt inter aſſignationes, ubi eæ fiunt per lacinias variis locis.

deducebantur intra cent. p. 195. *Sortitos in agrum deducemus, & fines aſſignabimus.*

p. 208. *municipia quibus extra* &c. Sed tales nullas eſſe colonias diximus in Antiquitatibus agrar.

quæcunque loca &c. Vide Siculum pag. 18.

p. 212. Hæc quæque ſequuntur pro Hyginianis citat Exercitator Plinianus p. 7. & J. Gulielmius Laurenberg. Antiquario, in *Gamma.* Ego autem nec Hygini, nec cujusquam judico qui rerum harum ſit peritus. Quod colligere licet ex Spatula, Epetecticali, Canabula, Noverca, Aſpratili, Gammato, Decuſſato, Cultellato, aliisque pluribus, quæ prudens prætereo.

p. 215. FRAGMENTUM hoc legitur in MSto ſub nomine *Hygini de limitibus*; in alio, ſub *Julii Frontini Siculi.* Petrus Scriverius ex ſuo MSto præfixit nomen *Sexti Iulii Frontini v. c.*

ruſticam. Non dubito quin ſcripſerit Auctor, *aruſpicam*, quoniam ſtatim ſequitur, *Aruſpices orbem* &c. Scriverius, *Etruſcam*, minus recte meo judicio. Quoniam ſcribit Cicero de Divinat. Hetruſcos orbem diviſiſſe in partes XVI.

Ro-

Romanos vero in partes IV. ut deſcribitur hoc loco.

p. 217. *Optima ergo rationabilis agr.* MS. *rationalis*, quod rectius. Sic ſtatim infra: *ſine rationalibus lineis.*

extremæ centuriæ, extra menſuræ quadratum.

quæ non ſunt quadratæ. Quod fine territorii ne fierent quadratæ impediuntur.

rationabilis. Sic & infra, ſed al. rationalis.

ex acta converſ. Forte, *& alia conv.*

ubi prox. F. *uti pr.*

Principium artis &c. Hactenus actum erat de agris diviſis, ſed antequam minima hujus tractatus pars eſſet abſoluta, tranſilitur ad eos qui non ſunt diviſi, ſed per extremitatem inæquali clauduntur finitione. Ut hiatus hic non ſit exiguus.

ſola mobile habent ſpatium, eo modo quo Martianus Capella angulos dixit mobiles verbis ſequentibus. *Angulorum natura triplex eſt, nam aut juſtus eſt, aut anguſtus, aut latus. Iuſtus eſt qui directus ſemper eſt idem. Anguſtus autem acutus eſt, & ſemper mobilis. Latus autem obtuſus mobiliſque ſimiliter. . . . quæ mobilitas in lineis conſtat, cum majores minoreſque formantur.* Agri ergo ſolum, cujus extremitas flexuoſa & inæquali terminatur finitione, de quo hic agitur, ita mobile habet ſpatium. Quamvis ea linearum angulorumque mobilitas efficere non poſſit, ſi modo artifices à vero non deflectant, quin ſemper idem jugerorum ſit numerus, eademque menſoris enuntiatio.

218. *quadam voragine.* Codex opt. *quadam jacentis ſoli voragine, compluribus confragoſorum locorum inæqualitatibus.*

ad artis copiam. Al. *opem.*

quæ potius actus &c. Hæc abſque ope Codicis melioris reſtitui poſſe vix ſpes eſt.

agantur. Al. *cogantur*, quod rectius judicamus. Nam ſigna viſu coguntur, ut lapides compingi diximus Antiquitatum cap. XI. Sic ergo & hic *ſigna coguntur normaliter* ſive directe.

p. 220. EX LIB. XII. Quod diximus de libello *De coloniis*, non eſſe nimirum Frontini, ſed tum ex Frontino tum ex aliis excerptum, idem jure optimo de his me dicere poſſe arbitror. Eſſe ſcilicet & hæc excerpta ex Innocentio & forte non ſolo. Cui rei vel hoc ſufficere poteſt argumentum, quod inſcriptio ipſa indicet eſſe hæc EX LIBRO INNOCENTII XII. non autem librum Innocentii duodecimum. Cui accedit quod p. 238. in T. X. & Y. poſt literarum iſtarum explicationem, ſubjiciatur: *Hoc legitur.* Ita nimirum ſolemne fuit Bartolo aliiſque iſtius ævi ſcriptoribus, ubi legem quampiam in compendium redegerint hæc ſimiliave verba ſubjicere. A quo non longe abit quod p. 226. in R. & p. 232. in A. habemus: *Sicut Auctores expoſuerunt.* Et p. 226. in T. *Sicut Auctores conſtituerunt.* Auctores nimirum illi qui ita *conſtituerunt* & *expoſuerunt* non ii ſunt qui hic loquuntur, ſed quos ſcriptor inferioris ævi, & Bartolo forte coëtaneus, in compendium redegit, more illis temporibus conſueto. Cujus generis & hoc eſt quod legitur p. 22. *Sicut notis juris expoſitum eſt.* & p. 224. *Sicut in notis juris requirendum eſt.* Quæ

Inno-

Innocentii verba eſſe minime videntur. Fuit autem ille Innocentius inferioris ævi Juris conſultus ſimul & Agrimenſor, ut ex Eunapio & Ammiano Marcellino conſtat.

CASA quid ſit & quomodo *Caſalis* & *Caſalia* ab hac differant, in indice abunde demonſtravimus. Verum hoc hic tamen addendum putamus, has *Caſas*, ſive hos fundos de quibus hic agitur non videri diviſos & limitatos, ſed aſſignatos per profeſſionem veterum poſſeſſorum. Vt, *Illi fundus ille, qui fuit illius.* Unde neceſſe non fuit limitibus regionem territoriumve dividere & limitibus diſpertiri. Sed hæ poſſeſſiones, quæ ita fuere aſſignatæ, in forma litteris notabantur, & poſſeſſiones ipſæ iſtius nomen obtinebant litteræ. Unde ſtatim: *Talia ſigna in finibus habet Caſa quæ per iſtam literam nomen habuerit.* Limitatorum vero inſcribere formis nomina non erat neceſſe, quoniam iis ſua ex numeratione ipſa erant nomina quibus cognoſcebantur. Ut, *Vltra cardinem primum, dextra Decumanum primum: Citra Cardinem ſecundum, ſiniſtra Decumanum tertium*, & ita porro. Hæc ergo æri non inſcribere erat neceſſe, cum unicuique non nota eſſe non poterant. Sed, ut dixi, litteris inſcribebantur in ære aliæ, quarum expoſitio iis Auctorum Commentariis comprehendebantur, ex quibus hic excerpta habemus. De quibus & intelligendum quod eſt in Fragmentis terminalibus p. 148. *Quod Auctores in libro deſcripſerunt propoſitione literarum ad ſingula nomina fundorum, quæ expoſuerunt, ſine dubio erit obſervandum.* Et quod habent Cajus & Theodoſius p. 253. *Nec enim verecundum ſit frequenter ad Auctorum doctrinam reverti.*

ſuper ſe proximos. F. *ſuper ſe parvos.*

ſuper ſe alveum, qui currens. Ergo huic *Currens* idem eſt quod alveus ſive rivus.

circumdantes. Sic appellat fines fundum ambientes.

monticellos. Intellige non Botontinos, ſed colles, monteſve minores. Sic p. 231. *Inter vallen & vallem monticellus deſcendit, & de latere hujus monticelli alveus.* & p. 240. *Significamus colles, monticellos rigore ampliore.*

ſunt tales ſigna. F. *ſunt tales. Talia ſigna.*

de una parte limes. Quamvis hic mentio fit *limitis*, non proprie tamen hoc verbum hic exaudiendum cenſemus. Nam ager limitatus non ab una parte, ſed per omnem finium ambitum limites habet. Præterea, hic *Orientalis limes inæqualibus lineis cohæret:* at limitatus ager in ſingulis lateribus ſingulas tantum lineas habet, & quidem rectas. Quin & ejus lineæ ſunt parallelæ, anguliſque omnes connectuntur rectis, & ipſæ parallelæ ſemper longitudine ſunt pares. quod in his minime. Quoties igitur apud hunc Auctorem mentio fit limitis, de rigore hoc potius interpretabimur, qui ab aliqua parte ſit fundo, habenti ab aliis forte alveos, colles, monticellos, aliaque his ſimilia quibus finiatur. Aut ſi ullibi fit mentio limitum quorum juſta fuit latitudo, ut certe fit, eos potius actos fuiſſe exiſtimamus, ut uſum viæ publicæ præſtarent, quam limitum.

fines toti qui ſint neſcio, ſed *tortos* eſſe ſcio, quorum & alibi mentio. Quare & hic non *toti* ſed *torti* ſcriptum fuiſſe veriſimilius eſt.

p. 221. *Ita capitulum* &c. F. *Ita ad capitulum per notas*. Capitulum autem hic videtur initium unde Auctor fines caſæ incepit deſcribere.

Caſa in arce. Sic p. 223. *Arca trifinii in arcem poſita.* Id eſt in loco edito, quo fere hæ arcæ conſtitui fuerunt ſolitæ. Nam p. 224. *In monte arcam conſtitutam habet.* Et p. 226. *Habens ſuper ſe montem, & in monte arcam.* & ſic alibi.

quæ mittit, nempe lineam.

p. 222. *qui explaïus.* Forte, *qui & planus eſt.* Dorſum ſcilicet montis ſignificatur planum eſſe. Sic p. 261. *Planis dorſis quam maxime terminos poſuimus.*

fines tortas. Ita duo codices MSS. ut eſt p. 235. *Caſa quæ per G nomen habet tortas fines habet.* Al. *fines fortes,* quod minus placet, quamvis & infra in H. V. X. ſint etiam *fines fortiores.*

p. 223. *Caſa per H. nomen habens montem.* Forte, *nomen habens habet montem* &c.

per ſingula ſingulas. F. *per ſigna ſingula ſingulas.*

fines fortiores videntur, qui manu amoveri aut interverti non poſſunt, ut mons, collis, rivus &c.

permiſſa linea rectis collibus, eſt flexuoſa ut ipſi colles.

p. 224. *ex cohærentibus ſignis.* Hæc ſigna ſunt quæ conſtituuntur in rigore, & ubi viſu coguntur aut compinguntur cohærere videntur, unde nec mirum ſi *prolixiorem lineam habere* dicuntur. Eam enim non habent quæ *ad modum agri ſine rigore ordinantur.*

arca deſcendens dicitur, quæ de ſuperiore parte, qua conſtituta eſt, ad inferiora lineam mittit. Sic p. 243. *Terminus tranſit.* Et mox: *arca perget.*

extenſos, rectos & in longum protenſos.

pligorias lineas, ſive plegorias explicavimus Antiquitatum cap. 8.

p. 225. *liberi fundi,* qui nullis obligatur limitibus.

caſalis alio caſali conjungit, imo *conjungitur,* id eſt cogitur. quod fit ubi ſunt conſtituti in rigore.

limitem cohærentem, per ſigna. v. p. 224.

p. 226. *alveum & currens* Codices duo MSS. *alveum currens.* quod videtur rectius. Dixit enim ſupra: *Super ſe alveum, qui currens.* atque, *habet ante ſe alveum currentem.*

umectis locis. Sic l. 3. § 5. ff. ad l. Corn. de ſic. *Vmiliores ſolent beſtiis objici.* l. 45. ff. de injur. *Liberi umilioris loci fuſtibus ſubjiciuntur.* Et ita ſæpius H. abjicitur.

p. 227. *Lapides grandes in alveo.* Similiter ſcripſere Vitalis & Arcadius pag. 249. ſeſe *aliquoties in ipſo lavacro terminum poſuiſſe.* Et p. 233. *De ſiniſtra parte lapides grandes quæ in lavacro ſunt.* Quid autem ſit lavacrum diximus in Indice.

& duas ſerras habens cavas. Diximus in Indice *Serras* & cluſuræ genus eſſe, quod & verum eſt. Verum cum hunc locum propius inſpicio, videtur mihi mendo non carere, potiuſque ſcriptum fuiſſe: *& duas ſerra habent cavas,* lapides nimirum illi grandes qui locati ſunt in alveo. Nam hoc convenit probe cum iis quæ dicuntur pag. 265. *Terminus ſi inciſuram habuerit, rivum aut foſſatum ſignificat, aut fluvium oſtendit.* Et iterum ibidem: *Terminus ſi foſſulam habuerit lavacrum aut piſcinam ſignificat.*

De una cava. p. 230. & 233. *de una parte.* quod rectius.

Sacra paganorum. & ita p. 233. ſed pag. 237. eſt, *ſerra paganarum.* Quod licet rectum non ſit, ut neque præcedens ſcriptura, propius tamen ad veritatem accedit. Hinc enim conjicere licet legendum eſſe, *ſeria paginarum.* Id eſt, de una parte alvei jacere ſeriem fundorum quadrata forma, in modum paginarum.

mutabilis locus hic videtur qui uligine laborat aut inundationem patitur, unde neceſſe foſſis manu factis aquam influentem emittere.

in ſuis cæteris conſtituta. Pagina 238. *in ſuis ſociteri.* & p. 245. *in ſuis ſucitariis*, quod veritati propius. Fecimus enim inde, *in ſuis ſiccitariis*, quibus uliginoſum locum juvari par eſt. v. Columell. 1. 11.

duas aquas ſive duos alveos. Ei dicuntur p. 238. *duo rivora.*

p. 229. *collis rigorem.* Id eſt, qualemcumque collis inceſſum.

p. 230. *fines grandes atque compactiles.* De his diximus Antiquitatum cap. 8.

ſpatioſos non habet. Delenda eſt negatio.

fines aſpratiles. Proprie fines non ſunt *aſpratiles*, ſed lapides. pag. 231. *Caſales in ipſis locis aſpratiles ponuntur.* v. Indicem.

p. 231. *in trifinio qui habet decus* non locatur terminus, ſed in quadrifinio. Decus enim vel decuſſis quadrifinii nota eſt.

plumbatus atque ille cui *acutum cyprinum ſuper* impoſitum eſt qui ſit, dixi Antiquitatum cap. 11.

p. 232. *fontium ſublata ſtilla.* Imo, *non ſublata ſtilla*, nam tum *aquam currere violentius* neceſſe eſt. Eſt enim hic fontium ſtilla non aliud, quam fontium ſcaturigo.

gammatum. Hæc gloſſa inepta eſt, *limitis redeuntis.* quippe cum Gammatus nunquam redeat ad illum cardinem unde ierit. Erit ergo hic limes ſimilis litteræ Π.

ripa de alvarium. Scriptum oportuit *ripa de alvario*, ut alibi, *caput de aquila.* Sed ad hæc parum videtur attendiſſe ſcriptor.

pag. 233. *duas ſerras h.* Lege ut pag. 227. *Duas ſerra habent cavas.*

pag. 234. *fines rotundos habet.* Quod nunquam uſu venit in agris limitatis. Unde liquet aſſignatum hic per profeſſionem veterum poſſeſſorum. Et ſic p. 237. *finis rotundas.* Et p. 240. Item p. 230. *Fines compactiles non habet.* p. 222. *Fines tortas habet.* &c.

& furra aquivergiis. Lege, *& foris aquæververgens*, vel *aquivergium.* ut pag. 244.

p. 236. *forra aq.* v. quæ not. ad p. 234.

aream in mont. l. *arcam in m.* ſequitur enim, *ideo hæc arca trifinium facit.*

p. 237. *culta per mediam* &c. Legendum, *culta per media tria rivora deſcendunt.* p. 227. *tribus alveis deſcendens.* & p. 233. *tres rivi deſcendent.*

qui in albarum eſt. Quod hic albarum eſt, hoc p. 227. eſt *alveus* vel *alveum*, & p. 233. *lavacrum.* Vnde conſtat quomodo his vocibus uſus ſit hic noſter.

duas ſerras ab eo caba. Scribe, ut locis jam citatis, *duas ſerra habet cabas*, vel, *cavas.*

ſerra

ſerra paganarum. Lege, *ſeria paginarum.* Vide quæ noto ad pag. 227.

p. 238. *inter montem & montem albaria è coreo.* Forte *albaria decurrent.*

mutabilis locus &c. v. quæ noto ad p. 227.

p. 243. *aquam vivam in finem conſtituimus.* Hinc atque ex locis ſimilibus conſtat qui iſtorum librorum, qui tam turpiter ſunt tractati, fuerint auctores. Illi ipſi nimirum Conditores, qui & aſſignarunt, & finium conſtituendorum poteſtatem habuerunt.

limes qui currit pergens. id eſt rectus. Sic pag. 245. *Limes ejus pergens uſque ad rivum.* Hic autem aliqua videtur Limitationis facies, quæ ſupra nuſquam apparuit. Nam hic non tantum eſt limes pergens, ſed & Cardo, & Decumanus maximus.

p. 244. *ſignum de terra manibus factum.* Botontinus.

limes ejus circundatus, nempe terminis. Nam & ipſe *fundus* hic dicitur *circundatus* ſed *limitibus.* Sic & pag. 342. dicitur *limes incluſus* terminis, aut ſignis, æque ut hic *circumdatus.* Nam ſecundum veterem conſuetudinem terminos foras limitem ponebant menſores.


pag. 245. *Hæc fecerunt.* Hæc nimirum dicere vult compilator feciſſe Auctores, ſive hos fines conſtituiſſe.

ſucitariis. Diximus jam hic legendum, *ſiccitariis.*

habet aliam fontanam quæ interpretatur terminus curſorius. Eo falſius nihil cogitari poteſt. Quid enim commune habet fons fontiſve aqua cum termino? aut in quo ei aſſimilatur?

p. 247. *ſi duo in unum.* De his diximus Antiq. c. 11. v. etiam quæ dicemus ad p. 261.


ſi in modum colubri &c. Quod & alibi monui figuras pleraſque ab hominibus imperitis auctorum verbis ſubjectas, id etiam hic evenit. Talem enim exigunt verba qualis ſequitur.



p. 248. *menſales vocantur.* Quia ſuperior eorum facies menſam refert.

intra ametra. Scaliger in ora libri annotaverat *metra ametra.* Cujus videtur ei ratio fuiſſe quia ponerentur juxta Flumina, quæ metam ſibi poni non paterentur, ſed aliis metam præfigebant ipſa.

trapeadi. Ab eodem Scaligero annotatum etiam fuit: *trapeziæ*, quod & rectum videtur. Totum autem hunc locum ita conſtituendum judico: *Termini majores qui juxta flumina poſiti, menſales vocantur: alii baſes eos dicunt, alii autem metra ametra, in quibus conſtant menſulæ à qua Trapeziæ vocantur, & in modum pilæ imæ eos poſuimus*. Sic enim res exigit, nec neceſſe hic *de platumis* nugari, quæ huic loco non conveniunt. Referunt enim hi termini pilæ imæ partem ſive ſtylobatæ, quæ etiam baſis Vitruvio vocatur. Cujus hæc erit forma.



249. *pentagoni vocantur*. Imo, *trigoni*, quoniam triquetram dant figuram.

ſed in quadrifinio. Lego *ſed* qui *in quadrifinio*.

AUCTORES diviſionis aſſignationiſque, quorum & erat limites conſtituere. Unde apud Innocentium: *Secundum conſtitutionem quam conſtituerunt auctores de aliis partibus*. Et rurſus: *ſicut auctores conſtituerunt*. Item Cajus & Theodoſius: *Reverti ad auctorum ſublimitatem jubemus, & quod juſſerint obſervetur*. Similia alibi plura ſunt alia. Non ſunt ergo Agrimenſores.

Lavacrum. De hoc loco ſententiam diximus in indice.

p. 250. *terminus dici non poteſt eo* &c. Hinc videre eſt quam licenter in hos Auctores homines perditi fuerint graſſati. Nam quis ſanus ſomniavit terminum inde eſſe dictum, *quod tres pedes non integros habeat*? An non legere potuit hic mortalis, quiſquis fuerit, eſſe noſtris etiam *terminos quinquepedales*, & item *rotundos in effigiem columnæ, qui Auguſtei dicuntur*?

termetis. Rectius forte legetur *terminis*, à *termen*, unde ſæpe, præcipue in MSS. occurrit, *terminibus*.

p. 251. *epetecticales*. De his in antiq. ut & de *reprobo*, qui ſequitur.

hemicyclares, ſemicirculi formam referentes.

p. 252. *ſi nullum ſignum habuerit*. Nullam inſcriptionem.

ipſæ acies ext. Hic videtur aliquid deeſſe, quoniam inperfecta hæc oratio. Nam ſi latera limitem demonſtrant, neceſſe eſt ut acies termini extendantur in angulos centuriarum. Quod ſane hic dictum fuiſſe opinor.

tubulum in modum curſorii. Alterutrum verum eſt, ut legere debeamus *tutulum*, vel ut hæc verba, *in modum curſorii*, tanquam ſpuria tollamus. Curſorius

rius enim terminus eſt, ut alibi diximus, quadratus in acumen deſinens. Et hinc p. 141. junguntur, *quadrati curſorii, ſpatulæ & mœtæ.* qui omnes in eo conveniunt, quod ſint acuminati.

rectam ſerram. ſic p. 260. *Rectam ſerram ſequeris.* De ea in indice.

p. 253. *in finem conſt.* Non ut finis ipſi eſſent, ſed ut finem ſervarent.

juniorem. Ita plerique codices, alii tamen *minorem.* quod forte & rectius.

conſecravimus. Sacrificio facto, ut terminis ſolemne, conſtituimus.

picatos. al. *ſpicatos.* de quo in Indice.

ideo II. S. ped. Eadem ſcilicet ratione quæ eſt p. 250. *quod tres pedes non integros habeat.*

254. *Tiburtini.* De hoc lapide v. Vitruv. 2. 7. Iſidor. 19. Orig. 10.

tofinei. Tophus ſoliditate ſaxo lapidive cedit. Vitr. 2. 6. *Mollior quam tophus, ſolidior quam terra.* Vide Agricol. 4. De ortu ſubterr. 16.

igniferi. Exercitatori Pliniano p. 717. ignifer eſt ex quo ignis excuti poteſt. Sed idem excuti etiam poteſt ex ligno, & quis illud propterea vocavit igniferum? Et cur non amplectimur potius interpretationem quam hi auctores ipſi nobis ſubminiſtrant? ſiquidem eſt p. 305. *ſi mixtam venam habuerit ignifer nomen habet.* Mixtam nempe venam ignem referens, igneumve colorem habens. Et ea ratione Lucretio, Senecæ, poetiſque aliis Æther & Olympus *ignifer* vocatur, quod ignes in eo ſplendeant, non quod ignis ex eo excutiatur.

ſpatulæ curſoriæ. Id interpretor de ſpatulis quæ in curſoriis ſunt. Nam aliqua etiam videtur differentia inter ſpatulas & curſorios, quod p. 141. diſtincte recenſeantur *quadrati curſorii, ſpatulæ, & mœtæ.*


Monumenta &c. Vide de his p. 347.

regammantibus &c. Regammans linea & percurrens rigor plane ſunt contraria. Nam regammans linea non percurrit, ſed dextrorſum aut ſiniſtrorſum ſe flectit, percurrens rigor à rectitudine nuſquam abit.

255. *alii gammati.* Ipſi lapides Gammam non referebant, verum ſive rotundi ſive quadrati fuerint, ita poſiti fuere ut eorum poſitio & collocatio finem gammatum vel efficeret, vel indicaret.

VEGOIÆ. Hunc Barth. 29. Advers. 1. Vegetium dictum putat, ſed nomen ita fuiſſe detortum à Barbaris. Verum nullo id argumento.

p. 257. *ſunt & alii pontes* &c. Hi pontes, cum ſint in vicinalibus & privatis viis, quæ publicis uſibus non patent, merito illorum alvei vallantur, ſive vallis ſudibuſque ita muniuntur, ut non alii tranſmittantur quam quibus illorum uſus debetur. Quod ergo Siculus dixit albi: *Servos huic negotio ad tranſmittendum populum applicant:* id & ſuo modo hic locum habuiſſe poteſt. Applicatos nimirum fuiſſe his pontibus ſervos qui vicinos tranſmitterent. Aut ſingulis forte vicinorum fuere etiam claves quibus munimen illud vallorum aperirent. Unde & ſcribendum conjicimus *vallantur,* non *variantur,* ut vulgo habent codices. Atque adeo ut id magis credam facit Codex cum MSto Colonienſi collatus, cui hoc loco manu appoſitum erat ſchema inſraſcriptum, quem Monaſterio ad me tranſmiſit humaniſſimus Bernhardus Rottendorff.



propter quod &c. Alterutrum nempe fit, ut aut poſſeſſores ipſi per vices aquæductus purgent, vel ut nemo eorum hoc faciat, ſed præſtent omnes levia quædam tributa, rivorum repurgandorum gratia.

pergentes, ſcilicet fines aut lineæ. qui ſupra, *percurrentes rigores*.

p. 258. *aſsignavimus*. al. *ſignavimus*.

maxime quia centurias claudit. Ratio inepta. Nam limites maximi proprie centurias non claudunt, quoniam incipiunt ab his centuriæ, quæ clauduntur limitibus ſequentibus. Et ſi volueris, etiam centurias claudi Maximis, cur magis id præſtabit Decumanus quam Cardo? Orientalis quam Sextaneus?

IDEM. Quis hic Idem non liquet, quamvis hoc liqueat impoſtorem eſſe ſummum. Nam Ethnicum ſe fingit, cum dicit, *damnabitur a Diis*: & interim Chriſtianum ſe prodit cum dicit: *Sciens terrenam cupidinem: Diſciplinam pone in corde tuo: Prope octavi ſæculi*. Hæ quippe formulæ non alibi quam apud Chriſtianos inveniri ſolent.

prope noviſsimi octavi. Scribendum, *prope octavi*, quippe cum *noviſsimi* Gloſſam eſſe opinemur. Nam Veteres numeravere ſeptem ſæcula mundi hujus à cæli & terræ creatione, uſque ad rerum conſummationem & reſuſcitationem ex mortuis. Octavum autem ſæculum quod poſt hæc futurum eſt. Ita nempe Damaſc. 2. De fide orthodoxa cap. 1. Prope igitur tempus octavi ſæculi hæc dicit futura.

Si ſervi &c. Romanos ſuperſtitioni ita fuiſſe deditos ut nulli potuerint magis, & verum eſt, & notatum etiam eſt Polybio, aliiſque. Sed hujuſmodi terriculamenta iis etiam incognita, quæ hic Vates motoribus terminorum præcinit.

caniculis. Decretorium uvis ſydus Caniculum appellavit Plinius.


p. 259. AUGUSTUS. Arcadius de quo hic ſermo idem procul dubio eſt de quo pag. 249. Qui cum ibi nec Auguſtus fuerit, nec hoc loco ut ſit conveniens eſt.

p. 260. *beneficium*, cujus hic mentio, eſt commentarius quo Auctor explicat rationem aſſignationis à ſe factæ.

p. 261. *alios rotundos*. Ut ſupra diximus de terminis gammatis, ita hic dicimus hos terminos non fuiſſe ipſos rotundos, ſed ita poſitos eſſe, ut ſua poſitione fines deſcriberent rotundos. Poſitura enim fuit *ſecundum formam agri*.

p. 261. *talia ſigna conſt*. Hinc plane liquet hæc, ut & præcedentia, non eſſe quam vel excerpta vel fragmenta.

tres in unum, hoc quo infra ſcriptum eſt modo.



Si fuerit arca &c. Ut hic demonſtratur quis Arcæ fuerit uſus & ſignificatio, ita inde colligi poterit quis quæve fuerit trium terminorum in unum, atque item duorum in unum.

pag. 265. *Saltum dat*. Sic ſæpe apud Ovid. 2. Met. *Vacuos dat in aëre ſaltus*. 3. Metam. *Undique dant ſaltus*. Et ibid. *Doque leves ſaltus*.

maritimi limites fient. Imo, *tranſient*. Sequitur enim: *& Gallicus, impinget*, ſive non tranſiet.

Succumbum. Baſis figuram habens quæ ſcapo ſubcumbit. De quo termino diximus in Indice, atque etiam ad pag. 248.

Si aliquid fictum. v. Antiq.

p. 266. *tres petras*. Sic p. 308. Terminos autem hos fuiſſe puto *non dolatos*,

tos, quales habemus p. 305. ſunt & p. 247. *Petræ taxatæ non perdolatæ a ferro.*

p. 266. *Biſurcium.* v. Indicem in *Sanartia.*

cibiamellus. Scaliger: κυκίμηλος.

Si olivaſtellum &c. Forte: *Si olivaſtellum inveneris unum in terminum, demonſtrat aquam vivam, & convallia loca ſignificat.* Pag. ſeq. *Olivaſtellum in fine pro termino invenies.*

cubitos. Id eſt angulos.

pag. 270. *Quales ter.* Videtur ſcriptum fuiſſe: *Inæquales terminos conſtituimus; alibi quidem politos, eſt ubi* &c.

in rigore & in latere limitis. Quod fit ubi limites ſunt duorum ſcamnorum, de quibus in Antiq. diximus. Alibi enim non niſi foris ſive in latere ponuntur. p. 273.

hoc eſt dolatiles. Gloſſam ſapit. Neque enim hi ſoli termini dolantur.

p. 271. *nominis auct.* f. *normæ facturam.*

p. 273. *& alveum alterum* f. *alterutrim.*

p. 280. *in lanceolam.* Dictum hoc non à lance, ſed à lancea. Ut ſit ager in uno capite aliquam habens latitudinem, *& qui in alio in punctum deſinit.* qualis etiam exhibetur p. 314. quamvis non directa forma, ut hic, ſed incurva.

p. 281. *herbam germanam*, dici puto quæ ſit omnino proba & vere bona. Sic Cicero: *Qui ſe germanos putant eſſe Thucydidas.* Velut germana ergo erit, quæ ad hanc bonitatem prope accedit.

pag. 285. *Si in agri.* &c. Corruptiſſimum hoc fragmentum extat etiam apud M. Junium Nypſum, eo quod prius editum non quidem emendatius, veruntamen multo locupletius. Quatuor enim integras paginas ex illo jam antea editis ſubjecimus hac editione. Et quamvis agatur non tantum de fluminis, ſed & de limitum varatione, attamen non alium habet titulum quam VARATIO FLUMINIS, cum verius præfigi poſſet: DE VARATIONE.

& ſignum pones. Sequitur ita apud Nypſum: *Deinde figes perpenſum ferramentum ad ſignum, quod dividet duas partes, quas diviſiſti ex fixo ferramento & perpenſo. & comprehenſo rigore ab umbilico ſoli emiſſum perpendiculum* &c.

ubi ſe conſeruit n. Nyps. *Vbi ſe conſequuta fuerit normatura cum eo* &c.

p. 286. *dictare duas cannas.* Quod eſt p. 168. & 218. *dictare metas.* quæ obſervandi rigoris gratia ponantur.

p. 287. *an in limite lapidis* &c. Forte, *an in limite lapides an capitibus centuriæ ſigna ſint.*

p. 290. ITEM INTERPRETATIO &c. Hæc quæ ſequuntur Iſidori ſunt. 15. Orig. 14. meritoque hinc rejici poterant cum is Auctor cuique ſit in manibus. Verum locum quem obtinuerant prius & per me hic tenere volui, ne quiſquam culparet me hiſce, detraxiſſe quippiam.

Fines dictæ eo &c. Hæc citat Exercitator Plinianus p. 683. & vocat *vetus fragmentum Agrimenſoris.*

appellati antiquo verb. F. *appellati ab antiq.*

uncia habet digitos tres. Nypſus libro 3. *Vncia juxta antiquiores ſunt digiti.* III. *Sed quia cujuſlibet* XII^a^ *pars uncia dicitur, poſteriores unum tantum digitum & tertiam digiti*

digiti partem Unciæ deputavere. ut pedis qui XVI *digitis conſtat, pars* XII^a^ *poſſit exiſtere.* Hæc ille, ſed quam vere neſcio. Nam cum ſemper fuerit uncia pars aſſis duodecima, neceſſe eſt etiam ex XII. unciis illis trium digitorum as aliquod potuiſſe conflari, quod quale fuerit neſcio, & mecum forte plures alii.

p. 291. *longitudine* CXL. Imo, longitudine CXX. ut notum ex Boëthio & aliis.

Bætici. Columell. Galli.

ab arando. Quamvis hæc gloſſa videatur non nemini, mihi tamen videtur id minime. quoniam certum eſt quoſdam etiam hinc aripennis originem deducere.

292. *quadratorum.* Al. *quod aratores.*

apud Antiquos à centum jug. Illos quidem Antiquos ego ignoro. Nam ab Romulo uſque duo cuique jugera aſſignata, & inde centuriæ nomen quod data centenis hominibus.

Poſſeſſiones ſunt &c. Javolenus l. 115. ff. de V. S. *Poſſeſſio ab agro jùris proprietate diſtat. Quicquid enim apprehendimus cujus proprietas non pertinet, aut nec poteſt pertinere, hoc poſſeſſionem appellamus. Poſſeſſio ergo uſus, ager proprietas loci eſt.*

quod in eo. ſ. *quod eo.*

Fundus autem. Javolenus ibidem loci: *Fundus eſt omne quicquid ſolo tenetur.*

Prædium. Idem ipſe: *Prædium utriuſque generale nomen eſt, nam & ager & poſſeſſio hujus appellationis ſpecies ſunt.*

ut prædæ. Delenda vox prior.

293. *ſubſecivi agri* &c. Exercitator Plinianus pag. 682. hæc citans, auctoris eſſe cenſet incerti. In quo illi præiverat Rigaltius in Gloſſario.

terminus ab Oriente &c. Roſidum & Roſcidum illud dicitur quod rore perfuſum eſt. Unde Columella: *Virgas arboribus ſiccas detrahi conveniet, nam roſcidas ſi recideris, parum proſpere proveniunt. Ideo pluvii dies in exputanda ſalice vitantur.* Verum hoc non eſt quod convenit huic loco aut quod voluit Auctor, quiſquis ille tandem fuerit. Voluit enim indicare alio colore ſive ſplendore unumquemque tempore matutino perfuſum eſſe terminum, quam veſpertino. Hoc nempe puniceo, quem ille dicit *roſcidum* alii ruſſeum, affici colore: illo autem eo qui ſit dilutior, quemque ipſe vocat *lympidum.* Namque hoc verum eſt, matutina crepuſcula magis albeſcere quam veſpertina. Quapropter de matutino recte Rutilius:

Lutea protulerat ſudas Aurora jugales.

At de veſpertino:

Roſcida puniceo fulſere crepuſcula cœlo.

p. 294. *Vertices agr.* Pag. 267. Incertus: *Terminum de lapide deciſum vivo invenies, & pro termino habebis.*

De eo præſens eſt locus.

Silvanum. Silvanus tutor & præſes paſtionis ſic dictus, quia veteres in ſilvis pecora habebant. Silvani autem ab Ovidio 1. Metam. dicti ſunt *monticolæ*: vel quod ſilvæ fere eſſent in montibus, vel certe quod, auctore Varrone, ſilvæ montanæ creduntur meliores.

primus in terram lapidem f. p. Quod tamen Jovi alii tribuunt.

 Dome-

Domeſticus. Qui & in veteri inſcriptione dicitur, SILVANUS LARUM.

agreſtis. Virgil.

> *Silvano fama eſt veteres ſacraſſe Pelaſgos*
> *Arvorum pecorique Deo.*

qui eſt in conf. Vulgo, *cui eſt.* Sed codd. optimi ita habent ut editum hic eſt. Lego ergo, *qui in confinio luci ſepoſitus eſt.* Seponi autem etiam ea dicuntur, quæ à communi uſu ſeparantur, ut res votivæ & ſacræ. Hic ergo Silvanus ita ut Deus in luci confinio ſepoſitus, erit idem ille qui Horatio, *Tutor finium.*

p. 295. *& ædis.* f. *ut ædis.*

Quod ſi deſertum fuerit templum. Nam ſublata Gentilium ſuperſtitione non ſimul etiam ſublata everſaque eorum templa voluere Imperatores. Quoniam *cum ex nonnullis vel ludorum vel Circenſium, vel Agonum origo fuerit exorta non convenire* putavere, *ea convelli, ex quibus populo Romano præbebatur priſcarum ſolemnitas voluptatum.* Ut perſcriptum legimus l. 3. C. Th. de pagan. ſacr. & templ. Primum Arcadius juſſit, ut *ſi qua in agro templa eſſent ſine turba & tumultu diruantur.* Rationem addens, *His dejectis atque ſublatis omnem ſuperſtitionis materiam conſumptum iri.* Quæ verba ſunt l. 16. C. Th. eodem tit. Adde & l. 36. C. Th. de operib. pub.

p. 296. *hi duo rigores hebetes.* Verum non videtur *Rigores hebetes* vel quoſvis alios ita *eſſe appellatos quia ſunt ſine lapidibus*: cum non rigores, ſed anguli dicantur hebetes aut acuti: *Rigor* enim *eſt quicquid in modum lineæ inter duo ſigna rectum proſpicitur.* Quod ſi ergo rigores facias hebetes, conſequens eſt ut & fatearis eſſe acutos, quod non mirum erit minus quam ſi acutam dederis lineam. Ordines ergo olivarum in agris confinibus ſibi ex tranſverſo occurrentes non rigorem ſed angulum faciunt ſive hebetem, ſive quem alium. Verum ubi illi ordines concurrunt, ibi rigor eſt confines agros dividens.

p. 297. *Quare per ædes* &c. Hæc quæque ſequuntur proxime recentioris cujuſdam ſunt, qui re agraria vix eminus inſpecta, confidenter nimium chartæ illevit quæ neſciret.

ædes publicas. Quod poſt tamen reſtringitur ad ædes Deorum.

in ingreſſibus. At velut inceſſus eſt actus incedendi, ita ingreſſus eſt actus ingrediendi.

antiqui fecerunt &c. Sed unde hoc habet?

Quia aruſp. Digna ſane quæſtioni reſponſio. Quia aruſpices dividunt orbem, ideo dividendæ & ædes publicæ. Et quia diviſerunt orbem non modo in partes anticas & poſticas, ſed & dextras & ſiniſtras, ideo in antica & poſtica hujus rei ſigna, quod dextris & ſiniſtris, nimirum infelicibus, denegatum.

in duas partes. Verum ita non in duas ſed quatuor orbem terrarum dividebant partes.

acquiſierunt... & partiti ſunt. Falſum eoſdemmet ipſos qui acquiſierant diviſiſſe. Neque enim ex jure aut diſciplina Romanorum is qui exercitui præerat, ideo quod præerat, agri aſſignandi habuit poteſtatem.

pro voto ſuo. Ergo omnes Imperatores qui terras acquiſivere voverunt, & vove-

voverunt templum, & omnia templa ex his votis. Sed quid ego ineptias haſce ſingulatim perſequor?

p. 298. *Vltrato & dextrato an inſineſtrato & dextr.* Verba hæc ſunt ſequioris ſæculi.

ſi numerus cardinum creſcet in occ. Hæc præcedentibus non conveniunt. Debebat enim dicere, *Si numerus Decumanorum.* Nam conſtituerat hunc in Orientem & Occaſum prius. Sed talia & ſequuntur plura.

p. 300. *habent agri ſcamnati* &c. Centuriæ quæ in frontibus habent actus XX, in lateribus XXIV, illæ non habent ſcamni aut ſtrigæ formam, ſed per ſtrigas & ſcamna commode dividi terminis poſſunt, ut indicavi Antiq. cap. X.

p. 302. *trans ciſum.* F. *tranſciſſum.* Supra pag. 266. *Terminus ſi aliquam ſciſſuram habuerit, montem ſciſſum oſtendit, limes ille finem tranſit.*

ſubcumbus. Barthius hinc *ſubciimbum* facit, ſed non recte.

ſuper. ſe. In vertice. Et ita ſtatim poſt: *Terminus ſi ſuper ſe plumbum habuerit.* Vide Ant. cap. XI. ubi loquimur de Epictecico.

p. 303. *biſurcius.* Terminus hic appictus non biſurcii ſed ſimplicis ſurcæ formam habet. Unde nec ipſius Auctoris eſſe judico. At qua forma hic ſit terminus rectius diſcitur ex verbis Anonymi, quæ ſunt p. 266. *Terminus ſi tres petras circa ſe habuerit, triſinium demonſtrat.* Quomodo autem illæ circa terminum collocentur ut biſurcium efficiant, dixi in Indice.

quatuorangulatilem. Quatuor angulos habentem.

& ſagrabam quam app. all. Quod agro ita flumine adjectum eſt ut culturæ necdum ſit idoneum, ſed ut potius dubites aquæ an terræ accenſeas hoc ſargum aut *ſargam alluvionem* appellari exiſtimo, uti quoque *ſargi* vocari ſcopuli videntur minutuli & vix ſcopulorum nomine digni. Et ſic explicandus Plinius lib. 9. cap. 59. ubi ſcribit in hæc verba: *Anthiæ cum unum hamo teneri viderint, ſpinis, quas in dorſo ſerratas habent, lineam ſecare traduntur: eo qui tenetur extendente, ut præcidi poſſit. At inter ſargos, ipſe qui tenetur, ad ſcopulos lineam terit.* Sunt illi ergo ſargi non juſti ſcopuli ſed minuti ſub aquis latentes. Atque hic in margine libri excudendum ergo erat ex conjectura noſtra: *ad ſargæ oram.* Et in Indice ita Gloſſas quæ Iſidori nomen præferunt, emendandas judicaveramus: *Sarga inidonea quælibet pars: alias, ſargus non idoneus artis cujuſlibet profeſſor.* In quo erratum typothetarum incuria.

p. 304. *ſcringis & allabinibus.* Forte, *ſargis & aliis labinis in centuriis ſigna. p.* De *ſargis* ſententiam jam diximus, *labina* vero à labendo videtur dicta, ut terra quæ lapſu aquarum accedit receditque. Paul. Diac. eodem verbo alia de re uſus eſt: *Factæ ſunt lavinæ poſſeſſionum ſeu villarum.*

p. 304. *& quantos mil. pon.* Id eſt, quot milites ibi ſepeliebant tot &c.

cromaticus. Forte, *ſtromaticus*, à colorum varietate. Exercitator Plinianus legit p. 378. *Chomaticus.* ac ſi hic lapis aggeribus eſſet proprius. quod non videtur veriſimile.

cæſalis, à cædendo, quia hic cæſuræ inprimis aptus, utpote temperatæ duritiei. v. Vitr. 2. 7. Exercitator eum *cæmentitium* dicit.

ullageris. Forte, *villaris*, quoniam teſte Vitruvio, hujus lapidis in urbe rarus eſt uſus.

ſilicineus, Puto legendum, *ſiligineus*, à colore.

p. 305. *ſigninum.* Vide Baldum De verbor. Vitr. ſignif.

v. P. Quæ literæ ſignificant, Vir prudentiſſimus, atque item Vir perfectiſſimus.

p. 308. *trespetras.* v. p. 266.

Claudianus. Quales termini fuere in agro Aſculano, p. 119.

ſi termini deſint &c. Totum hoc fragmentum extat ſupra ſub nomine Simplicii. p. 78. Quem locum vide, ut & eum Aggeni, qui de rigore eſt p. 52.

locorum rationes. Quæ alibi, *Natura locorum.*

p. 310. *petra naturalis.* Non dolata.

biſurcam, ut boum, non ſolidam, ut equorum, nec multifidam, ut canum.

Piperatia. Piperinus (al. *piperanus*) *lapis ſubalbidus, punctis nigris, duris atque fortiſſimis.* Iſidor. 9. Orig. 19. v. Barth. 14. Advers. 14.


p. 311. *perticas* CCLXXVIII. Excuſum perverſe, nam habet CCLXXXVIII. vide Antiq. cap. 6.

p. 315. *arcum* quem metitur Auctor cum circuli ſit pars, dimidio minor, apparet ſchema appoſitum huic rei non convenire.

316. *ad alterutram concluſio.* Lege, *ad alteram inclinatio.*

317. *angulum rectum.* MS. *angulum undique rectum.*

p. 318. *ſit quidem datum punctum* &c. Quod vult hujuſmodi eſt.



p. 320. *Menſura eſt* &c. Hoc principium Iſidori eſt, quod & habuimus ſupra p. 290.

majores itaq;. MS. *majores noſtri itaq;*.

pag. 329. P. MVCIO. L. CALPVRNIO. COSS. Quorum conſulatus incidit in annum ab V. C. DCXX. quo & Tib. Sempronius Gracchus per ſeditionem occiſus eſt. Non tamen hæc lex eo anno lata, ſed aliquandiu poſt. Nam infra fit mentio conſulatus M. Livii & L. Calpurnii, & item M. Bæbii tr. pl. qui triumvir coloniæ deducendæ fuit. Sed cum M. Bæbius Tamphilus tr. pl. fuerit A. V. C. DCXXXI. atque item M. Bæbius Sulca A. V. C. DCLII. in incerto eſt uter eorum ibi deſignetur.

QUAM. QUANTUM. UNUM. HOMINEM. EX. LEGE. PLEBEIVE. SC. Videtur reſpexiſſe Thorius ad legem Liciniam, quam & renovatum iverat Gracchus, & hactenus Thorius reduxit iterum, ut non quidem, quemadmodum ex lege Licinia aut Sempronia agri dividerentur, ſed relinquerentur poſſeſſoribus ſub vectigali, quod plebi agros non habenti divideretur, ſicut ex Appiano diſcimus.

QUEI. AGER. PUBLICUS. POP. R. Hac ergo lege videtur diviſus ager qui publicus fuerat P. Mucio Scævola L. Calpurnio conſulibus.

IN. TERRA. ITALIA. Hujus legis duo fuere capita, quorum unum egit de agris qui erant dividendi in Italia, alterum de iis qui erant extra Italiam, ut in Africa, de qua fit mentio in parte legis poſteriore.

p. 330. O. ITA. UTEI. Scriptum fuiſſe videtur: EORUM. CONDITIO. ITA. UTEI.

CENSORQUE. QUEI. &c. Forte ita ſupplendus hic locus. CENSORQUE. QUEI. QUOMQUE. ERIT. FACITO. UTEI. IS. AGER. LOCUS. EDIFICIUM. QUEI. *datus aſſignatus erit, in cujuſque cenſum, cum primum agetur, referatur*.

p. 331. JUGERA. NON. AMPLIUS. XXX. POSSIDEBIT. HABEBITVE. Hic modus juger. XXX. non videtur is qui Colonis eſſet dividendus, ſed ſupra quem nemo in aſſignatione coëmere poſſidereque liceret. Nam & de eo cautum legibus Agrariis hæc Ciceronis demonſtrant verba: *Coëment præterea, iſta dena jugera continuabunt. Nam ſi dicent, id per legem non licere, ne per Corneliam quidem licet. At videmus, ut longinqua prætermittamus, agrum Præneſtinum à paucis poſſideri.*

p. 332. EXVE. H. L. PRIVATUM. FACTUM. EST. Ergo hac lege aſſignatus ager qui publicus fuerat.

POSTQUAM. VECTIGALIA. CONSTITERINT. Id eſt, poſtquam agri vectigales eſſe deſierint, exempti hac lege onere vectigalis. Cicero in Brut. *Sp. Thorius agrum publicum inutili lege vectigali levavit*. Inferius: NEIVE. QVIS. QUOI. OB. EAM. REM. VECTIGAL. NEIVE. SCRIPTVRAM. dare DEBETO.

p. 333. OUPATUM. Occupatum nempe ne quis quid habeat in agro compaſcuo lex vetat.

PRO PATRITO. Pro patrio. Sic dixit Cicero *Philoſophiam patritam & avitam*.

M. LIVIO. L. CALPURNIO. COS. Quod fuit A. V. C. DCXLI.

I. V. E. E. R. P. F. V. S. V. E. Quæ ſingulares literæ deſignant, *Ita ut ei è republica fideve ſua videbitur eſſe*. Sic infra K. V. Legis Mamiliæ, *Ita ut è republica fideque ſua videbitur*.

SEI. QUID. DE. EO. AGRO. LOCO. AMBIGETUR &c. In hujuſmodi controverſiis

ſiis Auctores agro dividendo aſſignando ipſos judicia exercuiſſe alibi ſcripſimus, ſed Gracchorum tempore aliud fuiſſe introductum. Quod & hac lege factum videtur, qua ea res tranſlata in Conſulem, Prætorem, Cenſorem quicumque erit.

335. COLONEI. EIVE. QUEI. IN. COLONEI. NUMERO. Factum aliquando, ut non tot cives nomina darent, quot agri amplitudo requireret. Ut cum Antium, quæ urbs Volſcorum, coloni mittendi eſſent, tam paucos dicit Livius nomina dediſſe, ut ad explendum numerum coloni Volſci adderentur. Et idem Livius ſcribit Caſſanis poſtulantibus, ut ſibi colonorum numerus augeretur, mille adſcribi juſſum eſſe, dum ne quis in eorum numero eſſet, qui poſt M. Cornelium & T. Sempronium coſſ. hoſtis fuiſſet. Ergo colonorum numero eſſe dicuntur, qui hoc modo in coloniam admiſſi.

p. 336. QUOD. C. SEMPRONI. TI. FI. TR. PL. ROG. EXCEPTUM. Et hinc conjicere licet legis Semproniæ quoddam caput fuiſſe confirmatum.

p. 337. SED. FRAUDE. SUA. Sine fraude ſua. Sic mox: DECERNERE. OPORTEBIT. SED. FRAUDE. SUA.

CIVIBUS. L QUI. CLASSIS. PRIMAE. SIENT. XI. Jugera nempe. Unde liquet civibus cæterorum claſſium non eundem numerum fuiſſe aſſignatum, adeoq; verum eſſe quod ſcripſit Siculus: *Non omnibus æqualiter datum eſſe agrum.*

p. 339. LEX. MAMILIA. Aut me ratio fugit aut hujus legis capita quæ hic habemus inverſo ordine conſtituuntur. Nam capite quod hic eſt quintum præcipitur ut curet ille qui coloniam deduxerit, municipium aut præfecturam conſtituerit, limites ut fiant terminique ut ſtatuantur. Atque ne quis ejiciat locove moveat, qui ita conſtituti erunt. Capite quarto, ne limites qui conſtituti erunt ſerendo occupentur aliave ratione reddantur inutiles uſibus publicis. Parte vero tertii cavetur, ut qui terminus amotus fuerit, is cujus is ager erit, reſtituat. Ut ea quæ tempore ſunt priora hic recenſeantur poſterius. Porro, præter hæc tria legis capita etiam tria ejuſdem alia eſſe comperimus. Unum videlicet, de quinque pedum latitudine in finibus: alterum de prohibitione uſucapionis ejuſdem ſpatii: tertium vero, de terminis per ſingulos arbitros regundis, quod lex XII. tabularum tribus commiſerat. De horum trium primo ita Simplicius: *Lex Mamilia latitudinem fini præſcribebat... quini pedes latitudo dati ſunt.* Et Siculus Flaccus: *Signantur autem* in finibus arbores utrimque *intra pedes quinos, ut legis Mamiliæ commemoratæ rationem habeant.* De primo & ſecundo autem hæc habemus Aggeni: *De fine lex Mamilia quinque pedum latitudinem præſcribit, quoniam hanc latitudinem iter ad culturas accedentium occupat, vel circumactus aratri, quod uſucapi non poteſt.* Sed hæc duo multo ante tempore etiam legibus XII. tabularum cauta fuere, tertium vero Mamiliæ fuit proprium. Quæ omnia patent ex hoc Ciceronis loco quem ſubjicimus qui eſt de Legibus primo. *Ex hac non rerum ſed verborum diſcordia controverſia nata eſt de finibus: in qua quoniam uſucapionem XII. tabulæ intra quinque pedes eſſe voluerunt, depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus, nec Mamilia lege ſinguli, ſed ex his tres arbitri fines regemus.* Sed cum de hoc loco iterum nobis ſit dicendum, plura hic addere superſedemus.

ſtatuti

ſtatuti erunt, quo in loco &c. Hæc inter ſe non cohærent, nec prior capitis hujus ſententia abſoluta eſt, quæ in hunc modum concepta fuiſſe videtur: *Quæ colonia hac lege deducta, quodve municipium, præfectura, forum, conciliabulum conſtitutum erit, qui ager intra fines eorum erit, qui termini in eo ſtatuti erunt, ea omnia ita eodemque modo quo deducta, conſtituta, ſtatutaque erunt, ſint maneantque in poſterum perpetuequoque.* Sic itaque hæc legis pars videtur fuiſſe concepta, à qua divelli debet hæc: *Quo in loco terminus non extabit* &c.

Qui limites Decumani qui hac lege deduct. Limites *duci* lego, non *deduci*. Nam ſic hac ipſa lege: *Dum ne extra agrum colonicum territoriumve fines ducat.* Ergo hic ſcriptum fuit. *Qui limites Decumanive hac lege ducti erunt* &c.

p. 340. *Quique fines ita* &c. Forte: *Quumque fines ita ſtatuerit, ſic fines eorum ſint* &c.

Curatoris qui hac lege erit, ſive Auctoris diviſionis aſſignationiſque, dum in Colonia agroque aſſignato verſatur. Nam ubi ille poteſtate abierit magiſtratus colonici ea eſt juriſdictio. qua de re dictum alibi.

qui hac lege judicium dederit, ſive Curator ſit, ſive magiſtratus, cujus ea de re juriſdictio.

denuntiandi poteſtas. Denuntiare eſt teſtato nuntiare.

teſtibus publico duntaxat x. Val. Probus: *Quanti ea res erit tantæ pecuniæ judicium recuperatorium dabo, teſtibuſque duntaxat publice decem denuntiandi poteſtatem faciam.* L. 1. § 2. ff. de teſtib. *Quamquam quibuſdam legibus ampliſſimus numerus teſtium definitus ſit, tamen ex conſtitutionibus principum hæc licentia ad ſufficientem numerum teſtium coarctatur, ut judices moderentur; & eum ſolum numerum teſtium, quem neceſſarium eſſe putaverint, evocari patiantur, ne effrænata poteſtate ad vexandos homines ſuperflua multitudo teſtium protrahatur.*

IMP. CONSTANTINUS AUG. Hæc Conſtantini lex & aliquot ſequentes, prius editæ fuerunt ſub nomine Frontini, quaſi is eas ſuo libello ſubjecerit. quod quam factum ſit abſurde non puto rationem à me flagitari, cum ipſo Frontino multo ſint poſteriores.

Si quis ſuper &c. Hujus legis explicationem ſuſcepit Cujacius 19. Obſerv. 16. & Jacobus Gothofredus ad Cod. Th. tit. Fin. reg. Hanc autem legem idem Gothofredus merito difficillimam prædicat, ut nulli veterum intellectam, imo ſi verum fateri velimus ne ipſi quidem Gothofredo perſpectam ſatis. licet vir fuerit multæ eruditionis & diligentiæ accuratæ. In eo enim primum is mihi hallucinari videtur, quod ipſa legis verba ut ſana amplectatur, quæ mihi tamen non abſque ratione ſuſpecta videntur. Nam quamvis omnes Codices ſcripti & excuſi habeant: *Quod ſi altera pars locorum adepta dominium ſubtrahendo moras attulerit*, non tamen proba mihi ea lectio videtur. Quoniam is qui fundum alienum invaſit dominium adeptum eſſe dici non poteſt. Non magis ſane quam fur, pirata, vel latro. Id enim ſi eſſet quid inter hos & juſtos rerum poſſeſſores reſtaret differentia? Scio ſane eſſe qui dominium eſſe ſtatuunt poſſeſſionis, uſusfructus, & cujuſvis juris incorporei, de quo nunc non diſputo. Verum hoc ubi ſit, aliter ſtatui tamē non poteſt quam ut eis competat qui juſtam poſſidendi, utendi, fruendi cauſam habent: non

non iis qui contra juris normam res alienas pervadunt. Quapropter ſcriptum potius cenſemus: *Quodſi altera pars, locum adepta, dominium ſubterfugiendo moras attulerit.* Præterea placere non poteſt, quamvis placeat Gothofredo, *ad locorum ordines directus Agrimenſor dirigatur ad loca.* Præſertim cum *locorum ordines* interpretetur de limitibus. Quam enim belle hæc conveniunt? *Agrimenſor directus dirigatur*, ac ſi diceres, *miſſus mittatur.* Et iterum, *dirigatur ad locorum ordines, ad loca*, ſive *ad locorum limites, ad loca.* Quod nemo non videre poteſt quam ſit inconveniens. Porro, fidem MSti ſequutus excudendum curavi, *pœna teneatur edicti*, cum habeant alii, *pœnæ teneatur addictus.* quod an recte à me ſit factum, infra videbitur commodius, cum ipſius legis mentem perpendemus. Denique cum in fine legis haberetur: *Si per incuriam domini loca data ab aliis poſſeſſa ſunt*, viſum mihi rectius imo neceſſarium legere, *loca dicta*, cujus mox ratio apparebit. His ita de verborum conſtitutione præmiſſis, hoc hic nunc etiam addemus, exiſtimare Gothofredum hanc legem intelligendam eſſe de agro aſſignato, tum quod agatur *De locis*, præcipue que *De locis datis*, tum etiam quod Imperator hic utatur verbo *dirigere*, quod rei Agrimenſoriæ exiſtimat proprium. Sed ut de poſteriori prius dicam, verbum ego illud neſcio Agrimenſoribus magis quam aliis familiare. Nam & Modeſtinus dixit l. 65. ff. de procurat. *litteras ad adverſarium dirigere:* & Imperator l. 3. c. Th. de ſuperexact. *deprehenſos ad judicium dirigere.* & ſic alii alibi ſæpius. Quod autem *De loco* hic agitur, id vel maxime contrarium evincet; fietque manifeſtum, cum *De loco* controverſia movetur non de aſſignatis, ſed de arcifiniis aut occupatoriis diſquiri. Id autem ut demonſtrem paulo altius res repetenda, recurrendumq; erit ad id quod ſupra dixit Frontinus, & cum eo Aggenus, quod omnis controverſia moveatur *De fine*, aut *De loco.* Quod cum dicunt *Finis* & *Loci* verba generis locum obtinere faciunt, quæ & poſtmodum cogunt ſpecierum vicem ſubire. Prius autem genus ſub ſe comprehendit controverſiam *De poſitione terminorum*, *De rigore*, *De fine* in ſpecie, nec alias præterea, quibus nunquam De loco litigatur. Fini enim quamvis lex Mamilia pedes quinos præſcripſerit, loci tamen nomine finis non comprehenditur. Sed genus aliud quod *De loco* eſt, habet controverſiam *De Proprietate*, *De poſſeſſione*, *De loco*, *De modo*, pluresque alias, quæ quod huc non faciant merito nunc omittuntur. Verum hæ ſecundi generis quas propoſui explicandæ erunt, ut huic legi hinc aliquid lucis addamus. *De proprietate* igitur & *De poſſeſſione* controverſiæ locum habent cum de toto agitur, *De loco* & *De modo*, cum de parte. Et iterum hæ poſteriores duæ ita diſtinguuntur, ut *De loco* diſputetur in arcifiniis vel occupatoriis, *De modo*, in aſſignatis cæteriſque diviſis, qui alio quam aſſignationis modo poſſidentur; quæſtoriis ſcilicet & iis qui vectigalibus ſubjiciuntur. de quibus latius ad Modeſtinum agetur. Quomodo autem differant *Proprietas* & *Poſſeſſio*, atque item controverſiæ quæ de his moventur, indicari puto neceſſe non eſſe, cum id cuiq; ex ipſis juris principiis notiſſimum non eſſe non poſſit. Sed diſcrimen potius cæterorum perſequemur, cujus etiam aliqua ſupereſſe videntur apud Ulpianum Veſtigia in l. 60. ff. de V. S. ubi definit, *Locum*

eſſe

eſſe non fundum, ſeu integrum quid, *ſed portionem aliquam fundi: fundum autem integrum aliquid eſſe.* Adde ex eodem Juriſconſulto, *fundum quidem ſuos habere fines*, ut ſolet, quod modo integri naturam habeat, *locum vero latere poſſe quatenus determinetur & definiatur.* Quæ obſervatio inutilis foret, ſi non & tum temporis aliquem habuiſſet effectum. Et quem alium quam eum qui à nobis jam eſt indicatus? certe *de poſſeſſione fieri controverſiam* ſcribit Aggenus, *quoties de totius fundi ſtatu per interdictum, hoc eſt jure ordinario, litigatur.* Proprietatis autem controverſia totum quid peti duobus exemplis demonſtrat Frontinus, quorum prius eſt de ſylvis quæ in Campania debebantur agris aſſignatis, poſterius de compaſcuis, cum quæritur ad quos fundos pertinere debeant videri. Ita ergo de toto agitur ſive verſemur in agro aſſignato, ſive in occupatorio, & arcefinali. Sed *De modo controverſia eſt in agro aſſignato*, ait Frontinus, itemque, ut addit Aggenus, *in Quæſtoriis & vectigalibus ſubjectis.* Non vero de toto, ſed de parte agi Frontinus hoc docet exemplo: *ſi L. Titius acceperit ſortis ſuæ partes tres*, quarum nulla ſit hæſitatio, *ſed proximam habeat in quacumque proxima centuria*, de qua parte ambigitur. Nam accepta L. Titii totius cujuſdam naturam ſortita eſt, quæ univerſa in controverſiam non deducitur, ſed parte tenus tantum. Similiter partis alicujus tantum moveri controverſiam cum *De loco* diſceptatur, idem Frontinus docet, qui hanc incidere dicit, *cum quid excedit latitudinem* quinque pedum, lege Mamilia finibus tributam. Et cum De modo agitur *qui ære* ſcriptura comprehenſus eſt, ſemper erit ad formam *reſpiciendum* ex doctrina Aggeni. Verum *De loco ſi agitur*, ut idem perhibet, *res ea hanc habet quæſtionem, ut nec ad formam, nec ullum ſcripturæ referatur exemplum. Mihi tantum* in hac quæſtione *hunc locum hinc dico abeſſe.* Non ergo hic de toto agi conſtat, quoniam qui *hinc*, ſive ex hoc fundo aliquid *ſibi abeſſe*, & à vicino detineri queritur, non poteſt de alio quam de parte queſtus intelligi. Hæc neceſſario hic dicenda fuerunt ut intelligeremus quid ſit *De locis deferre querimoniam*, & an verum ſit, quod voluit Gothofredus, *De loco* controverti in agris aſſignatis. Nunc ergo ad reliqua legis noſtræ revertamur, in qua refertur ab actore non accuſatio criminalis apud Præſidem de termino moto inſtituta, ſed refertur *delata querimonia*, & *delata ſuper invaſis ſui juris locis*, remedio ſcilicet extraordinario recuperandæ poſſeſſionis, ad exemplum interdicti. Verum cum hæc poſſeſſionis quæſtio dicatur *cohærere finali cum proprietate controverſiæ*, facile eſt decernere, non hic præcipue quæſtionem *de poſſeſſione*, ſed *de fine* fuiſſe motam, quæ ſemper ad ſe trahit aliquam proprietatis, quandoq; & poſſeſſionis ſequelam. Et ita hic principaliter nec de proprietate, nec de poſſeſſione quæſitum fuit (hoc enim fit cum agitur de toto) ſed *de fine*. Ut cum *quidam arbores antemiſſas extra foſſam habent*, quod quandoque contingere ait Siculus, *& in controverſiam deducuntur*, utrum nimirum arbores illæ finem faciant, cum & plurimis locis fines obſervari foſſis ſit conſuetudo. Cum enim talis de fine quæſtio movetur, ſimul quæſtio non moveri non poteſt de proprietate inter foſſam & antemiſſas: & ſi ego me pulſum querar ſpatio intermedio, accedit & recuperandæ poſſeſſionis controverſia. Ea igitur facti ſpecie quæ hic proponi-

tur agrum arcifinalem vel occupatorium dediſſe huic controverſiæ occaſionem certum eſt, quandoquidem *De fine* & *De loco* controverti tantum in hujuſmodi agris certum eſt. Et in illo actionum concurſu prius terminari voluit Imperator poſſeſſionis controverſiam. Quod & olim reſcripſiſſe Theſſalis vulgo exiſtimatur Divus Pius. Ita enim hac de re Marcianus l. 5. ff. de vi pub. *Si de vi & poſſeſſione vel dominio quæratur, ante cognoſcendum de vi quam de proprietate rei D. Pius* τῷ κοινῷ τῶν Θεσσαλῶν *reſcripſit*. Nam de vi & poſſeſſione agi exiſtimant, cum de poſſeſſione controvertitur, qua quis vi dejectus eſſe dicetur, ſecundum edictum Pretoris: *Vnde tu illum vi dejeciſti judicium dabo*. Et quamvis Cujacius 5. Obſerv. 15. non eam reſcripti ſententiam eſſe notaverit, certum tamen eſt, poſt hanc Conſtantini legem de poſſeſſione cognoſcendum prius ei qui Provintiæ præeſt, & ubi ea controverſia fuerit terminata, eundem illum debere Agrimenſorem dirigere ſeu mittere, ut is de fine cognoſcat, advocatis auditiſq; ut æquum eſt, utriſque partibus. Verum ſi reus qui loci adeptus eſt poſſeſſionem, ſui non faciat copiam, ſufficere exiſtimans ſe poſſidere, non jubebit Præſes rem contentioſam quod non defendatur, ab adverſario poſſideri, ſed cum delecto Agrimenſore diriguntur ſive mittuntur etiam *Locorum* ſive Coloniarum Municipiorumve *Ordines ad loca* controverſa, ut cum finali quæſtione terminetur & ea quæ eſt de poſſeſſione & proprietate mota. Sed quid cauſæ quod hac facti ſpecie mittantur cum Agrimenſore & Locorum Ordines, qui non mittuntur alia? An ut una cum Agrimenſore de poſſeſſione aut proprietate judicent? Non opinor. quoniam non ejus magiſtratus hoc eſt judicium, ſed ejus qui Provintiæ præeſt. Quid ergo? quas hic obibunt illi partes? Si quid video, quoniam abſentia rei hoc efficit, ut illi in rem præſentem advocentur, non advocandi ſi reus ipſe rebus ſuis revereſſet, non eos ut judices advocari, ſed ut teſtium vice fungentes de conditione loci & finium, quorum notitiam, ſi qui alii, habere præſumuntur, Agrimenſorem informent, ne veritatis ignorantia decipiatur. Et ita quædam etiam velut defenſio abſenti reo accommodatur. Nam jam antea idem etiam Conſtantinus, cujus hæc eſt lex quam tractamus, juſſerat l. 1. C. ſi per vim vel al. mod. *judices tueri etiam abſentes, & auctoritatis ſuæ formidabile miniſterium objicere*. Solus itaque ſed præſentibus locorum Ordinibus, habita fideli inſpectione terminos in re præſenti conſtituit Agrimenſor, atque ut conſtituerit Præſidi renuntiabit. Et ita hanc renuntiationem, ut mihi ſane videtur, ſequetur, ut ſecundum id quod renuntiatum eſt, decernat ipſe Præſes ſuper poſſeſſione & proprietate, etiam abſque ulla litis conteſtatione. Nam poſt illam *fidelem inſpectionem* Agrimenſoris, nulla alia judicii intercedunt ſolemnia, ſed vel *petitor victus abſcedit*, vel reus ut *invaſor* damnatur *pœna edicti*. Et hic nunc ſimul apparet differentia controverſiæ quæ *De loco* quæque *De modo* eſt. Nam quomodo in illa abſente reo procedatur, jam demonſtratum eſt abunde, quæ ratio in hac locum non habet. Non enim cum menſore Locorum Ordines diriguntur ad loca controverſa, ſed *quoniam in æreſcriptura modus comprehenſus eſt, ſemper ad formam reſpiciendum*, ait Aggenus.

Nam,

Nam, ut idem parte altera Controverſiarum; de modo ſi agitur, *convenire omni homini reſtitutione formarum omnia debent, ut ſecundum ſigna in formas nominata locus quicunque erat reſtituatur, aut artificio ſignorum loca requirantur.* Et *ſi erunt ut frequenter accidit turbata, docere nos angulorum poſitiones poterunt,* an termini formæ conveniant. Nam *ut aliquid verum adprobari poſſit, minime ei quicquam falſi poteſt intervenire.* Et, ut eſt apud Simplicium, *nulla poteſt veritas adprobari ſi quid vel exiguum falſi interveniat.* Nam *falſum ſi quid eſt, multa varietate confunditur,* modo, ſpecie, anguliſque loci controverſi non per omnia convenientibus. Faciunt ergo in controverſia *de modo* omnia hæc formæ, quæ faciunt in illa *de loco* miſſi Locorum Ordines: id eſt, aut confirmant aut redarguunt locorum faciem quæ eſt eorum de quibus controvertitur. Hæc ergo ſententia eſt hujus legis noſtræ, ſed quam neſcio an intellexerit, an vero malitioſe truncaverit Tribonianus, reſecta ea parte quæ eſt de mittendis Locorum Ordinibus. Sic enim eam retulit ſub titulum Cod. fin. reg. *Quod ſi altera pars ne hujuſmodi quæſtio terminetur ſe ſubtraxerit, nihilominus Agrimenſor in ipſis locis juſſione rectoris Provinciæ, una cum obſervante parte, hoc ipſum faciens perveniet.* Et ita quod erat in Conſtantini lege quam maxime humanitati & rationi conveniens plane ſuſtulit.

p. 341. *pœna teneatur edicti.* Sic potius legendum cenſuimus auctoritate libri MS. quam *pœna* vel *pœnæ teneatur addictus.* Quanquam enim qui vi alium dejecit teneatur lege Julia de vi privata: & quanquam termini moti pœna fuerit extraordinaria ex reſcripto D. Hadriani, quod eſt l. 2. ff. de term. mot. & Collatione leg. Moſaicar. tit. 13. huc tamen animum Imperatorem non intendiſſe opinor, quoniam hic quæſtio eſt de cauſa civili. Nam reſpexiſſe cenſeo potius illam pœnam, quæ ex edicto Prætoris deſcendit. Quippe *qui vi dejectus eſt, quicquid ſenſerit damni ob hoc quod dejectus eſt, reciperare debet.* Unde fit ut etiam ultra id quod ad eum pervenit reſtituere teneatur qui vi dejecit. *Priſtina enim cauſa reſtitui* actori *debet, quam habiturus erat, ſi non eſſet dejectus.* ut notavit Ulpianus libro ſexageſimo nono ad Edictum. Pœna ergo eſt cum quis reſtituere tenetur quod non percepit, qualis eſt hæc quæ deſcendit ex Edicto, ut & actiones ex lege Aquilia, Noxales, & De pauperie, quæ inter pœnales numerari ſolent. Ita ut ſit erroneum quod vir magnus exiſtimat, ab Imperatore hac lege juberi, ut prius agatur de poſſeſſione & proprietate civiliter, criminaliter poſt ex lege Julia de vi, atque in eo introduci jus novum contra reſcriptum Divi Pii, quod is ad Theſſalos direxerat. Non enim de alia hic pœna agi puto, quam quæ à nobis jam eſt indicata, putoq; id etiam ſatis liquere ex ipſius legis diſpoſitione. Duæ enim in ea proponuntur ſpecies, quarum una eſt cum *petitor victus abſcedit,* altera huic oppoſita cum *controverſia claruerit* actoris ſive *ejus qui primo detulerit cauſam.* Ut ergo ſpecies civilis eſt quæ præcedit, ita & civilem eſſe oportet eam quæ ſequitur, atque ea adjudicari id ſolummodo quod diximus, non pœnam legis Juliæ, neque extraordinariam termini moti. Sed neque hæc lex intelligenda erit etiam de pœna quæ decernitur lege ſequenti, quoniam huic illa tempore eſt poſterior. Ut cum hanc legem ferret Imperator, de illa cogitaſſe non poſſit videri.

Si tamen vi. Nam & edictum Prætoris ei tantum proponitur qui vi dejectus eſt. Imo ad ſolam *atrocem vim pertinere hoc interdictum* notavit Ulpianus l. 1. ff. de vi. Quapropter ſimiliter in hoc extraordinario remedio vim intercedere oportet, ut ſcilicet pœnæ locus ſit. Nam ipſius loci reſtitutio etiam locum habebit licet vis non interceſſerit. Nam *ipſis ſolum is locis* quæ occupaverat ſecundum legem noſtram, *cedere debet.* Juſtinianus tamen l. f. C. unde vi. *eos qui vacuam poſſeſſionem abſentium ſine judiciali ſententia detinuerunt ſancivit ut prædones intelligi. Ridiculum* enim viſum ei *eſt dicere quod per ignorantiam alienam rem quaſi propriam occupaverit.* Cum *omnes ſcire debeant quod ſuum non eſt, hoc modis omnibus ad alios pertinere.* Ita ut inter prædonem & bonæ fidei poſſeſſorem nihil reliquerit medii.

loca dicta. Ita ex conjectura emendavimus, cum legeretur *data.* quoniam ex ſuperioribus jam certum eſt non hic de locis datis & aſſignatis agi, ſed de occupatoriis.

qui finalem detulerit quæſt. Finalem quæſtionem intervenire, ut in ſuperioribus, interpretabimur, in agris arcifiniis & occupatoriis. Nam, ut Frontinus ait, *De fine* controverſia *eſt, quum quid per*tinet ad *flexus quibus arcifinii agri continentur.* Exemplo autem & hic uti poterimus, quod & ſupra exhibuimus. Nimirum cum arbores haberentur antemiſſæ extra foſſam, & hinc L. Titius, illinc poſſideret C. Sempronius, inter eos de fine diſconvenit, quia hic antemiſſas, ille foſſam facere finem debere exiſtimabat. Quæſtio igitur orta de fine, ſed cui & petitio rei ineſſet, quoniam & eâ de loco controvertebatur, qui eſt inter foſſam & antemiſſas. Dum enim de fine quæritur, quæritur una etiam cujus ſit illud ſpatium quod eſt inter foſſam & intermiſſas medium, quod forte habet in frontibus pedes quinque, in lateribus quingentos. Talem puta L. Titium ad Præſidem detuliſſe quæſtionem, hunc autem miſiſſe Cilicium Saturninum menſorem, qui finalem hanc controverſiam arbitrio ſuo terminaret. Sed non expectato menſoris arbitrio L. Titium occupaſſe locum quem ad ſe pertinere contendebat, & in controverſiam erat deductus. Cilicium autem Saturninum inſpectis finibus auditaque parte utraque deprehendiſſe nullo jure Lucium Titium cauſam detuliſſe ad Præſidem. Præſidi renuntiabit ergo Cilicius Saturninus: *Non antemiſſas ſed foſſam inter L. Titium & C. Sempronium finem facere videri, & illum ſervandum eſſe.* Et quamvis ita pronuntiatum non ſit quam de pedibus quinque qui ſunt inter foſſam & intermiſſas, vi tamen iſtius arbitrii obtinebit C. Sempronius ex hac lege alios quinque de agro L. Titii ultra foſſam. Similis namque ratio eſt ejus qui de crimine cognoſcit, ſi quidem *ſi* ille *pronuntiavit* CALUMNIATUS EST, *condemnavit Eum. Et quamvis nihil de pœna ſubjecerit, tamen legis poteſtas adverſus eum exercebitur. Nam, ut Papinianus reſpondit, facti quidem quæſtio in arbitrio eſt judicantis, pœnæ vero perſecutio non ejus voluntati mandatur, ſed legis auctoritati ſervatur.* Ita enim Marcianus loquitur ad SCtum Turpellianum. Quocirca & in finali quæſtione eandem rationem ſervari oportere omnino cenſemus. Cæterum ad legis hujus exemplum, quæ extra finalem controverſiam extendi non poterat, nec poterat locum habere niſi inter affines, Impera-

peratores Valentinianus, Theodoſius & Arcadius conſtitutione ſua, quæ eſt l. 7. C. unde vi. juſſerunt, ut *dominus conſtitutus poſſeſſionem quam abſtulit reſtituat poſſeſſori, & dominium ejuſdem rei amittat. Si vero* quis *poſſeſſionem rerum alienarum invaſit, non ſolum ut eam poſſidentibus reddat, verum etiam æſtimationem rerum earundem reſtituere compellatur.* Et ſecundum hanc legem refert Chriſtinæus 2. Decis. 185. Senatum Mechlinienſem aliquando cenſuiſſe, non modo reſtituendam poſſeſſionem, ſed & loci æſtimationem. Verum nos hujuſmodi pœnalibus conſtitutionibus non utimur. Ut nec iis quæ ſunt l. 7. l. 8. ff. de vi privat.

Si finalis &c. Quod nunc aliquoties diximus, controverſiam *De fine* pertinere ad agros occupatorios, id vel maxime hac confirmatur lege, quæ finale menſoris arbitrium intra pedes quinos coërcet Nam in aſſignatis limites intercedunt his finibus multo laxiores, ſubruncivorum atque actuariorum nomine, qui & ipſi menſoribus ſubjiciuntur. Quod ergo ſpatium quinque pedum excedit, ſi in occupatoriis verſemur, Præſidis ipſius cognitioni ſolemni ſubjicitur. Hoc mutaſſe Juſtinianum ait Jacobus Gothofredus, ideoq; hanc legem eum quoque in Codicem ſuum non retuliſſe. Cum quo ego ſentire non auſim, quandoquidem de tali abrogatione nuſquam liqueat. Et ideo abrogatum jus cenſere, quod hæc conſtitutio in Codice non extet, argumentum nimis eſt debile. Præſertim cum ex Ulpiano in Pandectas retulerit ſub tit. fin. reg. *Ad officium de finibus cognoſcentis pertinere, menſores mittere, & per eos dirimere ipſam finium quæſtionem.*

cauſa quædam non finalis ſed proprietatis. Finis ergo non eſt proprius, ſed communis affinium, atque ita ut & uſus ſit vicinorum.

Et ſi ſocius quid petat à ſocio, non judicio pro ſocio, aut ſocietatis, ut hoc loco opinatur idem Gothofredus, ſed communi dividundo, quod judicio finium reg. eſt affine. Nam ſocii tum in jure tum alibi ſæpiſſime ii vocantur, qui extra conventionem quid habent commune. Si quid enim ex contractu ſocietatis cuiquam adjudicatum eſt, non magis id per arbitrum reſtituitur, quam quod ex contractu emptionis aut locationis. Idem quod in ſpecie hic expreſſa erit dicendum ſi quis dicat ſe emiſſe, verbi gratia, fundi tui trientem aut quadrantem. Nam prius Præſes cognoſcet an tu vendideris quod actor intendit. Et poſt mittet menſorem, per quem adipiſcetur ille quod adjudicavit Præſes.

p. 342. *Quinque pedum* &c. Hæc etiam lex exſtat ſub tit. C. Th. fin. reg. quam reciſis pluribus legis verbis, ita contraxit Tribonianus: *Quinque pedum præſcriptione ſubmota finalis jurgii vel locorum libera peragatur intentio.* Sed vitioſe tum hic tum ibi omnes codices habuere hactenus *vel locorum*, cum legi neceſſario debeat, *velut*, ſive *veluti locorum.* errore pervulgari ſcribentium *vel* pro *velut* ſeu *veluti.* Nam idem error commiſſus erat ſupra p. 31. ubi legebatur: *Rigor eſt quicquid inter duo ſigna vel in modum lineæ rectum proſpicitur.* Et p. 62. *Satis dilucide genera controverſiarum vel primum agri qualitatem expoſui.* Item l. 7. ff. ad l. Jul. majeſt. *Crimen majeſtatis facto, vel violatis ſtatuis, vel imaginibus maxime exacerbatur in milites.* Ut enim duobus prioribus locis è conjectura nos reſtituimus *velut*, ita poſteriore idem verbum recte reſtituit Heraldus Obſerv. 11. ubi recte demonſtravit legendum eſſe, *veluti violatis ſtatuis.* Atq;

ita legendum ergo cenſemus hoc loco, *finalis jurgii veluti locorum libera peragatur intentio.* Sed cum integra hujus legis verba hactenus non extiterint, nec mirum videri debet ſi dicam, neque hactenus à quoquam intellectam eſſe penitus: ut neque eam quam ex hac contraxit Tribonianus, quæ æque ut hæc vitioſa laboravit ſcriptura. Certe Petrus Bajlardus, qui ætate Accurſii omnes ſe leges intelligere jactabat, hac ei propoſita palam obmutuiſſe narratur. Ejuſque exemplo Laurentius Valla, vir eximius & qui Accurſianis utiliores commentationes ſe daturum promittebat, inſcitiam ſuam excuſaſſe dicitur. Accurſius ne nihil diceret neſcio quam vana hic commentus ſit. Fingit enim, ſi olim de quinque pedibus controverſia fuiſſet, agentem præſcriptione ſive exceptione ſubmoveri ſolitum, quia de re minima actio non daretur. Eam vero præſcriptionem ſive exceptionem hac lege ſublatam, proque re quantumvis exigua actionem non denegari. Et tamen hæc interpretatio perhibetur receptiſſima à Johanne Brunnemanno ad iſtam l. Quinq; C. fin. reg. Petrus Crinitus, qui primus hoc quod hic habemus Imperatorum reſcriptum videtur habuiſſe integrum atq; adeo plenius quam in Codice Juſtinianeo extat, à ſuperiori interpretatione receſſit, negavitque hic de exceptionibus agi, ſed hujus legis præſcriptionem eſſe longi temporis, quam à quinque pedibus Imperatores ſubmoverunt. Verum errat tamen in eo quod legem hanc referat ad illam Solonis quam habemus l. f. ff. fin. reg. qua modus preſcribitur ei qui quid molitur circa fines prædii vicini. Quem errorem indicavit etiam Alciatus peculiari libro, quem de quinque pedum præſcriptione edidit. Quo & hoc carpit in Crinito, quod ille uſucapionem quinque pedum legibus XII. tabularum eſſe voluerit, in cæteris vix quicquam à Crinito recedens. Et quamvis hi ad veritatem propius multo acceſſerint, Brunnemannus attamen has meras conjecturas opinatur, quas aliis ventilandas ſe dicit relinquere. Cum Accurſii opinio quam ipſe amplectitur non modo in conjecturis, ſed in manifeſto conſiſtat & fundetur errore. Cum plane falſum ſit, *olim de re modica, id eſt de quinque pedibus judicium datum non fuiſſe.* Nam certe Impp. Arc. & Honor. l. 8. C. Th. de jurid. rei minimæ actionem conceſſiſſe conſtat: Quin & negamus quinque pedum ſpatium, quod quaquaverſus fundum ambit, rem modicam aut exigui momenti eſſe. Quoniam hac latitudine iter eſt ad culturas accedentium, quæ commoditas non exigui eſt momenti. Non erubeſcimus itaque ſi Alciati aliorumque conjecturas, quoniam ita eas appellat, perſcrutemur, quandoquidem manifeſto errori nuntium mittimus. Pergamus ergo videre etiam an Nicolaus Valla, qui cum multa laude *De rebus dubiis* commentatus eſt, quicquam veriſimilius ad hanc rem attulerit. Is itaque Quæſtione octava ſcribit in hunc modum: *Præſcriptione illa quinq; pedum ſubmota vel dilata, quæſtio finalis prius diſcutienda atque terminanda eſt. Conſtat enim judicem vel arbitrum non poſſe cognoſcere quantum arbor diſtet ab extranea regione, niſi prius & liquido cognoverit de finibus locorum & limite.* Sed ſi hanc meram dixero conjecturam, æque ut illam Accurſii, nullo ſtabilitam fundamento, à veritate non aberravero. Quod vel hinc conſtat, quod quæſtionem quinque pedum, & quæſtionem fina-

finalem duas eſſe res diverſas credidit, quæ ſit una atq; eadem. cum alibi demonſtraverimus latitudinem finium lege Mamilia fuiſſe pedum quinque. Atque eo fundamento ſubducto neceſſe eſt ut in fumum abeant quæcunque ei Valla ſuper inſtruxerit. Ut ergo poſt tot viros præclaros & nos noſtram ſententiam in medium proferamus, hoc certo præmittendum eſt, quondam quinque pedum ſive finium uſucapionem non fuiſſe, & quidem ut liquido apparet, lege Mamilia. Sic enim jubent hæc Aggeni verba: *De fine lex Mamilia quinque pedum latitudinem præſcribit. quoniam hanc latitudinem vel iter ad culturas accedentium occupat, vel circum actus aratri, quod uſucapi non poteſt.* An idem legibus XII. tabularum cautum eſſet, inter omnes non convenit, ſiquidem id Alciatus cum multis aliis affirmat, negat vero Crinitus, nec ſolus. Cujus rei cauſa videtur, quod non eodem modo verba Ciceronis legantur quæ habemus hac de re libro primo De legibus; & ſupra à nobis ſunt recitata. Sunt enim codices qui habent: *Vſucapionem* XII. *tabulæ intra pedes quinque eſſe voluerunt.* cum habeant alii: *eſſe noluerunt.* Sed priorem lectionem adſtruit Gruterus vetuſtiſſimorum codicum auctoritate, quæ & vera omnino eſt. Eſt enim ſenſus: quinque pedes in fundi ambitu relinqui pro fine, quod autem intra aut citra illos quinque pedes, ſive intra finem illum eſt, ut eſt tota privata poſſeſſio, ejus eſſe uſucapionem. Unde ſequitur quinque pedum ſive finium uſucapionem non eſſe. Altera lectio, quæ habet *eſſe voluerunt* plane abſurda eſt. Sequeretur enim poſſeſſionis quæ eſt intra quinque pedes, ſive intra fines, nullam eſſe uſucapionem, ſed tantum finium. quod nemo ſanus dixerit. Ut ut ſit, verum eſt, poſt legem Mamiliam finium ſive quinque pedum non fuiſſe uſucapionem quæ jure veteri fuit biennii. Neque hæc conjectura eſt, ſed res certa & indubitata. Verum quod uſu capi tempore non poterat, ad ſe traduxiſſe quoſdam longioris temporis præſcriptione manifeſtum eſt ex lege noſtra, adeo quidem ut hi mores in conſuetudinem abiiſſe videantur, & multæ hinc lites ſint ortæ: aliis jure ſcripto, conſuetudine, quæ & legis vim habet, contendentibus aliis. Quæ cauſa fuit cur imperatoribus viſum ſit conſuetudinem eam abrogare, reducto non modo jure ſcripto, ſed addita etiam aliqua acceſſione, de præſcriptione finium. Non diſſimili ratione & factum olim, ut uſucapio ſervitutum conſuetudine fuerit introducta contra rationem juriſperitorum, qui ut non patiuntur jura poſſideri, ita nec uſucapi. Sed cum tamen conſuetudo prævaluiſſet, ſucceſſit *Lex Scribonia*, quæ, ut eſt l. 4. in f. ff. de uſuc. *ſuſtulit eam uſucapionem quæ ſervitutem conſtituebat.* Ut ergo lex Scribonia uſucapionem ſervitutum, ita hæc præſcriptionem finium ſuſtulit. Unde factum ut de ſolo fine controverſiam nemini dehinc movere licuerit, qua contenderet præſcriptione ſe eum acquiſiviſſe. Sed contra ſi quis diceret vicinum finem colendo obtinere, finalis jurgii liberam peragere intentionem ut ei eſſet integrum. Nec oberit ei quod vicinus dicat diu ſe poſſediſſe, & diuturmo domini otio rus alienum multos annos diligentius coluiſſe. Nam veluti locorum quiſque liberam peragit intentionem, ita & finium, & non præſcripto aliquo fundi loco cum fine, non etiam finis præſcriptus intelligetur.

Et

Et ut verbo dicam, poterit finis cum loco præſcribi, ſine eo non item. Verum ut ipſa loca ſive portiones aliquæ ſundi præſcriptione quærantur, cautionem hic adhibent Imperatores veteri jure incognitam. Neque enim ſolam ſufficere voluerunt, poſſidentis alienum, culturam; ſed hoc inſuper requirunt, ut his quæ præſcripta dicentur limes ſignis terminiſve incluſus congruum quinque pedum finem præſtet, qualem eruditi menſores ex artis præceptis dirigere ſolent. Atque ut ita loco pedum quinque qui prius inter vicinos congruum præſtabant finem, congruus ſubſtituantur quinque alii. Hoc enim eſt quod volunt hæc verba: *Si veteribus finem cum ſignis limes incluſus congruum erudita arte præſtiterit.* Hæc in adverſaria conjeceram multo ante tempore quam Gothofredi commentarius in Codicem Theodoſianum lucem aſpiceret. Sed cum hæc publici juris eſſem facturus & eum quoque conſulere viſum eſſet, deprehendi eum, in longe aliam à nobis aliiſque omnibus abire ſententiam. Nam *præſcribere* ei hic eſt προγράφειν, & *præſcriptio*, definitio, præfixio, & determinatio à lege facta. Ut *quinque pedum præſcriptio ſubmota* hic non ſit aliud, quam abolitio & ſubverſio juris quod olim inter ſpatium quinque pedum & loca intereſſet. Et Imperatores *nolle amplius in finalibus jurgiis ſpectari an de ſpatio quinque pedum, an vero de loco ageretur.* Sed hæc obſervatio cum verbis & ſententia legis pugnat manifeſto. Nam volunt Imperatores *finalis jurgii liberam peragi intentionem.* Sed & comparatio inſtituitur inter *finalis jurgii* & inter *locorum intentionem.* Tertio, quod hac lege quorundam ſit, quorundam autem non ſit præſcriptio. Id enim ipſis verbis liquido apparet: *Sola ſit igitur hujuſmodi legibus una præſcriptio*: &, *Nec vero in hujuſmodi* quæſtione *locum habebit ulla præſcriptio.* Quod non eſſet ſi locorum & finium ſublata eſſet diſtinctio. Quarto, manifeſta hic eſt antitheſis inter *præſcriptionem quæ petitoris refrenare poſſit invidiam*, & inter *præſcriptionem ſubmotam finalis jurgii.* Sed illa cum palam ſit præſcriptio longi temporis, neceſſe eſt & hanc itidem longi temporis eſſe præſcriptionem. Denique, hac lege etiam *artis hujus peritis* ſive Agrimenſoribus *commiſſum eſt ſub fideli arbitratione judicium*, ſcilicet quinque pedum, ſive finalis controverſiæ. *Cum de majori ſpatio controverſia apud ipſum Præſidem debeat terminari*, ut eſt in lege antecedenti. Et lege ſequenti: *De eo tantum ſpatio hoc eſt pedum quinque ſine obſervatione temporis arbitros juſſimus judicare. Quod ſi loca in controverſiam veniunt, ſolemniter judices recognoſcent.* Ut ex his omnibus judicem longe hic à vero aberrare Gothofredum, ut & in cæteris omnibus quæ huic obſervationi ſuperſtruxit. Veram autem eſſe Criniti & Alciati ſententiam, qui præſcriptionem, de qua in hac lege agitur, aſſerunt eam eſſe quæ ſit longi temporis. Verum iidem illi tamen non perſpexerunt, quid ſit finium liberam peragi ſolummodo intentionem veluti locorum: ut neque quomodo loca illa, quæ dicentur cum quinque pedum ſpatio præſcripta, novo fine circumdari debere.

limes incluſus quis ſit forte quiſpiam dubitabit, cum magis includat quam includatur ipſe. Sed ut is includit poſſeſſionem, ita eum quoque includunt ſigna & termini. Pari ratione pag. 244. *limes* dicitur *circumdatus*, nimirum ſignis: & ſtatim ipſe etiam *fundus* dicitur *circumdatus limitibus.* Hoc loco tamen-

men Imperatores voce limitis abutuntur, cum nullibi is ſit quam in agro diviſo, quippe hic de eo non agi apparet, quod de fine & loco agatur.

prolixioris temporis, ne quidem triginta aut quadraginta annorum. Triginta tamen placuit Juſtiniano l. 3. C. fin. reg. Et hinc factum videtur ut tempore fines quinque pedum aboliti ſint. Nunc enim fines non alios agnoſcimus quam lineares.

ſolo jure, excluſa facti quæſtione, ſive longi temporis præſcriptione. Infra dicetur, *ſine obſervatione temporis*.

diſcingi. Al. *diſcindi*. Sed recta eſt vulgata lectio. v. Sidon. 3. ep. 9. & ibi Savar.

VII. *K. Aug. Auguſto*. Codice Th. rectius eſt: VII. *K. Aug. Arcadio Auguſto & Bautone coſſ.*

RVFO. P.P. C. In MSto eſt: RVFO. PP. O. id eſt Præfecto Prætorio Orientis. Alius, RVFO PP. K. id eſt Præfecto Prætorio cariſſimo. Sic enim ſæpe alias Imperatores. ut l. 6. ff. de vi pub. ubi Divus Pius: *Gemine cariſſime*. Et l. 1. §. f. ff. de quæſt. ubi Divi fratres, *Saxa cariſſime*. Sed in C. Inſt. non eſt RVFO ſed RVFINO, quod eſt rectius. Nam non Rufum, ſed Rufinum Præfectum fuiſſe prætorio orientis commemorat Sozomen. Hiſt. Eccl. lib. 8, cap. 1.

molitionibus, ita in MSto & l. f. C. fin. reg.

ordinem modumque præſcripſimus. Non dubito quin ſcripſerint Imperatores, *ordinem modumque præſcriptioni præſcripſimus*. Oratio enim alioqui manca eſt.

pedum quinque. Sic etiam lege ſuperiore mentio tantum pedum quinque nec plurium, ſic apud Siculum, ſic apud Simplicium. Ut error omnino ſit apud Aggenum ubi legitur, *quinque aut ſex*. quod & notatum ſupra.

veteri jure moribus introducto contra XII. tabulas. Errat itaque hic Jac. Gothofredus, qui per jus vetus intelligit XII. tabb. & legem Mamiliam. quoniam his legibus finium uſucapionem non eſſe demonſtravimus ſupra.

Sine obſervatione temporis. Quandoquidem enim nemini duos illos pedes cum ſemiſſe, quos fini debet de ſuo relinquere, ſerendo licet occupare, non mirum ſi nec uſus ei permittatur ejuſmodi ſpatii de fundo vicino. Cujus autem uſum lex prohibuerit, conveniens eſt ut & inhibuerit ejus præſcriptionem. Fecitque Juſtinianus contra rationem juris veteris contraque mentem horum Imperatorum, qui hac lege diſtorta & mutilata præſcriptionem triginta annorum in finibus introduxerit l. f. C. fin. reg.

arbitros juſſ. Hi arbitri vocantur lege ſuperiore *periti hujus artis*, id eſt Agrimenſores.

judices recognoſcent. Sic edidimus ex MSto, cum legebatur antea, *judica recognoſcens*. Unde tamen efficere facile erat, *judicia recognoſces*.

competet actio. Termini moti actio civilis competit domino fundi, quive pro domino eſt: criminalis cuique de populo, ſed ita ut pluribus agere volentibus, judex ipſe eligat quem velit. Ut autem criminalis actio nihil aliud perſequitur quam pœnam, ita civilis rei reſtitutionem ſeu redhibitionem deſiderat. Quæ cum ita ſint, qua ratione hic definitur, non aliter aut civi-

lem aut criminalem tribui actionem quam ut utravis intentata reus & pœnæ ſubdatur, & redhibitioni decernatur obnoxius? Hanc difficultatem ſubmovere ſe quidam exiſtimant, cum dicunt, termini moti actionem civilem & criminalem apud eundum judicem terminari oportere, atque id hac lege juberi. Sed hoc cum dicunt nihil dicunt, quoniam & ante hanc legem de termino moto & civiliter apud Præſidem agebatur, & criminaliter. Et hac tamen lege conſtitum aliquid oportet fateri quod non fuerat ante. Veriſimilius itaque eſt hac lege introductum, contra rationem juris veteris, ut alterutra tantum actio non intentetur ſola, ſed eum qui una agere velit debere agere, vel ſaltem cavere actum iri, & altera. Et hujus rei ratio etiam hæc poteſt reddi: quod ſcilicet qui termini noti actionem movet, ſceleris improbiſſimi vicinum arguat. Ut impunitum illud tranſmitti non debeat ſi verum ſit; nec impunita inſimulatio, ſi falſum. Et hinc ſcilicet non ſola civilis *tribuetur actio*, ſive hac ſola Præſes agere quenquan non permittet. Criminalis item actio non tribuetur ſola, ceſſante ſcilicet domino fundi, qui vicinum propellere terminum ſcit videtque & diſſimulat. quoniam volenti ut furtum non fit, ſic nec injuria.

obnoxius decernatur. Forte. *obnoxius reus decernatur*.

p. 343. *Præcipimus* &c. Non integram nos hic habere conſtitutionem, ſed partem inde male divulſam, res loquitur. Primum autem quod hic extat verbum, periodi præcedentis extremum eſſe opinamur: opinamurque hæc ita reſtituenda eſſe. *præcipimus. Itaq; Agrimenſori jus, ut pro laborum viciſſitudine & Geometricæ artis à fundo cui finem reſtituet aureum, ſi in trifinii rationem ſtatuerit, & convenientiam, &c.*

abſque ſua pulveratica. Poſt plures alios pertendit Jac. Gothofredus ad l. 16. C. Th. de tyronib. pulveraticum non eſſe aliud quam honorarium, quod pro opere & labore Agrimenſoribus dabatur. Ego vero diverſum cenſeo, atque opinionis meæ hac lege me arbitror habere ſatis evidens argumentum, qua pulveratica ab honorario ſeparatur. Erit ergo potius illud quod militi aliive cuiquam datur antequam ad pulverem & laborem caſtrorum, alteriuſve cujuſvis exercitii accedat. Unde nec actio datur nec dari poteſt pro pulveratico ſive pulveratica, cum pro honorario dari conſtet l. 1. ff. ſi mens. fals. mod. dix.

poſſeſſionis uncias. Quamvis uncia ſit pars duodecima aſſis, attamen & integri rationem habet reſpectu partium. Et ita vox ea hic accipienda eſt.

dum profeſſi. Fuiſſe non tantum Romæ & Conſtantinopoli, ſed & aliis urbibus, præcipue metropolitanis, profeſſores qui publice lecti & probati ſcientias docerent, notum eſt ex titulis Cod. Theodoſiani & Juſtinianæi *De profeſſoribus: De ſtud. liberalib. De medicis & profeſſorib.* Et hujuſmodi etiam fuiſſe profeſſores Geometriæ & Finium regundorum ex hac lege diſcimus. Menſorum autem fuit primicerius, cujus dignitas ſpectabilis habebatur, qui hic dici videtur Magiſter. Nam & hic ipſe ſpectabilis, profeſſores autem clariſſimi.

Nam & uſu &c. Quamvis maxime de diſcipulis Agrimenſorum ſe acturos

Im-

Imperatores præfati ſunt, nihil attamen hic de iis habemus aliud, quam unicam hanc periodum. Ut & hic nos fragmentum tantum habere manifeſtum ſit.

tui culminis ſemper. Im MS. *culminis quod* &c. Verum poſterior vox loco mota, ita reſtituenda eſt: *Suggeſtionibus tui culminis ſemper magnum aliquid reipublicæ conferendi materia miniſtratur, quod ſemper nobis aliquid porrigitur emendandum.*

p. 344. *ad priorem dominum.* MS. *ad priorem in dominium.*

ut judicio agrimenſoris finiatur. Sed quid judicio agrimenſoris finietur? incerta poſſeſſio & incertum dominium? An vero illud quod in harenam fluminis inundatione ſolvitur? Quippe de his actum erat. Hoc igitur cum plane videatur abſurdum, veriſimilius eſt, reſcriptum fuiſſe: *ne judicio agrimenſoris finiatur.* Quo ſcilicet vel ab ærario vendi, vel à quolibet peti, vel ſeparatim cenſeri, vel functiones exigi poſſint.

& ea quæ per all. MS. *ut ea quæ.* Unde conjicimus ſcriptum fuiſſe: *Ut ea quæ per alluvionem poſſeſſoribus acquiruntur, neque poſſint ab ærario vendi* &c.

ac diſpoſitione tua. Legendum, *hac diſp.*

p. 345. MODESTINUS. Quæ hic Modeſtini ſunt, retulit Tribonianus ſub tit. ff. fin. reg. loco ſeptimo. atque ita à Gloſſa excipiuntur, ac ſi territorio civitatis alicujus civibus æqualiter diviſo, aliquis majorem occupaſſet modum quam qui datus eſſet cuique. Atque ea propter eum qui modum habet majorem, id quod excedit, permittere debere minus habenti. Nec quenquam eorum qui de hac re quicquam dixere, & ſunt perpauci, ab hac interpretatione recedere ſcio. Sed ego his minime acquieſcere poſſum, quoniam ita ſpecies hujus legis ab interpretibus excipitur, ac ſi nulla difficultate laboraret, cum tamen ea ſit, ut principali reſcripto indiguerit. Nam quis de eo ambigat, ſi, verbi gratia, cuique diviſa ſint ageri jugera decem, & Cajus deprehendatur poſſidere tredecim, Mævius autem qui ei confinis quæratur ſeptem ſe tantum tenere. An Præſes eam ob cauſam ſcribet ſe pendere animi, & rogare ut litem tam dubiam ſua auctoritate Cæſar velit terminare? Non puto nec mecum quiſquam alius. Sed fac Mævium ultra tertium aut quartum vicinum remotum eſſe à Cajo, vicinos autem intermedios plus portione ſua non poſſidere, quid tum? An locum habebit hujus legis determinatio? Si ais, ut certe debent omnes qui cum gloſſa ſentiunt, quid ſequetur? An Cajus Mævio tribus cedet jugeribus? Id quidem adverſatur legis verbis, quæ volunt minus habenti aſſignandum eſſe locum integrum, quem hac ratione Mævius non haberet, ſed haberet duas diverſis locis particulas. Et præterquam quod hoc cum verbis hujus legis pugnat, pugnat etiam cum æquitate & ipſius dividentis juſtituto & voluntate. Sequetur igitur ut ſecundum legis verba totis decem jugeribus Cajum pellas, Mævio poſſidendas. Tria ergo tantum reſtabunt Cajo. Sed qua æquitate? Aſſignabis ei ſeptem alia forte prius poſſeſſa Mævio, & ſic fient decem. Sed quo jure? Et quod iniquum erat in Mævio, ut duobus locis poſſideret, quomodo id æquum erit in Cajo? Vide in quas anguſtias nos detrudunt qui tales nobis dant legum interpretationes, imo qui tales nobis exhibent leges à veritate, à ratione, & à ſcribentium

 men-

mente & verbis plurimum remotas. Quippe rem neſandam, ut pluribus locis aliis, ita inprimis hic præſtitit Tribonianus, qui verba juriſconſulti omnino invertit, & veritati contrariam exhibuit ſententiam. Scribere enim ne ſcripſiſſe aliter Modeſtinus potuit, quam: *Is qui minorem locum in territorio habere dicitur, cæteris qui majorem locum poßident aßignare compellitur*. Id enim veritati eſt conſonum & conforme. Nam majus quod eſt, cum verſamur in rebus quæ ejuſdem ſunt conditionis & naturæ, ad ſe trahit, ut pote dignius & validius, id quod eſt minus. Nec vice verſa, minus illud quod eſt majus. Atque ita hic quoque locum habere poteſt quod eſt in Evangelio: *Habenti dabitur*, quippe hoc juri naturali non adverſatur. Ut ergo intelligamus quid hujus rei ſit, repetendum memoria erit quæ ſupra diximus ad legem *Si quis ſuper*. & inde conſtabit non agi hic de fundo aut poſſeſſione univerſa, nec agi etiam de parte fundi occupatorii, id eſt de loco, quæ controverſia apud Præſidem debet terminari; ſed agi in regione diviſa. Agi enim textus noſter docet *De modo*, & agi coram *arbitro*, non apud Præſidem. Et ſpeciem facti ita proponemus: Cum Auctor diviſionis aſſignationiſq; cuique dediſſet jugera decem, unius ejuſdemque modi Cajum poſſediſſe jugera ſex, Mævium non niſi quatuor, atq; inter eos quæſtionem ortam ad quem modus ille decem jugerum pertinere debeat, atque hoc inprimis, cui poſſeſſio eſſet adjudicanda. Et hæc certe diſceptatio eſt anceps, & Principali reſcripto non indigna, cum hinc dici poſſit, quam quiſque poſſeſſionem habet, aſſeri eam cuique oportere. Maxime cum locum ex fundo poſſideri & uſucapi certum ſit, adeo quidem ut ſi quis cum magna vi ingreſſus eſt, exercitus eam tantummodo partem quam intravit, hanc obtineat. Hæc enim ex Celſo & Pomponio relata ſunt in l. 18. & l. 26. ff. de acquir. poſſ. Ut recte etiam ex Javoleno Paulus l. 20. ff. de interrogat. in jure fac. retulerit. *Poſſeſſorem fundi cogi debere reſpondere, quota ex parte fundum poßideat. Ut ſi minore ex parte poßidere ſe dicet, in aliam partem quæ non defenderetur, in poſſeßionem actorem mitti debere*. Contra vero ex alia parte juſte moveri poteſt, cum unius modi una tantum ſit aſſignatio, quæ in unum collata, non in plures, unam tantum poſſe iſtius unius eſſe poſſeſſionem. Et certe hæc ratio apud Imperatorem prævaluit, cenſuitque eum in ea poſſeſſione eſſe potiorem qui locum majorem poſſideret, atque alium proinde qui minorem tenebat eo cedere debere. Atq; hoc me docuit noſter Siculus, cujus hæc habemus verba: *Sæpe etiam unius ejuſdemque nominis duo domini acceptam ſibi defendunt. Quæ res quamquam ſit confuſa, tamen modus minor in poſſeßione majorem modum ſequitur*. Atque in hoc unus ille Siculus infinitis Tribonianis erit mihi potior, cum non ſit æquum quod minus eſt prævalere ei quod eſt majus, nec unam rem, indiviſe ab eo qui dandi facultatem habet, conceſſam diverſo jure cenſeri. Et hæc ratio etiam nunc in Feudis itemque jure in Patronatus ejuſque conditionis aliis non erit aſpernanda.

poßident. Quæ jam ad Modeſtinum diximus locum habebunt ſi de poſſeſſione agatur, de qua & Modeſtinus & Siculus ſolummodo loquuntur. Verum ſi proprietatis ſit controverſia res non eſt uſque adeo expedita, *quia*, ut eſt apud eundem Siculum, *potuerunt aliquem numerum vendidiſſe aut remiſiſſe*. Et apud

apud Aggenum, *Namque hoc comperi in Samnio ut agri quos D. Veſpaſianus aſsignaverat, eos ab ipſis, quibus aſsignati erant, jam aliter poſsideri. Quidam enim emerunt aliqua adjeceruntque ſuis finibus*, &c. Et hinc fieri poteſt ut cui poſſeſſio prius adjudicata erat, poſtmodum cauſa cadat.

ULPIANUS. Hæc Ulpiani verba referuntur l. 8. ff. fin. reg. ad quæ non erit neceſſe multum commentari, cum de iis etiam egerimus Antiquitatum cap. 4. Hoc tantum hic repetemus, expungenda illa videri verba: *ſi res exigit*. Semper enim res id exigere videtur, & hæc etiam cauſa eſt quare Agrimenſor etiam alibi vocetur Inſpector. Et quoniam qui de his judicaturus eſt in rem præſentem diſcendere debet, & loca ipſa oculis ſubjicere, factum videtur, ut non Præſidis illa ſit cognitio, ſed menſoris arbitrio relinquatur, cui iſtis vacare magis eſt commodum. Et non quandoque, ſed ſemper eum ire debere ad loca, de quibus controvertitur, ſatis evidenter liquet ex *l. ſi quis.* quæ ſuperius eſt expoſita. Qua *Agrimenſor præcipitur ire ad loca*, abſque ulla diſtinctione, *ut patefacta veritate hujuſmodi litigium* finalis controverſiæ *terminetur*. Legendum itaque hic neceſſario erit, ut & ante monuimus: *Ad officium de finibus cognoſcentis pertinet menſorem mittere, & per eos dirimere ipſam finium quæſtionem, ut æquum eſt, oculis quoque ſuis ſubjectis locis.*

FLORENTINUS. Hæc Florentini habemus l. 16. ff. de acq. rer. dom.

In agris limitatis. Agri limitati ſunt limitibus per centurias actis diviſi, ſive primæ ſive ſecundæ aſſignationis: atque etiam ſive limitibus ii ſint perpetuis ſive interciſivis diſcreti. In his ergo jus alluvionis locum non habuiſſe ſuo tempore ſcribit Florentinus, idque ita conſtitutum eſſe à Divo Pio. Unde liquet prius id fuiſſe controverſum, nec rationem omnibus ejuſdem rei æque conſtitiſſe. Innuit autem Aggenus controverſiam eam fuiſſe motam inter Juriſconſultos & Agrimenſores, quorum hi ab una, illi ab altera ſtabant parte. Et ratio quidem Juriſconſultorum hæc videri poteſt, quod fluvius arbiter ſit finium, & quem finem aqua facit in reliquis, & in his quoque facere debere, atque eapropter æque hic etiam incrementa ac decrementa eſſe inſpicienda. Contra Menſores, *quod formis per centurias certus cuique modus adſcriptus eſt*, quem neminem egredi oporteat, & utcunque ceciderit, quenque aut agrum aut aquam aut utrumque habiturum termino tenus. Quæ etiam ratio videtur permoviſſe Pium ut ſecundum Agrimenſores hanc controverſiam terminaverit, poſthabitis Juriſconſultorum rationibus. Unde liquet quantæ illi etiam auctoritatis fuerint, ut contra JCtorum ſententias apud Principem prævaluerint. Liquet etiam Aggenum ante D. Pii ætatem vixiſſe qui hujus controverſiæ meminit, ignarus deciſionis quam ſuper hac interpoſuit Pius.

Trebatius. Juriſconſultus notiſſimus, ad quem etiam Topica ſcripſit Cicero. Ille *Trebatius ait*, nec dicitur conſtituiſſe, ut alibi & Juriſconſultos jus conſtituiſſe diximus. Ut etiam tum cum Florentinus hæc ſcriberet, diſputatum videatur de incremento agri aſſignati per univerſitatem.

ager qui hoſtibus &c. Ager hic eſt civitatis cujuſvis territorium, quod hoſtibus devictis, nam alias id vix factum, univerſum ſive totum civitati eſt aſſignatum,

gnatum, nullis intervenientibus limitibus, nullaque facta diviſione. Et in hoc potiſſimum differt ab agro diviſo & aſſignato. Id namque eſt quod hic dicitur, *in civitatem venire.* Cum agri diviſi & aſſignati non tam veniant in civitatem aut poteſtatem civitatis, quam quidem in poteſtatem ſingulorum civium, quibus aſſignati. Is autem ager qui ita datus ut in civitatem veniret hac conditione aſſignabatur, ut nexum non haberet, nec juſta ejus eſſet alienatio, ſed poſſidere quaſi fructus tollendi, & tributi præſtandi gratia concedebatur. Unde in commune rem cives habebant, nec ſinguli tributum, ſed univerſim præſtabat civitas Populo Romano. Hoc enim fere apud Simplicium non obſcure, licet verbis multimodis depravatis docetur. De eodem agro ita Frontinus: *Ager eſt menſura comprehenſus, cujus modus per univerſitatem civitati eſt aſſignatus, ſicut in Luſitania Salmanticenſibus, aut in Hiſpania citeriore Palantinis, & compluribus provintiis,* quibus *per univerſitatem tributarium ſolum populis eſt definitum.* Hunc ergo agrum dixit Trebatius habere alluvionem, ſed tum dixit, cum necdum lis inter Juriſconſultos & Agrimenſores fuit terminata: -& cum illi cenſerent etiam agros limitatos jus alluvionis habere. Sed ſi Pius non minus de agris per univerſitatem aſſignatis fuiſſet interrogatus, ut interrogatus fuit de limitatis, non dubito quin de utriſque eandem laturus fuiſſet ſententiam. Nam, ut vides, agrum illum Frontinus dicit, *per univerſitatem definitum.* Et eundem agrum dixit etiam, *per extremitates comprehenſum.* Quoniam enim hujus extremitates etiam certæ ſunt & definitæ, quibus comprehenditur, æque certe ut limitato jus alluvionis, ita erat & huic denegandum. Et quid refert quod interius unus limitibus ſit diſtinctus, alter non item, cum exterior facies nihil diſcrepet. Sed noluit Florentinus ulterius contra JCtos ſententiam conſtitutionis extendere quam verborum ferret ambitus. Et ne cenſuram ab altera parte timere haberet neceſſe, maluit Trebatii verba promere, quam ſuam proferre ſententiam. Quis vero hic eſſet ager limitatus, quis ille qui ita datus ut in civitatem veniret, non intellexit illuſtris noſter Batavus, qui libri ſecundi capite 3. De jure belli ſcribit: agrum eſſe *diviſum & aſſignatum, quem limitatum vocat Florentinus,* hac ratione *quia manufactos limites pro finibus habet.* Sed eſſe & alium *aſſignatum per univerſitatem, ſive menſura comprehenſum, puta per jugera & centurias.* Et ejuſdem libri capite octavo: *Non contemnenda eſt hac in parte Romanorum diligentia, qui limitatum agrum ab aliis agris diſtinxerunt, dummodo meminerimus agrum menſura comprehenſum hac in re,* ubi de alluvione diſceptatur, *paris juris eſſe cum limitato.* Nam primo, verum non eſt, quod foris limites manufactos pro finibus ager diviſus habeat, ideo limitatum dictum eſſe, verum quod quantus quantus eſt limitibus ſit interciſus & perdiviſus. Nam ſi ager ille flumine terminetur, ipſæ etiam aſſignationes aliquoties uſque in ipſum flumen extenduntur. Ita namque Aggenus: *Multa flumina & non mediocria in aſſignationem menſuræ antiquæ ceciderunt. Nam & deductarum coloniarum formæ ita dictant, ut multis fluminibus nulla latitudo ſit relicta.* Et poſt: *Quando ex acto limite accepta finiatur, quæ aquam vel agrum vel utrumque habere debeat. Cujus fuit enim fortaſſe ratio, qua deberet quiſque deductorum etiam aquam accipere.* Secundo, ager aſſigna-

tus

tus per univerſitatem ſive menſura comprehenſus, *per jugera & centurias* datus aut aſſignatus non eſt: ſed abſque ulla jugerum centuriarumve diviſione totus in civitatem venit. Ejus enim rei mihi locuples teſtis erit Frontinus, qui hunc eum eſſe dicit, *cujus modus univerſus civitati eſt aſſignatus.* Ubi enim unus modus, unus dator, unus donatarius, nulla ibi diviſio aut diſtinctio mente cogitari poteſt. Tertio, aſſerit aperte contra Florentinum, quem tamen in partes ſuas advocat etiam, in alluvionum quæſtione, de qua loco citato agit, agrum menſura comprehenſum paris eſſe juris cum limitato. Sed nec felicior ibidem loci eſt in explicatione *agri arcifinii*, quandoquidem dicit: *Imperia in re dubia credenda eſſe arcifinia, quia id territorii naturæ maxime convenit. At agri privati magis eſſe ut arcifinii non credantur, ſed* ut credantur *aut limitati, aut certa aliqua menſura terminati.* Nam arcifinius ager non tantum eſt à quo arcetur hoſtis bello, verum & à quo ſubmovetur cultura vicinus. Unde noſter Siculus: *Ut quiſque virtute colendi occupavit, arcendo vicinum arcifinalem dixit.* Deinde, cum Frontinus, Aggenus aliique è noſtris tres tantum agrorum agnoſcant conditiones, diviſi & aſſignati; menſura comprehenſi; atq; item arcifinii, hic etiam adtexit quartam: Nempe, *certa aliqua menſura terminati.* qui nuſquam apud Antiquos apparet. Sed hunc quod addiderit hinc accidiſſe videtur, quod arcifinium aut terminos aut menſuram non habuiſſe crediderit. Cum tamen hic ager teſte Frontino, licet non ab initio, attamen *poſtea interventu litium, per ea loca quibus finitur, terminos accipere cœperit.* Nam, ut eſt apud Siculum noſtrum, *finitur terminis, & arboribus notatis, & ſuperciliis, & vepribus, & viis, & rivis, & foſſis.* Ut omnis omnino ager qui non ſit diviſus aut per univerſitatem conceſſus, arcifinium vel arcifinalem & occupatorium dixerint, licet vel hæreditate vel emptione ad nos pervenerit, atque adeo ut ego vicinos arcendo eum non occupaverim, nec ante me centeſimus forte poſſeſſor. Is tamen ipſe arcifiniæ vel occupatoriæ conditionis omnino eſt, non interveniente legis poteſtate, quæ primigeniam conditionem mutavit, ut mutavit aliorum, qui vel diviſi vel per extremitatem ſunt comprehenſi. Sed cum, jus quod attinet, nulla ſit differentia inter id quod arcifinium eſt, quodque eſt arcifiniæ conditionis, inde factum ut omnes agros qui origine eſſent tales, etiam arcifinios poſtea dixerint, quamvis menſura acta terminis forent incluſi.

ut ſciretur quid &c. Ratio hæc plane incongrua, ut quæ infert nullo poſſe modo agrum metiri quam per limitationem & aſſignationem. Quæque preſupponit etiam ex limitatis omnibus quid dari ſive aſſignari, aliquid etiam præterea venire, & præter hæc ſupereſſe quod in publico relinqueretur. Cum contra conſtet, plurima territoria adeo colonis non ſuffeciſſe, ut & Præfecturas ſumi ſit neceſſe ex alieno. Quin & ſtulta hæc eſt ratio; ut ſciretur ideo dari, vendi, relinqui: cum vice verſa, quia partim datum, partim venditum, partim relictum eſt, ideo ſcitur quid ejus cujuſque ſit. Qua propter vereor ne & hæc lex ſortem ſubierit ſe indignam.

p. 346. *faciem locorum convertunt.* Loca, de quibus hic ſermo, proprie ſunt fines, quos quandoq; intercultos eſſe, quandoq; arboribus occupari docuit

docuit Siculus. Horum locorum faciem mutare & convertere lex vetat, ſive in meo verſer ſive in alieno, quoniam ex his unus tantum fit finis, qui uſucapi non poteſt. Nullam ergo hic lex fecit diſtinctionem, ut nec Mamilia, nec agraria Cæſaris inter amoventem terminum de proprio & de alieno. Sufficit ergo faciem locorum convertiſſe, dummodo fiat finalium quæſtionum obſcurandarum cauſa.

ut ex arbore arbuſtum. Quin & hæc vitioſa ſit lectio dubitari non poteſt, quoniam explicari non poteſt, quomodo ex arbore fiat arbuſtum. Et quamvis cum vulgata lectione etiam conſentiant Haloander & Pandectæ Florentini, ſuſpicor tamen ſcriptum fuiſſe primitus, *ex arbo arbuſtum*; pro *ex arvo.* Nam V. & B. ſæpe commutari notum eſt, cujus multa & in ipſis Pandectis extant exempla. Sed poſtmodum imperiti librarii, cum exaratum viderent *ex arbo*, ſuſpicati vocem hanc eſſe imperfectam, ſyllabam adjecerunt, fecerunque inde *ex arbore*, ut nunc ubivis legitur, quamvis mendoſe. Nam recte legetur, ut quondam lectum fuiſſe opinamur, *ex arbo*, ſive *ex arvo arbuſtum facere.* Nam duobus modis potiſſimum commutatur & invertitur facies loci, ſi nimirum vel ex arvo fiat arbuſtum, vel è converſo ſi ſylva noviter fiat arvus ſive novalis. Quæ ſpecies ſibi invicem ut recte opponuntur, ita etiam hoc textu opinamur à Juriſconſulto ſimul fuiſſe propoſitas.

pœna plectendi: Numæ lex fuit: QVEI. TERMINOM. EXARASSIT. IPSVS. ET. BOVES. SACREI. SVNTO. Verum exolevit illa, factaque eſt pœna pecuniaria, ut liquet ex lege Mamilia & Agraria C. Cæſaris. Nam in terminos ſingulos qui dolo malo exarati locove moti eſſent, hæc quidem quinquaginta aureos, illa vero non amplius quam H. S. XXV. publico inferri juſſit. Et manſiſſe uſque ad Nervam in liberis hominibus pecuniariam veriſimile eſt, quoniam l. 3. ff. de term. mot. conſtat hoc crimen in ſervis ita demum capitale fuiſſe, ſi non dominus multam ſufferre maluerit. Quod ſi enim ſervus multæ ſolutione potuit defungi, ut potuerit & eadem ratione homo liber, non videtur ambigendum. Et ad id uſque tempus termini moti actio popularis fuiſſe videtur, utpote quæ jus populi quam maxime tuetur, dum ei mulctam jure debitam, adjudicari flagitat. Sed poſtmodum hæc res ad crimina extraordinaria ſpectare cœpit, cum Hadrianus l. 2. ff. de term. mot. ex conditione perſonæ & mente facientis pœnam irrogari voluit, juſſitq; aliam ſufferre ſplendidiores, aliam qui eſſent humilioris loci. Hoc enim his criminibus eſt proprium ut ex conditione perſonæ pœnæ varientur, cum in popularibus actionibus & privatis delictis, ubi pecuniariter agitur, perſonarum differentia differentiam non faciat pœnæ. Poſtquam autem ad crimina extraordinaria terminorum cauſa devoluta eſt, ceſſaſſe pœnam pecuniariam ſcripſit Modeſtinus l. 1. ff. de term. mot. Quoniam nimirum *Senatus cenſuit ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret.* ut eſt apud Paulum. l. 14. ff. de accuſationib. Aliud tamen viſum Chriſtinæo 2. Decis. 185. cum quibuſdam aliis, quibus ego aſſentiri non auſim.

pro perſona & conditione. Hoc proculdubio vitioſe. quid enim in perſona conſiderabimus quam conditionem? Scriptum ergo hic fuit: *pro perſonæ conditio-*

ditione & factorum violentia. Nam & idem hic Calliſtratus, cujus hæc ſunt verba ſcripſerat ſupra l. 2. *modus ex conditione perſonæ & mente ſtatuentis magis ſtatui poteſt.*

& factorum violentia. Si vis adhibita fuerit in avellendis terminis incidit res etiam in legem Juliam de vi privata, cujus pœna eſt pars tertia bonorum. Et ſic intelligendum quod Paulus infra dicit de *amiſſa tertia parte bonorum.*

ſubvertunt, ſiquidem. Apud Paulum Sententiarum libro V. tit. XXII. eſt: *evertunt, vel qui conveſſunt bodones, ſiquidem* &c.

qui de crimine cognoſcit. Cum termini moti actio erat pecuniaria magiſtratus colonici erat ea de re cognoſcere. Quippe ita lex Mamilia ſuper ea decernit: *Cum curator hac lege non erit,* ut nunquam fuit poſt coloniam deductam, municipiumve aut conciliabulum conſtitutum, *tunc quicunque magiſtratus in ea Colonia, Municipio, Præfectura, Foro, Conciliabulo jure dicundo præerit, ejus magiſtratus ea de re juriſdictio, judicis datio addictio eſto.* Sed cum factum illud crimen eſt extraordinarium, ut certe Pauli tempore fuit, ad Præſidem ſpectare ea res cœpit: cujus eſt omnia crimina vindicare, quæ in Provintia committuntur. Cum autem & ad eum finalis querimonia deferatur, quam & per arbitrum facit terminari, non immerito quæri poteſt quid illud ſit quod hac lege determinetur. Et vix aliud eſt quod reſpondeam, quam cum quis hujus criminis reus peragitur apud Præſidem in cujus Provintia delictum commiſſum non eſt, etiam tum eum ipſum de finibus quoque cognoſcere poſſe. Nam actionem criminalem, utpote quæ gravior & majoris præjuditii, civilem ad ſe trahere. Idq; eo magis, quod ad legem *Cunctis molitionibus.* annotavimus, de termino moto actionem civilem aut criminalem tribui non ſolam, ſed permitti una ita demum agi, ut & altera ad finem perductum iri certum ſit. Ne ergo apud diverſos judices ille qui agere cœperit diſtrahatur, id quod habemus hoc loco cautum videri. Quod & relatum eſt in l. 4. ff. fin. reg.

DE SEPULCR. In ſuperioribus editionibus huic fragmento & inter leges locus datus fuit, quæ cauſa eſt quare & hic legibus aliis ſubjunxerimus, quamvis & hujus generis plura alia legantur inter Auctores, ſub Vitalis aliorumque nomine. Fragmentum quippe cum ſit ex commentario agrimenſorio, quo judicatur quid pro limitibus & terminis ſervari debeat. Qui quidem legis loco eſt agris qui ex liberalitate conditoris obtinentur, ſed ulterius tamen ſe non extendit, quam illius ſe extulit beneficium. In eo autem commentarius, ejuſq; generis cæteri à lege potiſſimum diſcrepat, quod hic declarat quid factum ſit à conditore, lex autem futuris negotiis modum præſcribat.

De ea lege agri. Puto præſcriptum pro lemmate, & forte à Gloſſatore, fuiſſe: *De ea lege cuſtodienda.* Nam initium textus fuiſſe: *Agrorum & limitum fidem* &c.

qua ad non &c. Marcus Junius Nypſus: *qui nonanis & undecimanis ante* &c. Unde legendum: *qua nonanis & undecimanis ante hac adſignatum eſt.* Sunt autem nonani & undecimani limites obverſi horæ nonæ & undecimæ.

extremis à compaginantibus. Nypſus: *compaginationibus.* An autem legas, *extremis compaginantibus*, an vero *compaginationibus*, perparum intereſt. Utrovis enim modo legamus ſciamus his agrorum paginas, jungi, & quaſi compingi. Quæ non tantum in agris aſſignatis inveniuntur, ſed & in hortis & vineis. Unde Plinius libro XVII. cap. XXII. præcipit *Vineas limitari Decumano* XVIII. *pedum latitudinis, ad contrarios vehiculorum tranſitus; aliiſque tranſverſis limitibus pedum denum diſtingui per media jugera. Aut ſi major modus ſit, totidem pedum cardine, quot Decumano limitari. Semper vero quintanis ſemitari, hoc eſt ut quinto quoque palo ſingulæ jugo paginæ includantur.* Et iſta ratione, ut in aſſignatis, ita & in vineis efficiuntur paginæ. Sed Plinii tamen hic locus in poſtremis verbis vitio laborat, quod tollere ſe poſſe putavit Dalecampius, ſi ita eum immutaret: *ut quinto quoque palo ſingulæ jugi pagi diſcludantur.* Sed hoc non eſt corrupta corrigere, ſed depravata reddere deteriora. Legendum autem omnino eſt: *ut quinto quoquo palo jugove ſingulæ paginæ includantur.* Sic apud Sidonium ſunt etiam 2. ep. 2. *paginæ parietum.* & 8. ep. 14. *pagina altaris.* Item Gloſſæ quæ Iſidoro adſcribuntur, *Pagæ, memoriæ ſine idolis.* Ubi Cerda: *Paginæ, memoriæ ſine dolis.* Quod repoſuit, *Paginæ*, id factum bene; quod, *ſine dolis*, peſſime. Nam illæ paginæ & memoriæ ſine idolis ſunt defunctorum monumenta, quibus adjunctæ nullæ Deorum imagines.

p. 347. *proxime ædibus.* Nypſus: *ſedibus.* Sed l. *proxime ab ædibus.* Sic ſtatim, *longe ab ædibus.*

teſtis loco. Hæc gloſſa videtur.

inſtrumentorum tabellarumve. Nypſus: *inſtrumentorum tabularium poſſ.* Quod rectum puto. Nam inſtrumenta tabularia ſunt publica, quibus fides adhiberi ſolet. Alia enim tabulariis publicis non recondebantur.

longe ab ædibus ad itinera. Supra dictum eſt quæ ad itinera publica conſtituta ſunt rationem finium non recipere. Quoniam ſcilicet viæ publicæ non in id ſunt, ut finem præſtent, quamvis ut id faciant caſu aliquando eveniat. Quapropter hic ejicienda erunt hæc verba: *ad itinera publica.* Et hæc ipſa quæ dicimus etiam confirmant hæc quæ infra ſequuntur: *Sunt etiam monumenta in itineribus conſtituta, quæ fidem publicam tenent, ſi tamen ejuſdem viæ curſus finitimus reperitur, finalia eſſe arbitramur.*

partes militum. Nypſus, *limitum.* recte.

unam lineam mittunt. Forte, *ſuam lineam non mittunt.*

ſunt ſita. Forte, *ſunt ita.*

recipiunt. Forte, *reſpiciunt.* ut ſtatim, *ſpectant.*

Eorum ergo agrorum. Al. *Eorum ergo ſepulchrorum.* quod rectius vulgata ſcriptura.

multo longiores &c. Nypſus: *multo longiores diſcretiones linearum præmiſſis admittunt.* Quod rectum eſt.

eſſe arbitramur. Non ita loquatur Conditor qui jubendi atque ſtatuendi auctoritatem habeat. Ut hæc periodus non ex Commentario ejus deprompta videatur.

p. 348. LEGIS LICINIÆ. Ad hæc Liciniæ aliorumque legum capita, quæ

non

non tantum ex Auctoribus noſtris, ſed & ex pluribus aliis collegimus, non eſt quod noſtram commentationem expectes, benigne lector. Marte enim foris horrendum ſurente, domique vario occupationum circumſtrepente genere, his diutius immorari non vacat. Hoc tantum profitebimur, nos hic, ut in omnibus aliis bona fide eſſe verſatos, ut te deceat in his fidem nobis abſque ſcrupulo habere, quibus & in gravioribus fides derogari non ſolet. Et nobis fidem tamen adhibe ut homini, non ut Deo, humanitatis noſtræ plane conſciis, & nihil arrogantibus ſupra communem ſortem. Crimen quippe à nobis amotum ſcito, non æquam cum aliis naſcendi conditionem. Vale, lector, & ſi mœruimus, fave. An moneri debeas, legis Servilianæ capita, editioni Rigaltianæ addita, à Petro Ramo ſic eſſe concinnata, vix ſcio. Cum enim una cum illius commentariis in Ciceronis agrarias publice legantur, æque forte ut nos hoc non neſcis. Iterum atq; iterum vale.

Notarum

WILELMI GOESII.

FINIS.

NICOLAI RIGALTII
OBSERVATIONES
ET
NOTÆ.

LUDOVICO
REGI CHRISTIANISSIMO.
NICOLAUS RIGALTIUS.

INter principia condendæ Vrbis æternæ, cum ceterorum quidem Deorum turba Iovi Capitolino cederet, Terminum in fano ſuo reſtitiſſe, nullaque exauguratione ſacratis ſibi finibus evocari potuiſſe, fauſtum fuit Romanæ perennitatis augurium. Accipe omen, DOMINE, *Iuris Terminalis prudentiam, hoc eſt finium arte menſoria regundorum diſciplinam, quæ non ſolum finalia privatorum jurgia compeſcit, ſed etiam coloniarum deductionibus imperii fines latius occupandos conſtituit, appetente tui principatus initio inſtauratam tuoque nomine conſecratam. Pacem altiſſimam boni omnes, quibus cordi eſt publica ſalus, quamdiu poterit honeſtiſſime retinere, conſervandam eſſe profitentur; neque fas exiſtimant, conterminos principes, qui ſibi regna ſua legitima poſſeſſorum ſerie longi temporis vetuſtate defendunt, laceſſere: quum tu potius inter illos, ſi quid forte ambiguum incidat, ſedere debeas finium arbiter & diſceptator; ſicut regem addecet inter omnes toto orbe Chriſtiano principes Chriſtianiſſimum. Sed ut plenam & ſolidam pugilum valetudinem palæſtrici campidoctores non probant, adeoque cibum deducunt, ne ſi in habitiorem ſtatum procedere natura nequeat, in maciem ſublapſa referatur:*

ratur: ſic & regna quantumvis licet optime conſtituta, quum ad ſummum tranquillæ felicitatis gradum aſcenderint, minime conſiſtunt: ac, niſi velut de liberaliore ſucco paullatim aliquid deducatur, quum jam in melius proficere non poßint, in deterrima quæque pernicioſiſſime deficiunt. Imperii Gallici robur multiplici generoſiſſimæ propaginis ſobole fœcundum in tantam eſt evectum potentiam, ut quum ſupra nihil adjici poſſe videatur, jam ipſæ vires, ipſique adeo toroſiſſimi lacerti corpori ſuo incipiant eſſe formidabiles, gliſcente ſenſim ſine ſenſu rabie rixarum & litium internecina. Deducendum igitur aliquid de glorioſiſſimo robore. Deducendum, inquam, non in fœderatas aut amicas provincias: verum in ſemiferas illas nationes & gentes immanitate barbaras ſparſis coloniis majorum tuorum exemplo ſigna Chriſtianiſſima protollenda: novæ ſedes exundanti Franciæ quærendæ: vaſtæ ſolitudines confertis oppidis frequentandæ. Præſto tibi ſunt ecce Gromatici, qui tuis auſpiciis, conditorum arbitratu agros occupatorios aſſignent, ac diviſos terminorum artificio regant & cenſeant. Sic DOMINE *ſedendo vinces: ſic barbari poſita feritate fient homines: ſic iterum Helleſpontici Galatæ, ſic Aſiani Tectoſages: ſic Ioppenſes prodigioſam Derceto. pudenda turpium myſteriorum initia, deteſtabuntur: ſic denique Sidonii, Aſtarten Muhammedicam exſecrati, ritus Chriſtianiſſimos addiſcent & obſervabunt. Vale Domine, & multis annis impera feliciter.*

Anno Chriſt. CIↃ IↃ C XIV.

NICO-

NICOLAI RIGALTII
OBSERVATIONES ET NOTÆ.

SEXAGESIMVS annus eſt, ex quo vir omni genere litterarum inſtructiſſimus Adrianus Turnebus ex Bertiniana ad Audomari ſanum bibliotheca varios finium regundorum auctores edidit, ſuamque operam cunctis exquiſitioris doctrinæ amantibus, ac præſertim civilis ſapientiæ cultoribus approbavit. Etenim petitis inde rationibus celeberrimi Romanæ prudentiæ antiſtites capita legum illuſtravere non pauca: complures etiam antiqui juris articulos, qui in ipſis rerum obtinere ſolent argumentis, ſupplevere: majora indies commoda ſperari poſſe dictitantes, ſi fœdiſſime corruptos ſcriptores refici aliquando ac reparari contigiſſet. Itaque in hanc potiſſimum curam omni ſtudio incumbendum eſſe videbatur, ut conquiſitis exemplaribus, iiſque diligentiſſime collatis præſtaret aliquis quod hactenus plerique deſideraverant. Et exemplaria quidem, quæ non tantum in Gallia, ſed & in Italia Germaniáque reperiuntur, ſpem aliquam injecerant fore ut iis perlectis adhibitoque judicio penſitatis ſuus operi nitor redderetur. Verum eo labore ſuſcepto rem longè aliter habere demum intellexi. Nam ex vetuſtiſſimis codicibus, præter unum Aggeni librum, quo finalium controverſiarum ſtatus explicantur, non antehac editum, vix aliud, quod ullius momenti merito videatur, lucrifeci: cetera omnia minimo minus itidem mendoſa lacera deturpata: ut hoc tandem pronuntiari veriſſime poſſit, à multis jam ſeculis non levem rei antiquariæ factam eſſe jacturam. Habeamus igitur qualecumque illud eſt quod decumanis barbararum exundationum fluctib. diutiſſimè vexatum enatavit. Prima ecce tabula legenda objicitur Lex Mamilia, quæ quum ſit antiquiſſima, adeoque potior tempore, primum ſibi locum jure vindicavit. nam aliàs editionem Turnebi retinendam ubique cenſui, niſi aliud ſibi opuſculorum, quæ aliunde interjecimus, ordo poſtulavit. etſi, ne quid diſſimulem, quædam heic etiam aliter diſponi, ſi res integra eſſet, haut graviter ferrem. Legi Mamiliæ comitem dedi Agrariam illam Pub. Servilii Rulli Trib. pl. quam M. Tullio perorante Romanæ tribus abdicaverunt. Atque hæc quidem certè vetuſtiſſima cenſeatur, quum ſit ex ipſius Ciceronis Agrariis collecta. Sequitur liber inſcriptus, Siculi Flacci De conditionibus agrorum. qui liber habet res ſcitu digniſſimas, & ad veterem juris prudentiam apprimè utiles: ſed parum inter ſeſe cohærentes; aut verius, adeo diſſolutas, ut fragmentorum, quam libri nomine debeant appellari. Bonam centonis illius partem in complu-

res diviſam lacinias reperi inter alia fragmenta, quæ Joſephus Scaliger ex pervetuſto Joannis Arcerii codice deſcribi curaverat, Hygeni nomine nuncupata. Is codex grandioribus litteris exaratus hoc uno ceteris præſtat. niſi & eo etiam, quod Siculum Flaccum in nominis diſcrimen adducit, ſicuti alius quoque vetuſtiſſimus liber, qui Sæculum ubique ingerit pro Siculo. tametſi Latiis auribus Siculi nomen æquè uſitatum fortaſſe fuerit, atque ſiculæ vocabulum, quod nequiore ſignificatu Catulli carmine quodam ſcimus uſurpatum. Auctorem eſſe inter veteres cenſendum, ex Boetiano agrimenſorum catalogo ſatis conſtat. Sed nec ante Domitiani ævum, neque item poſt Nervæ tempora vixiſſe, ex eo fit veriſimile, quod Domitiani de Subſecivis edictum laudaverit, non item Nervæ: quem tamen etiam de Subſecivis aliquid edixiſſe notavimus. Siculum excipit Sex. Julius Frontinus, quem in codice Franciſci Nanſii Siculum quoque ſemel appellari Scriverianæ ad Vegetium appendices teſtantur. Quæ autem ſub nomine Frontini opuſcula exſtant plurima, auctorem ſuum Nervæ Trajaníve principatu vixiſſe apertiſſimè declarant. Frontonem exemplaria quædam indigitant: ſed, ut opinor, falſò. nam Frontinum haut ſemel Boetius & alii præter Aggenum citant. Atque hunc varios ad artem agrimenſoriam pertinentes libellos, qui plerique interciderunt, conſcripſiſſe, vel ex eo manifeſtum eſſe poteſt, quod in Arcerii Nanſiique codicibus pluſcula eorum fragmenta ſupereſſe animadvertimus. quin & omnia fermè quæ in iiſdem codicibus Simplicio tribuuntur, ejuſdem eſſe Frontini jure contenderim, quum illic non pauca reperiantur, quæ eſſe Frontini Aggenus ipſe prædicat. Denique facilè mihi perſuaderi patiar, Frontinum huncce noſtrum altero libro menſorem ſive artificem ipſum inſtituiſſe, altero de arte menſoria diſputaſſe: deinde artis ipſius tripertitionem ſex libris explicaviſſe: Aſſignationes ſcilicet & Partitiones agrorum, ac Finitiones terminorum; poſteáque Controverſias: ſed & præterea libros De Regionibus, Déque Agrorum Italiæ conditionibus ēdidiſſe: ex quibus ad nos pervenerint fragmenta, quæ heic De Coloniis inſcribuntur. Præcipuam vero fuiſſe hujus ſcriptoris auctoritatem, non perperam exiſtimabimus, quum in eum commentarios vel potius notas ediderit Aggenus Urbicus; qui tamen & Hygenum laudat, Frontino pæne æqualem, quippe ſub Trajano Agrimenſoris publici munere functum. Frontini libellum parte illa, qua de menſuris agit, auctiorem edidimus, ſuadentibus in ampliſſimi viri Joh. Jacobi Memmii bibliotheca ſcidis, ex vetuſtiſſimo Angeli Colotii exemplari olim Romæ ab Jo. Metello Sequano deſcriptis: cumque tractatum, qui in editione Turnebi ad calcem deerraverat, aut potius fugerat, retraximus. Aggenum de Controverſiis hactenus ineditum eadem bibliotheca & ſcidæ aliæ ex Arcerii codice ſuppeditarunt. Libellus de Coloniis editionem Scriverii repræſentat. Innocentium V. P. quem ſub Conſtantio Ammianus Marcellinus agrimenſorem fuiſſe commemorat, ex illuſtriſſimi principis Electoris Palatini bibliotheca efformavimus: At illa Marci Varronis ejuſdem argumenti. nempe de Caſis litteratis, ſive de Notis menſoriis,

riis, ex Arcerii manavêre ſcidis. Titulum quidem præferunt De Geometria; ſed minus congruum. Nam longè aliud fuiſſe arbitror Marci Varronis opus de Geometria ſive de Menſuris, unde multa ſe didiciſſe Frontinus & Boetius non diffitentur. quin potius fuiſſe opus illius Terentii Varronis, viri undiquaque doctiſſimi, quem & Boetius peritiſſimum Latinorum appellat. In ceteris Agrimenſorum qui hoc volumine continentur collectaneis, præterquam in Fragmentis illis Terminalibus, quæ una cum plurimis lectiſſimiſque codicibus eximii viri Nicolai Fabri teſtamento ad præſtantiſſimum Thuanum pervenerunt, Turnebi editionem imitari atque exhibere placuit: eoque libentius, quod illam ab Æmaro Ranconeto Præſide Pariſienſi, hortatu Joannis Tilii Meldenſium epiſcopi accuratam fuiſſe, ac minimum ab vetuſtiſſimo illo codice Palatino diſcrepare deprehendi. Fragmenta quædam M. Junii Nipſi, Aprofiditi, ſive Epaphroditi, & Vetrubi Ruffi, quia magis ad quæſtiones geometricas pertinent, quam ad conditiones agrorum aut conſtitutiones limitum, in aliud tempus diſtuli. Hygini autem Gromatici de caſtris metandis libellum non ita pridem Vegetio ſuo Scriverius adtexuit. Titulum Finium regundorum, qui ab Turnebo eſt editus, & in codice Palatino reperitur, prætermiſi; atque ut arbitror, impunè: cum in Pandectis ſuo loco digeſtum nemo non habeat. Imperatorias vero leges, quas Frontini libello adjecit idem Turnebus, quia non omnes, aut non eædem ubique in Theodoſii Juſtinianíve Cod. habentur, retinui. eas tamen haud fuiſſe ab Jul. Frontino neque ab Hygeno Aggenóve collectas, ex inſcriptionibus patet. Quod autem in libris de Aquæductibus præſtitit Frontinus, hoc etiam eundem heic præſtitiſſe, & Senatuſconſulta ad rem Limitum pertinentia, quædam etiam Imperatorum edicta collegiſſe, non ambigo. Sed ea nondum è tenebris emerſere. Hæc habui quæ de iſtis auctoribus conſpicienda præmonerem. Alia paſſim in ſequentibus obſervabuntur. ſic tamen, ut exercendis aliorum ingeniis materiæ ſatis ſuperque eſſe videatur.

LEX MAMILIA.] Vetuſtiſſimæ legis Mamiliæ reliquias magni æſtimavere præter Ulricum Zazium doctiſſimi viri Paulus Manutius, Fr. Hotomanus, Ant. Auguſtinus, Ful. Urſinus & J. Lipſius. at neminem adhuc vidi, qui eas alibi quam apud iſtos agrimenſores inveniri meminerit. Auctorem legis C. Mamilium Limetanum Tr. pl. omnes agnoſcunt. Sed cur non Peducæum aut Alliænum, Roſciúmve aut Fabium, vel denique Flavium, quorum nomina inſcriptione continentur non ſecus atque Mamilii? 339.

INTRA FINES.] cod. Pal. & Mem. Inter adfines.

IS AGER.] Mem. ss. ager. id eſt, ſupra ſcriptus.

COLONIS mun. iis] Arc. coloniæ, mun. ejus.

PRIMO QVOQ. DIE.] Arc. primo quo. tempore.

L. AGRARIA RVLLI. Habeant apparitores.] Quædam hujuſmodi leguntur in vetere Senatuſconſulto apud Frontinum lib. de Aquæd 340.

p. 1. SICVLI.] In cod. Palatino diſertiſſimè & conſtantiſſimè ſcribitur: SÆCVLI. atque ita in autographo Aemari Ranconeti. & ab eadem analogia Sæculariæ Severinæ nomen vetus inſcriptio repræſentat.

CONDITIONES AGRORVM.] In hac finium regundorum diſciplina, Conditores dicuntur, qui primi agros conſtituerunt, ut loquitur Paulus l. 23. de aqua & aq. plu. quorum auctoritate coloniæ ſunt deductæ, quique iis leges & conditiones, hoc eſt, qualitates pro arbitrio ſtatuerunt. Unde in iſtis libris frequenter occurrent: Conditorum voluntas. conditorum nomina. conditoris arbitrium. &, conditiones regionum. conditiones viarum, conditiones foſſarum. & hujuſmodi alia. Sic Plinius in præfatione Nat. hiſtor. præſtantes illos pingendi fingendique artifices, qui artem ipſam inveniſſe & condidiſſe creduntur, Conditores appellat. Et ne in totum, inquit, videar Græcos inſectari, ex illis nos velim intelligi conditoribus, quos in libellis his invenies, abſoluta opera, & illa quoque quæ mirando non ſatiamur, pendenti titulo inſcripſiſſe. Idem lib. XIII. cap. 14. Homero condente. i. ſcribente. & lib. III. cap. 30. Thucydidem Imp. Athenienſes in exilium egêre: rerum conditorem revocavêre. i. hiſtoriarum ſcriptorem.

QVARVM CONDITIONES ALIÆ ATQVE ALIÆ SVNT.] Ut aliquis ſenſus elici poſſit, legendum videtur: Quarum conditiones aliæ ſunt, (quædam enim coloniæ dicuntur, quædam municipia, quædam præfecturæ) habent vocabulorum differentias; eaque variatio nominum indicat earum d. eſ. c.

JVS DICENDI. Nonnullis placet, Jus ducendi, ut pag. 3.

SERVAVERVNT PACEM.] Ulpianus lib. 1. De cenſibus. Tyrum in Syria Phœnice patriam ſuam fœderis, quod cum Romanis percuſſerat, tenaciſſimam fuiſſe gloriatur. deinde ait: huic D. Severus Imp. noſter ob egregiam in Remp. imperiumque Romanum inſignem fidem, Jus Italicum dedit.

LEGES ITAQUE PRO SUO QUISQUE MERITO ACCEPERUNT.] Extat illuſtre hujus æquitatis prudentiæque Romanæ exemplum apud Livium, lib. VIII. Principes Senatus, inquit, cum aliorum cauſſa alia eſſet, ita expediri poſſe conſilium dicere, ut pro merito cujuſque ſtatueretur, ſi de ſingulis nominatim referrent populis, &c.

UT HIS QUI TOTIES ADMISSO PERIURIO.] Livius ibidem: In Veliternos, veteres cives Romanos, quod toties rebellaſſent, graviter ſævitum; & muri dejecti, & Senatus inde abductus, &c.

MUNICIPIA A MUNITIONIBUS.] Varro III. de l. lat. Munus, quod muniendi cauſſa imperatum. à quo etiam municipes, qui una munus fungi debent.

ALII A MVNIFICENTIA.] Ulpianus. Municipes appellantur muneris participes, recepti in civitatem ut munera nobiſcum facerent.

2. AD HOSTIUM INCURSUS.] Colonias ſic idoneis in locis contra ſuſpicionem periculi collocarunt, ut eſſe, non oppida Italiæ, ſed propugnacula imperii viderentur. Cicero in Rullum.

QUOD

QUOD MARE IN HIS DEDUCERETUR.] Imo ſcribendum: Quod his in mare deduceretur. Aggenus Urbic. coloniæ in remotiora loca & longè ad mare poſitæ videbantur. Hygenus: Sæpe enim propter portum colonia ad mare ponitur. Virgilius IV. Æneid. --- cui littus arandum, Cuique loci leges dedimus. Servius: Non ait agros, inquit, ſed littus, terram mari vicinam. Sic apud Boëtium lib. II. de Geomet. Circa regionem maritimam limites rectos cenſuimus, ex lapidibus compactis totam limitum recturam curſim demonſtravimus: quia coloniæ omnes quæ ad mare ponuntur, littore maris terminantur. Alluſit ad veterem illum in maritima loca colonias deducendi ritum Juvenalis Satyra XIII. cum paricidam innuens, dixit: Et deducendum corio bovis in mare.

MAIOREM MODVM QUAM Q. AB. I.] Fragmentum legis Agrariæ, Inſcrip. p. CCII... QUOD. NON. MODVS. MAJOR. SIET. QUAM. QUANTVM. VNVM. HOMINEM. EX. LEGE PLEBEIVE. SC. SIBEI. SVMERE. . . . Columella lib. 1. cap. 3. Modus erit ſua cuique moderata voluntas facultaſque neque enim ſapientis eſt poſſidere velle, ſi colere non poſſis. Paulus. l. 1. De adquir. vel amit. poſ. Poſſeſſio appellata eſt, ut ait Labeo, à ſedibus, quaſi poſitio: quia naturaliter tenetur ab eo qui ei inſiſtit, quam Græci κατοχὴν dicunt. Epictetus LXI. μέτρον τῆς κλήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ, ὡς ὁ πούς ὑποδήματος, ἐὰν μὲν οὖν ἐπὶ τούτου σῇς, φυλάξῃς τὸ μέτρον καὶ τὴν ἐπιβάτραν. ἐὰν δ᾽ ὑπερβῇς ἀφῆκας ὡς κατὰ κρημνοῦ σεαυτόν. οὕτω γίνεται κατὰ χρυσοῦν ὑπόδημα, εἶτα κεντητόν. ὑπερέβη γὰρ τὴν χρείαν τοῦ ποδός. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῆς κλήσεως. ἐὰν ὑπερβῇ σῶμα, ὅρος οὐδείς ἐστι. Horatius 1. EP. 10.

Cui non conveniet ſua res, ut calceus olim.
Si pede major erit, ſubvertet: ſi minor, uret.

UT SABINORVM AGER.] Frontinus: Curium, Sabinorum ager per quæſtores eſt venundatus, & quibuſdam laterculis per quinquagena jugera incluſus.

LIMITIBVS ACTIS. Ipſe Flaccus, p. 14. limitibus inſtitutis.

DENIS QVIBVSDAM QVIBVSQ. AC. LAT. QVINQ.] Nullo ſenſu. Omnino ſcripſerat Flaccus: denis quibuſque actibus laterculis quibuſdam quinquagena jug. incl.

MONTES ROMANI.] Frontinus: Agros in montibus Romani acceperunt familiariter, qui montes Romani appellantur.

NAM SVNT POPVLI R. QUORUM VECTIG. AD. ÆRAR.] Cicero de lege agrar. vectigalia patrimonium publicum, & patrimonium populi R. eſſe ait.

DIOMEDES IN APULIA.] Vitruvius l. 4. item in Apulia opidum Salpia vetus, quod Diomedes ab Troia rediens conſtituit, &c. 3.

HETRURII IN GALLIA.] Cato in lib. Orig. plura deleverunt Galli, qui primi Arunte Cluſino duce Alpes tranſcenderunt, & ſenſim ab omni Gallia ciſalpina Hetruriam pepulere. Idem: Galliam togatam primi coluere Liburni & Siculi, quos pepulere Umbri; hos Hetruſci ccc. & amplius eorum validiſſimis oppidis juſti more belli expugnatis. eos tandem vicêre

 Galli.

Galli. Plinius lib. 3. 14. ubi de Siculis & Liburnis. Umbri, inquit, eos expulere, hos Hetruria, hanc Galli.

In Asiæ finibus socii Gallor. insedere.] Plinius lib. 5. 32. Sunt auctores, tranſiſſe ex Europa Myſos, Brygas & Thynos, à quibus appellantur Myſi, Phryges, Bithyni. Et paulo poſt: Qui partem eam inſedere Gallorum, Toliſtobogi.

Atque in eas partiti sunt. hi cives, &c.] Legendum videtur: Atque in eas partiti ſunt cives, qui dicuntur quidem ultro citroque aut bello repuliſſe indigenas.

Territoria dixerunt.] Gloſſæ veteres: Territorium, ἀγρὸς, ἐπὶ κολωνίᾳ.

Terræ tantum occupaverunt quod colere potuissent.] Huc pertinet quod apud Feſtum legitur: Poſſeſſiones appellantur agri latè patentes publici privatique quia non mancipatione ſed uſu tenebantur, & ut quiſque occupaverat, colebat. Quæ verba reperiuntur etiam apud Iſidorum. Gloſſæ: Poſſeſſiones, χώρα.

Agri occupatorii.] Alluſit Cicero ad aſſignationes & agros occupatorios, quum ad Atticum ſcripſit: Inviſas ſi potes: mihique ex agro tuo tantum aſſignes, quantum meo corpore occupari poteſt. Alluſit quoque Plinius lib. 2. ubi de Terra. Hæc eſt, inquit, materia gloriæ noſtræ: hæc in qua conterminos pellimus, furtoque vicini ceſpitem noſtro ſolo affodimus, ut qui latiſſimè rura metatus fuerit, ultráque fines exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat? vel quum ad menſuram avaritiæ ſuæ propagaverit, quam tandem portionem ejus defunctus obtineat? Juvenalis.

--- mors ſola fatetur
Quantula ſint hominum corpuſcula.

3. Agri soluti.] Liberi & infiniti, Cic. in Rull.

Justitia inæquali.] ἀναλογία γεωμετρικῆ.

Occupatorii autem.] quæ ſequuntur uſque ad illa verba: Nam & variis regionibus ſigna, in cod. Memmii reperiuntur inter fragmenta Hygeni.

Arcifinales. occupatorii. Auctor incertus, in fragmentis Arcerianis: Arcifinales agri dicuntur, qui arcendo, hoc eſt prohibendo vicinum nomen acceperunt. Occupatorii vero, ideo quod vicini Urbium populi, ſeu poſſeſſores, cum adhuc limitibus terminarentur, præſumtione certaminis, cum de locis adverſum ſe expugnatis agerent, quouſque pulſi cederent vel reſtitiſſent, victoriæ terminus fieret: victos aut præſidium collis, aut rivi interſtitium, aut foſſæ munimen reſiſtere pateretur. De occupaticio agro eſt apud Feſtum locus, qui ſi ad nos integer perveniſſet, non parum auctoribus iſtis illuſtrandis prodeſſet.

Jus ducendi esset.] Codex Memmii: Jus eſt dicendi uti eſſent. Deinde jus quibuſque & virtus colendi quod occupavit, ar. &c.

Æs.] Ipſe Flaccus, pag. 16. formas in aëre ſcalpſerunt. Frontinus lib. de Coloniis: Omnis ager jugerationis modum habet collectum ſicut in

ære eſt nominatum. Ipſe Flaccus pag. 23. naſcuntur ſæpè controverſiæ, & æs reſpicitur. Libri æris, Hygeno pag. 91. 93.

FORMA.] Ulpianus lib. 4. de cenſibus. Forma cenſualis. Plinius. 3. 4. adjecit formulæ Galba ex Inalpinis Avanticos. Ænea tabula federis antiqui: EOS. IN. AMEICORVM. FORMVLAM. REFERENDOS. CVRARENT.

NON EX MENSURIS ACTIS.] Sic Livius lib. 5. de urbe Roma: Forma Urbis ſit occupatæ magis, quam diviſæ ſimilis.

POSSESSORIB. TESTIMONIUM REDDAT.] Plutarchus in Numa. ὅριον θεὸν δικαιοσύνης μάρτυρα εἶναι. Frontinus: Finitur teſtimonio arcarum. Sic apud Iſidorum lib. 15. Orig. cap. 4. Terminis teſtimonia finium intelliguntur. Caſſiod. Variar. 3. 12. Termini teſtes. Et, Indicia finium. Boët. lib. 2. de Geomet. Teſtimonia agralia, vel potius, agraria.

UNVSQVISQ. MIL. MO. A CC.] Cod. Memmii. unuſquiſque nomen accepit.

NEC IPSOS VICINIS, NEC SIBI VIC. OBLIGANT.] A■ctores finium regundorum propriè utuntur obligandi vocabulo, ut ſignificent δεσμὸν εἶναι τῆς δυνάμεως τὸν ὅρον, ἂν φυλάττηται, μὴ φυλαττόμενον δὲ, τῆς ἀδικίας ἔλεγχον, ut ait Plutarchus in Numa.

ARBORIBVS NOTATIS.] Arceriana fragmenta: Arbores notatas ſcire debemus in idioma regionis, quas clavitatas vocant. & poſt alia. Antemiſſæ arbores ſolent etiam plagatam corticibus oſtendere cicatricem terebris foratam. Lex Bojoariorum tit. 3. §. 2. Si hæc ſigna defuerint, tunc in arborum notis, quas decorticatas vocant, convenit obſervare. Sed illas quæ antiquitus probantur inciſæ. Lex Wiſigoth. lib. 10. tit. 3. In arboribus notas, quas decurias vocant, convenit obſervari. Papian. Reſp. 38. Arbores terminales quæ decuſas accipiunt. Lex Longobardorum, tit. 96. arborem ubi theclatura eſt.

VIIS ET RIVIS ET FOSSIS.] Jo. Pediaſimus Bulgariæ Chartophylax, ſcripſit περὶ μετρήσεως καὶ μερισμοῦ γῆς, qui liber etſi ad formas potius, quam ad controverſias agrorum aut limitum conſtitutiones pertineat, nonnulla tamen ſuppeditabit, quæ lucem aliquam his auctoribus adferant. Ut ecce: quemadmodum Flaccus noſter vias & foſſas & petras vicem terminorum fungi ait, ſic ille: ἐν ταῖς τῶν χωραφίων ἀρχαῖς εἰώθαμεν πέτρας ὀξείας ἢ τάφρους ἢ λαυρᾶτα τιθέναι ὡς σύνορα.

PALOS PRO TERMINIS OBSERVANT.] Hujuſmodi palos, ſtipites vocat Paulus Oroſius lib. 5. Quum menſores ad limitandum Carthaginenſem agrum miſſi, ſtipites terminorum indices fixos, & nocte à lupis revulſos mordicus corroſoſque reperiſſent, aliquandiu hæſitatum eſt. Plutarchus in Gracchis dixerat ſimpliciter, terminos: αὖθις δὲ τοὺς ὅρους ἀνέσπασαν ἐπελθόντες λύκοι.

JUNIPEROS.] cod. Mem. junipereos.

SCORPIONES.] Fragmenta Arceriana, Scofiones. fortè, Scopiones, quaſi σκοπιὰς καὶ σκοπελισμούς. Vulgata editio Frontini de Coloniis: Muros, macerias, corroſiones, congerias. ſæpius in hiſce libris occurrit,

Scoro-

Scoroſiones, ut ad Græcam vocem, σωρὸν, alluſum quis putet. quaſi ſcriptum fuerit, Soroſiones. etenim iſti ſæpenumero Græca barbare inflectunt. In excerptis Boëtianis, & in vetere membrana penes illuſtriſſ. Thuanum, legitur: Scurpiones, ubi duo fines cuneati ſe jungunt. In ſacris ſortitionibus aliquotiens limes conſtituitur ad aſcenſum ſcorpionis. Num. 34. Joſ. 15. Judic. 1. Sed vide quæ ad pag. 113.

IN SPECIE MACERIAR. CONGERUNT. LAPIDES ET ATTINAS APP.] Servius II. Georg. Antes accipiunt macerias, quibus vineta clauduntur, quæ maceriæ fiunt de aſſis, id eſt ſiccis lapidibus. Dicuntur autem antes à lapidibus eminentioribus, qui interponuntur ad maceriam ſuſtinendam.

QUÆ PRO TERMINIS ET. IN V. A. OBS.] Arcerii liber, obſervantque pro terminis.

4. SUPERCILIA.] In Arcerianis additur, naturalia.

SS.] ſupradictis, aut, ſupraſcriptis.

RECTVS FINIS.] In vetere tabula ænea finium regundorum, ſæpe occurrunt iſta: RECTA REGIONE. RECTO JUGO. RECTO. RIVO. Et in his auctoribus paſſim, Recturæ perpetuæ terminorum. Recturæ in perpetuum. Rectura incipientis termini.

Q. L. C. Q.] In ms. Arc. & Mem. hæ litteræ non apparent. ſignificant autem, Qualeſcumque. Sic ipſe Flaccus pag. 8. Nam quidam in finibus naturales qualeſcunque arbores obſervant.

NUMERI ORDINE NOTATOS DISPON.] Liber Arcerii clauſulam integram ſic repræſentat. quidam etiam politos, alii vero numeris enotatos ponunt.

IN FLEXIS VERSVRIS.] Liber Arc. In coxis vel in rivis. Omnino retinenda vox, coxis. Quod autem ſequitur, vel in rivis, irrepſit in aurem deſcribentis, pro, verſuris, quod eſt gloſſema præcedentis vocabuli, coxis. Nam in arte iſta menſoria, Coxæ dicuntur flexus & verſuræ terminorum: quando ſcilicet rigores ſive recturas & rectos linearum curſus non ſervant. Varro lib. VI. de l. l. Opilius ſcribit: Circum coxendices ſunt nobis. id Græcum eſt, ab hujus loci verſura.

CIPPVS PRO TERMINO.] Gloſſæ: Cippus, Ἔνορος λίθινος, κορμός. Valer. Probus, CIPP. cippus, id eſt terminus: ut, cippum ſeu lapidem. Inſcriptio vetus pag. CXCVIII. TERMINAVIT. RIPAM. R. R. PROXIMO. CIPPO. alia inſcr. p. CC. IN. PARTEM. DEXTERAM. RECTA. REGIONE. AD. PROXIM. CIPPVM.

SI PERSEVERET RIGOR.] Duret, percurrat.

5. IN VERSVRIS GAMMAS.] Figura litteræ Γ verſuram exhibet. Hinc illa apud hoſce ſcriptores, terminus in gamma jacet. Et, termini tranſverſi gammam faciunt. Et ſimilia.

SED SPECTANTES.] Codex Palatinus: ſed exſpectantes.

VITREA FRACTA.] Petron. Martial.

OSSA SVBCENSA.] Pal. & Arc. aſſes ſubjectos. Auctor incertus pag. CCLXV. Calcem, aut gypſum, aut carbones, aut vitria fracta, aut teſtam

teſtam tuſam, aut decanummos vel pentanummos. Utraque lectio proba eſt. nam in alio item incerto ſcriptore legimus. Si teſtacios terminos, aut tegulas, aut imbrices inveneris, oſſibus incenſis probantur.

CARBO AUTEM.] Auguſtinus lib. XXI. de civit. D. c. 4. Quid in carbonibus? nonne miranda res eſt? & tanta infirmitas, ut ictu leviſſimo frangantur, preſſu facillimo conterantur: & tanta firmitas, ut nullo humore corrumpantur, nulla ætate vincantur; uſque adeo, ut eos ſubſternere ſoleant qui limites figunt, ad convincendum litigatorem, quiſquis poſt quantalibet tempora extiterit, fixumque limitem non eſſe contenderit.

SIC AUT DIU. A. N. S. invenerimus.] Arc. unde aut diverſa, aut nulla ſigna inveniuntur.

LAPIDES in ſolidam terram conloc.] Arc. lib. In ſolidam terram rectos collocabant. Ovidius I. Faſt. Et ſolida ramos figere pugnat humo.

DEFIXURI.] Arc. lib. poſituri.

UNGUENTO velaminibuſque & coronis.] Perſtringit hunc ritum Arnobius lib. I. adv. gent. Si quando conſpexeram lubricatum lapidem & ex olivi unguine ſordidatum, &c. Apulejus I. Florid. Religioſam moram viatori objicit lapis unguine delibutus. Vetus marmor, Romæ: MAGNAS OPIMAS IMMOL.
FECERUNT. DEINDE. CORONIS. INLATIS. SIGNISQ. UNCTIS. C. V. . . .
Plura de hoc ritu obſervavit P. Pithœus Adverſ. II. cap. 14.

CORONABANT.] Ovid. Te duo diverſa domini de parte coronant.

IMMACULATA CÆSA.] liber Arc. immolata atque incenſa.

TURA ET FRUGES.] aliquis heic mendum ſuſpicaretur ex Ovidianis iſtis:

Inde ubi ter fruges medios immiſit in ignes,
Porricit inciſos filia parva ſavos:
Vina tenent alii, &c.

Juvenalis Sat. XVI. ——— ſaxum,
Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo.

SAXORUM fragminibus circumcalcabant.] Cajus & Theodoſ. alios tegularum fragminibus circumcalcavimus. alios autem ſua cæſura ſuffulcimus.

TRES POSSESSORES ATTINGEBANT.] Iſidorus Orig. XV. cap. 14. Trifinium dictum eo quod trium poſſeſſionum fines adſtringit. 6.

EX CONVENIENTIA.] Ovid. Conveniunt, celebrantque dapes vicinia ſimplex, Et cantant laudes Termine ſancte tuas. Gloſſæ veteres, Amterminus, ἀγχόθυρος.

VERTICES AMPHORARUM.] Hos terminos Gromatici vocant lagenares & orculares.

CONSECRAT.] Hinc illa apud innominatos Gromaticos, pag. 177. vetus conſecratio: & p. 267. multa conſecratione ſignare: & hujuſcemodi alia paſſim. Juve. Aut ſacrum effodit medio de limite ſaxum. Apul. I. Flor. Colliculus ſepimine conſecratus.

Calumniam introducit.] Aggenus pag. 62. poſſeſſor vicini agri calumnioſè ſibi velit fines ad rivum uſque defendere.

Signa subdita.] Ea ſunt quæ s. dixit, deſoſſa, circumcalcata, impreſſa. Papian. Reſpons. tit. xxxviii. ſigna impreſſa eradicare.

Tamen et nobilitatæ.] Codex biblioth. Palatinæ: nobilitatis. Quod interpretari licet, notabilitatis, ut ſit fides notabilitatis, quemadmodum fides terminorum pag. 5. & fides publica pag. 347.

Quæ manu fiunt.] Aggenus: Limes ergo eſt, quodcunque in agro opera manuum factum eſt ad obſervationem finium. Signa hujuſmodi pro terminis manufacta appellavere Labrata: hoc eſt, elaborata. Pediaſimus: ὀφρῦς ἢ λαυρᾶτα τεθέναι, ὡς σωρός. Gloſſæ: Λαμβράτομ, ἐκ τοῦ Λαβοράτον, καὶ κατὰ συγκοπὴν, Λαβοράτον τὸ πέδον ὁ εἰργασμένος καὶ χειροποίητος ὅρος.

Quomodo intellig.] Quoniam intell.

Scorpiones.] Scoroſiones. s.

In effigie maceriar.] s. in ſpecie maceriarum.

7. Petræ naturales.] Sic ipſe mox paulo, arbores naturales. id eſt, natas in ipſo ſolo, non peregrinas. Sic & auctor incertus, herbam germanam, dixit, &, lapides nativos, ἐγχωρίοις pag. 120. & 281. Sic apud Columellam, fructus indigena peculiariſque & vernaculus ſoli.

Ne mons ſupercilium ſit. intra paucos enim pedes ſupercilia voc.] Aggenus pag. 52. Si plus triginta pedibus patuerit, jam collis eſt: qui exigit ut ſuperior poſſeſſor in planum uſque deſcendat. Hyginus. Supercilia ſunt loca ex plano in brevi clivo devexo intra pedes latitudinis xxx. alioqui jam collis eſt.

Detrahit pendentes ex ſuperiori terras.] Labeonis ſententia eſt, condicionibus agrorum quaſdam leges eſſe dictas, & ſemper inferiorem ſuperiori ſervire: atque hoc incommodum naturaliter pati inferiorem agrum; compenſareque debere cum alio commodo, quo omnis pinguitudo terræ ad eum decurrit. l. 1. §. ult. D. De aqua & aq. plu.

Supercilia cedant.] codex Palat. ſupercilia cedant jus. in planitia poſſeſſori.

Arbores finales obſervabuntur.] Varro li. 1. c. 15. Fines prædii notis arborum tutiores fiunt, ne familiæ rixentur cum vicinis, ac limites ex litibus judicem quærant.

Alii diverſas: quidam de cunctis, &c.] Tota periodus luxata eſt; neque ſenſus conſtat, niſi legamus: Nam quidam in finibus naturales qualeſcunque arbores intactas finales obſervant: alii diverſas, ut materiæ differentia argumento ſit: quidam de cunctis & ex ipſis arborum generibus unum tantum genus in finibus relinquunt, quo manifeſtius appareat. . . . quædam ex conventione, &c.

Arbores intactas.] Auctor incertus in fragmentis Arcerianis. Item quidam curant in extremis finibus ſundorum ſuorum ponere per circuitum aliquod genus arborum, ut quidam pinos, aut fraxinos: alii ulmos, alii cypreſſos. Item alii ſoliti ſunt relinquere qualeſcumque in extremo fine in-

intactas, ex quibus neque frondem neque lignum, neque gremium cædant.

ALICUBI ENIM PINOS, cupreſſos.] Varro li. I. Serunt alii circum pinos, ut habet uxor in Sabino; alii cupreſſos, ut ego habui in Veſuvio; alii ulmos, ut multi habent in Cruſtumino.

INTEGRÆ ERUNT, intactæque reſervabuntur.] Alterutrum eſt gloſſema. 8.

EX UTRAQ. poſſeſſ. intra pedes quinos.] Vetus SC. apud Frontinum lib. II. de aquæductibus UTRAQUE EX PARTE QUINOS PEDES VACUOS RELINQUI, ITA UT NEQUE MONUMENTUM IN IIS LOCIS, NEQUE ÆDIFICIUM POST HOC TEMPUS PONERE, NEQUE CONSERERE ARBORES LICEAT. Vetus inſcriptio, pag. 711. VIA. LATA. A PARIETE. P. V. CEDERE. DEBEBIT.

LEGIS MAMILIÆ.] Aggenus pag. 53. Lex Mamilia quinque aut ſex pedum latitudinem præſcribit, &c. Cicero lib. I. de Legibus controverſia nata eſt de finibus, in qua, quoniam uſucapionem duodecim tabulæ intra quinque pedes eſſe noluerunt, depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinamus: nec Mamilia lege ſinguli, ſed ex XII. tres arbitri fines regemus. Lege paratit. Cujacii, C. Finium regund.

DECUSSES IN EIS INVENIUNTUR.] Pal. decus in eis inv.

DE QUA ARGUMENTUM CAPERE Q. DUC.] Legendum videtur. quidam cremium capere (aut cædere) quæſtui ducunt.

COMMUNESQ.] Liber Arc. communaleſq.

QUAQ. CONFINES NON S.] Liber Arc. Quoſque confines ſibi non ſolum inter eum cum quo controverſia erit, an fin. faciant.

QUÆ SIGNIF. differentes ab cæt. fin.] Liber Arc. Quæ ſignificant & ferentes ab ceteris poſſint extremos fines demonſtrare, incidunt per errorem enim intra vicinorum fines. de q. r. Nullo ſenſu. Tota periodus rejectis gloſſematis ita concipienda eſt: Quidam tamen quotiens circa extremos fines ſuos alicujus generis arbores diſponunt, incidunt per errorem intra vicinorum fines. de q. r. &c. 9.

FINES TRANSEUNT POSSESSIONUM.] emendatior eſt & convenit magis propoſito ſcriptura cod. Arc. Finiunt tranſitum poſſeſſorum: quarum tamen non una ead. eſt. cond.

VIÆ PUBLICÆ REGALES.] Ulpianus l. II. D. Ne quid in lo. pub. Publicas vias dicimus, quas Græci βασιλικὰς, noſtri prætorias, alii conſulares vias appellant. Privatæ ſunt, quas agrarias quidam dicunt.

QUÆ PUBLICE MUNIUNTUR.] In membranis Palatinis obſervavi breve iſtud ſcholion minimè ſpernendum: Muniuntur per terminos quos itinerarios dicimus, ut tranſiri eas vias intelligamus non poſſe.

VICINALES A. VIÆ Q. divert. in agros.] Vicinales & agreſtes vias dixit Frontinus lib. de aquæduct. Ulpianus l. 2. Ne quid in lo. pub. Vicinales ſunt viæ, quæ in vicis ſunt, vel quæ in vicos ducunt. Feſtus: Vici appellari incipiunt, quum id genus ædificiorum definitur, quæ in opido prive in

ſuo quiſque loco ita ædificat, ut in eo ædificio pervium ſit, quo itinere habitatores ad ſuam quiſque habitationem habeat acceſſum. Vid. l. III. D. de locis & itin. publ.

SÆPE AD ALTERAS publicas perveniunt.] Nam pars vicinalium viarum in militares vias exitum habent, pars ſine ullo exitu intermoriuntur. Ulpianus l. III. de locis & itin. pub.

PER MAGISTROS PAGORUM.] notula ad marginem codicis Palatini: Magiſtri pagorum Magiſtrati dicuntur. Vid. l. 2. §. Hoc interdictum. D. Ne quid in loco pub.

CONVENIUNT precario uti ſervitutem præſtent.] Notavit hunc locum Cujacius lib. XXII. Obſ. cap. 38. ubi ſervitutes etiam precario concedi docet. Sed qui fieri poteſt, ut ſervitus, qua nobis in noſtrum agrum per alienos agros, deficientibus viis vicinalibus, iter præſtatur, precaria tantum ſit ſervitus & ex alieno arbitrio pendens, cum ad ſuum agrum iter domino liberum ſemper eſſe debeat, ejuſque ſervitutis perpetua ſit cauſa? An abdicanda iſta vox, precario, legendúmque perraro? An potius ſequenda cod. Arceriani ſcriptura, quæ diſertè habet: Quæ etiam conveniunt ſpecialiter, uti ſervitutem pr. h. ag. ad quos neceſſe habent tranſmittere per ſuum. Quid vero illud erit, Conveniunt ſpecialiter? cum mox ſequatur: Nam & in his verbis comprehenditur, Ita ut opt. max. Scribamus igitur: Quæ etiam conveniunt perraro ſpecialiter uti ſervitutem, &c.

MAXIMUS SIT.] cod. Arc. maximuſque eſt.

QUA NON univerſo populo.] In codice Palatino legitur: Quæ non univerſo populo præſtare videntur, ſed eis ad quorum onera præſtare videntur. Sed hæc nihilo meliora vulgatis. Optima vero ſunt Arceriana: Viæ ſæpe neceſſario per alienos agros tranſeunt, quæ non univerſo populo itinera præſtant, ſed eis ad quorum agros per eas vias pervenire neceſſe eſt.

10. ERGO VIÆ & vic. & com. in finibus incidunt.] Liber Arc. Ergo viæ publicæ & vicinales & communes in finibus incidunt.

VEPRES ſi finem facient, vid. q. & ſi tant. &c.] malim hæc omnia legere ut in fragmentis Arcerianis reperi. Vepres ſi finem facient, videndum quales; & ſi tantummodo in extremis finium ſint: quoniam per negligentiam colentium & in mediis agris ſolent eſſe vepres: & ut ab manu ſatæ ſint. nam & ſi regio quædam virgulta non habeat, quæ tutelam vineis aut hortis præſtent, &c.

QUANDAM VIRGULAM.] Hæc lectio ferri poteſt. etſi magis placeat: Quædam virgulta non hab. q. t. v. a. h. præſtent. Quum in pandectis Florentinis illud Ulpiani legatur: Ofilius libro quinto Juris partiti ſcripſit nec ſarmenta ligni appellatione contineri. Sed ſi voluntas non refragatur, & virgulæ & gremia, & ſarmenta, & ſuperamenta materiarum, & vitium ſtirpes atque radices continebuntur.

QUONIAM tranſv. q. aut obl. à fin. reced.] heic multa omiſſa ſunt in Arcerianis, ſic tamen ut hiatus non appareat. nam ita habent. Quoniam

niam tranſverſæ quædam aut obliquæ finales ſunt, cum videntur eſſe communes. Inſpiciendum erit an ita ſit. Nam quidam &c.

A FINIBUS RECEDUNT.] Sic contra paulo poſt dicet: Circa fines eſſe.

ARBORES ANTEMISSÆ.] Quas quiſque in poſſeſſionum ſuarum veluti frontibus omiſſas intactaſque creſcere patitur, ut magnitudine cæteras ſuperent, & ſic finitionem præſtent. Vid. s. pag. 7.

ALIQUID SOLI SUI extra foſſam ſol rel. &c.] in fragmentis Arcerianis legitur: Aliquid ſoli ſui extra foſſam ſolent relinquere, aliquando etiam terminos extra foſſam poſitos invenimus, qui & ipſas foſſas & ſoli relicti partes diſcernant c. dom. ſint. 11.

QUOMODO QUIDAM CONGEST.] Scriptum fuit, qm: quod eſt, quoniam.

QUÆ ERUNT VIIS.] Ajunt Joſ. Scaligerum emendaſſe: Subruncivis. Quem virum quis non audiat? 12.

MACERIIS INCLVDVNT.] Vetus lapis, Inſcr. p. 588.

STABVLVM. CVM. PRÆSEPIIS.
ET. CELLIS. HVIC. LOCO.
MACERIA. CLVSO. CEDIT.

Item alius, DCCCXCVI. HVIC. ÆRÆ QVAM. EGO. DEFINII. ET. A. FRONTE. MACERIAS. DVXI, &c.

TRANS RIVUM contrarios agros.] Plinius lib. XXVII. cap. 26. Oliveto univerſo viam publicam tranſgreſſo, arviſque inde e contrario in locum oliveti profectis. Pomponius Mela in Europæ deſcriptione: Contrariis littoribus, inquit, Aſiæ non oppoſita modo, verum ſimilis eſt.

AB ORIGINE, id eſt à capite.] Caput aquæ illud eſt, unde aqua naſcitur. ſi ex fonte naſcatur, ipſe fons. ſi ex flumine, vel lacu, prima incilia, vel principia foſſarum. Si ſudoribus manat, ejus hoc caput dicemus ubi apparere incipit, ubi primum emergit. Ulpianus l. 1. D. de aqua quotid.

APPELLATVR rivo recto curvoque.] Haud dubie corrupta ſunt hæc. etſi ſupra notaverim in vetere tabula ænæa reperiri non ſemel: RIVO RECTO. RECTO JUGO, &c. Quid ſi tentemus? Rivus autem quoties finem facit, appellatur finium rector cenſitorque. Pomponius l. Ergo ſi inſula. §. Alluvio. De adquir. rer. dom. Flumina cenſitorum vice funguntur; & ex privato in publicum addicunt, & ex publico in privatum. Caſſiodorus Variar. III. 52. de agrimenſore: Greſſibus ſuis concertantium jura diſcernit, & more vaſtiſſimi fluminis, aliis ſpatia tollit, aliis rura concedit. Lucanus II. 13.

Illos terra fugit dominos, his rura colonis
Accedunt donante Pado.

Hæreo tamen: quia magnum Cujacium commentariis in cod. tit. de Alluvionibus hæc verba Flacci ſic tranſcribere animadverti. Rivus quoties finem facit, appellatur rectus curvuſque qui ſi alterius terræ incrementum ab alia parte abſtrahat, alii contrariæ relinquat, quod vocant alluvionem, repetitio finium non datur. inducit enim neceſſitatem muniendarum riparum. quod ſi vi tempeſtatis rivi torrentes ſubito alveum curſumque mutent,

 juſtius

juſtius eſt tum, ut mea fert opinio, ut alvei veteris fines ſuos quiſque obtineat.

MINVTATIM ex al. par. abſtr] Alſenus Varus l. XXXVIII. De ad. rer. dom. Flumen paulatim primum omnem agrum qui inter viam & flumen eſſet, ambedit, & viam ſuſtulit: poſtea rurſus minutatim receſſit, & alluvione in antiquum locum rediit, &c.

ET ALLUVIONUM repetitio ſin. ad.] Cogitemus an ſcripſerit Flaccus; Et alluvionum repetitio nemini datur. Ut minus addubitem, faciunt illa Aggeni Urbici. Quidquid vis aquæ abſtulerit, repetitionem nemo habet. quæ res neceſſitatem ripæ muniendæ injungit.

VI TEMPESTATVM rivi torrentes.] Vetus inſcriptio. pag. CLXXX. FONTIUM. AQUARUMQUE. COELESTIUM. EX. MONTIBUS. DELABENTIUM. TORRENTI. SUFFLAMEN. HIS. MVRIS. FOSSAQUE. OPPOSUIT.

SUBITO ALVEO curſuque munientes.] Scriberem, minuentes, ut ſupra: minutatim. Sed manum reprimunt illa Sex. Pomp. Feſti: Munitio, morſicatio ciborum. Etenim agrorum etiam morſicatio dici poteſt. Ut apud Horatium, ——— rura quæ Lyris quieta Mordet aquâ.

ITA FINES ordinati ſunt.] Sic loqui amant iſti gromatici. etenim dicunt: ordines finitionum, ordinatam perticam, ordinatum ferramentum, ordinatum limitem, ordinationem decumani, ordinationem limitis. Sed nihilominus falſa eſt vulgata ſcriptura apud Arnobium lib. I. Lapidem ex olivi unguine ordinatum. Veram lectionem notavi, pag. 16.

RIGORES incedentes in viis.] Iſtud quoque vocabulum menſores frequenter uſurpant. Sic paullo poſt: Petras quæ in finibus incedunt. Aggenus per inceſſum definitionis loca quædam alteri fundo acquirit. Eodem ſenſu dixere, curſum limitum, &, currentes limites.

ERGO & rigores & viæ.] Ad hunc locum in cod. Pal. reperitur nota hujuſmodi. Omnia genera finitionum ſibi invicem ſuccedere poſſe dicit.

PETRAS NATVRALES.] Feſtus: Petrarum genera ſunt duo, alterum naturale, alterum manufactum.

CAMBIENDO.] cod. Pal. Cambiando. Sic in veteribus gloſſis: Concambiat, διαλλάσσει.

NON CONTINUAS habere terras.] Suetonius de C. Jul. Cæſare. Aſſi-
14. gnavit & agros, ſed non continuos, ne quis poſſeſſorum expelleretur.

FINEM SOLIDVM.] In finibus ſolidam marginem relinquunt, ut ipſe s. Terminos relatis pedibus in ſolido agro ponunt, ait Frontinus in frag. Arc.

AT QUI SINT INTRA.] Omnino legendum: Ad quas itinera.

NAM ET SIGNA defodiunt propter quæſtorios agros.] Supra pag. 14. Nam & ſigna defodiunt pro terminis.

OBLITTERATA ſunt ſigna.] Mortua ſunt, ut loquuntur Latinus & Myrſontius.

OCCVPATORIA CONDITIONE recedant.] Legendum videtur: In occupato-

patoriam conditionem recidant. Nam ipſe paullo poſt: Ita confuderunt poſſeſſores, ut ad occupatoriorum conditionem reciderint.

LIMITES AGRIS SIM. introitus exituſque.] Feſtus: Limites in agris 15.
nunc termini, nunc viæ tranſverſæ. Inſtit. Quibus modis jus pa. pot. ſol. Limina ſicut in domibus finem quemdam faciunt: ſic & imperii finem limen eſſe veteres voluerunt. Hinc & limes dictus eſt, quaſi finis quidam & terminus.

TAM ITINERIBUS.] Cod. Palatinus: Tam oneribus.

DECUMANUM NUNCUPABANT, &c.] Feſtus; Decumanus appellatur limes, qui ſit ab ortu ſolis ad occaſum, alter ex tranſverſo currens appellatur Kardo. Servius I. Georg. Quum agri colonis dividerentur, foſſa ducebatur ab oriente in occidentem, quæ Cardo nuncupabatur; & alia de ſeptentrione ad meridiem, qui Decumanus limes vocabatur. Vid. Plin. lib. XVIII. cap. 33. & 34.

PER BINA jugera partiti ſunt.] Varro lib. I. de re ruſt. cap. 10. Quantum attinet ad antiquos noſtros, ante bellum Punicum poſſidebant bina jugera, quod à Romulo primum diviſa dicebantur viritim, quæ quod heredem ſequerentur, heredium appellarunt. Plinius lib. XVIII. c. 2. Bina tunc jugera pop. Ro. ſatis erant, nullique majorem modum Romulus attribuit: quo ſervos paulo ante principis Neronis contemtis hujus ſpatii viridariis piſcinas juvat habere majores, gratumque ſi non aliquem & culinas. Juvenalis, XIIII. Tandem pro multis vix jugera bina dabantur Ulneribus.

ET EX HOC facto centuria.] Feſtus: Centuria in agris ſignificat ducenta jugera. Idem. Centuriatus ager, in ducenta jugera definitus, quia Romulus centenis civibus ducenta jugera tribuit. Varro. Centuria prima à centum jugeribus dicta: poſt duplicata retinuit nomen, ut tribus multiplicatæ idem tenent nomen.

EMENDO VENDENDOQUE aliquas particulas ita confuderunt poſſeſſores.] Regionem certam fundi propriis finibus ejus mutatis, dominus ejus diſtrahere non prohibetur. Præterea ſucceſſionum varietas, & vicinorum novi conſenſus, additis vel detractis agris determinationis veteris monumenta ſæpe permutant. Vid. l. 11. & 12. D. Fin regund. & l. 1. & 2. C. eod.

DIVISI ET ASSIGNATI agri unius ſunt conditionis.] Imò non unius ſunt 16.
conditionis. Nam & dividuntur ſine aſſignatione: aſſignantur & redduntur ſine diviſione. Sic ipſe Flaccus pag. 21. Hoc ergo, inquit, genus fuit aſſignationis ſine diviſione, quum, ut ſupra dictum eſt, agri dividuntur limitibus ſtructis per centurias, aſſignantur viritim nominibus. Sunt vero diviſi nec aſſignati, ut etiam in aliquibus regionibus comperimus, quum ii quibus, ut ſupra diximus, redditi ſunt agri, juſſi profeſſi ſunt, quantum, quoque loco poſſiderent.

LIMITIBUS INSTITUTIS per centurias.] Feſtus: Limitatus ager eſt in centurias diviſus.

ASSIGNANTUR VIRITIM NOMINIBUS.] Eadem verba repetuntur pag. 21.

Scripſerat autem Flaccus: Aſſignantur in nominibus. Nam agri aſſignati viritim καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον, dicebantur aſſignati in nominibus. Niſi fortè addiderit, viritim, ut diſtingueret ab agris qui in nominibus villarum & poſſeſſionum aſſignabantur, ut videre eſt in libello de Coloniis. Denique aliæ aſſignationes fiebant in jugeribus, aliæ in laciniis & ſtrigis, aliæ in præciſuris, aliæ in centuriis, aliæ vero in nominibus.

QUIDAM ARBORES finales alii in venis alii in membris.] Vix mihi perſuadeo ſcribſiſſe Flaccum: Quoniam auctores finales alii in linteis alii in membranis ſcribſ. Neque placet quod in ora Palatini codicis legitur: Alii in ænis, alii in membris, id eſt alii in ære, alii in membranis, hoc eſt in mappa vel in codicibus depinxerunt. Quin potius diſſipatis gloſſematum tricis expedite ſcribamus: Ergo agrorum diviſorum, qui inſtitutis limitibus diviſi ſunt, formæ varias appellationes accipiunt: & quamvis una res ſit forma, dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii limitationem, alii cancellationem, alii typum: quod, ut ſupra diximus, una res eſt, forma. Quidam formas, quarum mentio habita eſt, in ære ſcalpſerunt, alii in membranis ſcribſerunt. Hi tamen quicquid &c.

CANCELLATIONEM.] Libellus de coloniis: Segeſtanis eſt aſſignatus in cancellatione limitibus maritimis. Hyginus: Si univerſa regio, quæ cancellata erat, coloniæ juriſdictioni accederet. id eſt, quæ limitatione & forma comprehenſa erat. Cancellos pro limitibus dixit Jornandes lib. de regnor. ſucceſſ. Nec diu poſt hæc item per ſuos, ad cancellos annonariæ Tuſciæ feliciter dimicans, fugat exercitum.

FORMAS TABULIS SCRIPSERUNT.] Vetus fragmentum legis agrariæ. Inſcript. p. CCII. III. VIR. DEDIT. ASSIGNAVIT. RELIQUIT. INVE. FORMAS. TABVLASQUE. RETULIT. REFERRIVE. JVSSIT. Lib. de coloniis: Hujus territorii forma in tabula æris ab Imp. Trajano juſſa eſt deſcribi. Vide quæ infra, de tabulario Cæſaris.

VOLUNTARIO.] id eſt ſciens, nec per errorem, ut ſup. 9.

SANCTUARIUM CÆSARIS.] Arcanum principis. Plin. XXIII. cap. 8. In ſanctuariis Mithridatis maximi regis devicti Cn. Pompejus invenit in peculiari commentario ipſius manu compoſitionem antidoti. Et lib. XXV. cap. 2. de eodem. Scrinium commentationum harum & exemplaria effectuſque in arcanis ſuis reliquit.

SED ET DIVISIONEM & commentarius & principatus.] Tota hæc periodus ſic explicari poſſe mihi videtur. Omnium enim agrorum & diviſorum & aſſignatorum formas, id eſt, diviſionum commentarios princeps in ſanctuario habet. De hujuſmodi commentariorum fide, conſentanea Siculo Flacco ſcribit Frontinus lib. I. de aquæd. Convenit & cum his modulis, qui in commentariis invictiſſimi & piiſſimi principis poſiti & confirmati ſunt. Sive itaque ratio, ſive auctoritas ſequenda eſt, utique commentariorum moduli prævalent.

ÆQUALIS IN MODO MANIPULI.] At non in modo ſingularum acceptarum, quæ unicuique ſecundum militiæ gradum aſſignabantur.

NAM

Nam quorumdam dignitas aut gratia.] Hunc morem indicat Ulpianus, l. Item ſi verberatum. De rei vind. his verbis: Ager militibus aſſignatus modico honoris gratia poſſeſſori dato. Hygenus. Multis locis malè meritos fundorum poſſeſſione privaverunt. ubi tamen conceſſum eſt aliquid & gratiæ. Sic Frontinus lib. de aquæd. Ne ſit arbitrio libratorum interdum majoris luminis, interdum minoris, pro gratia perſonarum, calicem probare.

Itaque limitibus actis.] Florentinus l. in agris. D. de adquir. rer. dom. Agrum munucaptum limitatum fuiſſe ait, ut ſciretur, quid cuique datum eſſet, quid veniſſet, quid in publico relictum eſſet.

Cum centuriæ eximerentur.] Scribe: Cum centuriæ exigerentur.

Dextra aut sinistra decimanum.] Dicebant, Dextrà, aut Siniſtrà decimanum, ut Citra decimanum. Vid. Frontin. in Contr. De modo &. Hygen. p. 181. & 204. 17.

Totum, id eſt, I. II. III. & IIII.

Subsecivorum.] Varro lib. I. de re ruſt. cap. 10. menſores nonnunquam dicunt in ſubſecivum eſſe unciam agri, aut ſextaneum, aut quid aliud cum ad jugerum pervenerunt. Vid. Agg. de jure ſubſc. pag. 55.

Amari et incerti soli.] Eodem ſenſu dixit Columella II. cap. 2. ſolum limoſæ paludis & uliginis amaræ. Et Plinius, XVII. cap. 5. Terram amaram ſive macram. Sic apud Boetium lib. II. Geom. Loca macra & arida. Solum autem incertum dixiſſe videtur Siculus, ut fundum mendacem Horatius.

Id assignatione non datur.] Quod tamen ſactitatum ſub Tiberio querebantur veterani apud Tacitum Ann. 1. Apud vexillum retentos alio vocabulo eoſdem labores perferre. ac ſi quis tot caſus vita ſuperaverit, trahi adhuc in diverſas terras, ubi per nomem agrorum, uligines paludum, vel inculta montium accipiant.

Secundum militiam.] Secundum militiæ gradum. Front. lib. de Colon. Cæſar limites reformari juſſit pro merito caſtri. Suetonius in Aug. Definita commoda pro gradu cujuſque & temporibus militiæ. Vid. Hygen. p. 186.

Acceptas.] Conceptas dixit Frontinus lib. II. de aquæd.

Aliqui gradus.] Gradus, ſcilicet principiorum, & dignitates, quarum matriculas exhibet Vegetius lib. II. cap. 7. & 8. etenim ſecundum militiam & gradus dignitatem, utilitates ſive commoda & honores conſtituebantur.

Melioris agri minorem modum.] Hoc etiam obſervant Geodætæ Græci. Heron: Τὸ σχοινίον τῆς σπορίμου γῆς ιβ ὀργυιὰς ὀφείλει ἔχειν. τοῦ δὲ λιβαδίου ιϛ. Pediaſimus: Τὴν μὲν οὖν σπόριμον καὶ ὑπάμπελον γῆν ὀργυιᾷ ἑνδεκασπιθάμῳ. τὴν δὲ λιβαδιαίαν καὶ ὀρεινὴν, ὡς ἧττον δὲ χρήσιμον, μείζονι ἢ ἑνδεκασπιθάμῳ ὀργυιᾷ μετροῦμεν, ἣ καὶ καλεῖται, αὕτη τῶν ὑποβόλων ἡ ὀργυιά. Hujuſmodi aſſignationes & diviſiones, pro æſtimio ubertatis ſactas fuiſſe ait Frontinus lib. de Coloniis. 18.

ACCEPTIONES.] Sic Frontinus etiam conceptiones. Quæ deinceps ſequuntur in hac pagina corruptiſſima ſunt.

SI ENIM QUIBUS agris viæ reddantur.] Sic legitur etiam in codice Palatino. Tamen legendum arbitror: Si enim quibus agri ſui reddantur. Vel potius: Si enim quibus agris centuriæ reddantur, &c. Sic paullo poſt: Centurias binas pluréſve uni nomini redditas invenimus. Ipſe Flaccus p. 21. Quibus, ut ſupra diximus redditi ſunt agri, juſſi profeſſi ſunt quantum quoque loco poſſiderent.

PROFESSIONES.] Ulpianus l. III. §. 15. vero. De cenſibus. Qui agrum in alia civitate habet, in ea civitate profiteri debet, in qua ager eſt. Idem. Forma cenſuali cavetur, ut agri ſic in cenſum referantur: Nomen fundi cujuſque, & in qua civitate, & quo pago ſit. &c. Vetus fragmentum legis agrariæ. Inſcr. CCV. . . . . . .
GRUM. IN. EO. NUMERO. AGREI. PROFESSUS. ERIT.

PROFESSI SUNT quantum modum quoque loco poſſiderent.] Hæc & quæ deinceps ſequuntur, uſque ad illa verba pag. 21. Coloniam illam, ubi civis deductus fuerit, deſunt in codice Palatino.

DATUM ASSIGNATUM COMPUTATUM SIT.] Scribe: Datum, aſſignatum, commutatum.

CENTURIAS UNI NOMINI REDDITAS.] Quippe, ut agri aſſignantur in nominibus, ſic etiam redduntur nominibus.

INSCRIBUNTUR QUÆDAM EXCEPTA.] Fragmentum legis Agrariæ, Inſcrip. CCII. **LEGE. PLEBEIVE. SCITO. QUOD. C. SEMPRONIUS. TI. F. TR. PL. ROG. EXCEPTUM. CAVITUMVE. EST. NEI. DIVIDERETUR.**

19. TANQUAM SUBSECIVUS RELICTUS EST.] Apulejus VIII. Ac me relictum ſolum ac ſubſicivum cum faſtidio plerique præteribant.

REDDITUM VETERI POSSESSORI.] Valerius Probus: V. P. R. id eſt, veteri poſſeſſori redditum. Fragmentum legis Agrariæ, Inſcript. pag. CCII. **POSSESSIONEM. DEDIT. ASSIGNAVIT. REDDIDIT. QUOQUE. EJUS. AGRI. III. QUOI. IS. AGER. VETERI. PROVE. VETERE. POSSESSORE. DATUS. ASSIGNATUSVE.** Cicero, de lege Agr. Qui agrum Recentoricum poſſident, vetuſtate poſſeſſionis ſe, non jure: miſericordia Senatus, non agri conditione defendunt.

FLUMINI PISAURO TANTUM ne quo alveus.] Scribe: Flumini Piſauro, tantum. vel, quo alveus. Id eſt, quouſque alluit. Aggenus: Piſauro flumini latitudo eſt aſſignata eatenus quouſque alluebat.

VICINORUMQUE. VEXET TERRAS.] Martialis: II. 32. Vexat ſæpe meum Patrobas confinis agellum. Nimirum confinis avarus, non ſecus atque repentina fluminis inundatio, vicinorum agros vexat & mergit. Sic Pertinax Imp. quum apud Vada Sabatia oppreſſis foenore poſſeſſoribus, latius ſuos teneret fines, ex verſu Lucilliano Agrarius mergus eſt appellatus, ut narrat Jul. Capitolinus. Niſi potius dicamus, mergum agrarium vocitatum fuiſſe, quia poſſeſſiones ſuas novis indies acquiſitionibus quaſi per propagines adau-

adaugeret, & ſic fines crebro promoveret. Nam hujuſmodi propagines ruſtici mergos vocabant. Columella lib. v. cap. 5. Prolixos palmites, quaſi propagines ſummo ſolo adobruere animadverti, deinde rurſus ad arundines erigere & in fructum ſummittere, quos noſtri agricolæ mergos vocant. Feſtus: Propages, propagines, à propagando, ut faciunt ruſtici, quum vitem vetulam ſupprimunt. Supprimunt, id eſt, adobruunt, mergunt. Vide Columel. lib. IIII. cap. 15.

CONTEMTOQUE. FLUMINE ALVEO.] L. Contempto fluminis alveo. Vel, cont. à flumine alveo.

LIMITUM MODUS exceptus eſt.] Sic ſupra: In quibuſdam regionibus fluminum modus aſſignationi ceſſit, in aliis autem exceptus eſt.

AD PRÆSCRIPTA lege latitudinis.] Hygenus: Limites lege latè patere debent ſecundum conſtitutionem eorum qui agros dividi juſſerint.

AB LINEA MENSURALI.] Hygenus: Linearii limites à quibuſdam menſuræ tantum diſterminandæ cauſa ſunt conſtituti.

ITINERIBUS & menſuris agendis pervii ſint.] Hygenus: Limites omnes non ſolum menſuræ, ſed & publici itineris cauſa latitudines acceperunt.

SPATIUM AUTEM intra quod ſors verſari debeat quaſi dignationes dat.] Heic agnoſcere eſt veſtigia hujus ſcripturæ: Spatium autem intra quod falx & arater eat, aſſignationes dant. Quæ lectio, ut opinor, veriſſima eſt. Hygenus: Menſura territorii uſque fieri debet ſecundum legem D. Auguſti, qua falx & arater jerit. Idem: Aſſignare agrum ſecundum legem D. Auguſti eatenus debebimus, quatenus falx & arater jerit: niſi ex hoc conditor aliquid immutaverit. Si quis rectam eſſe vulgatam lectionem, & ſortibus in urnam miſſis, verſatis, ac deinde ut quæque exierit ſublatis, quaſi dignationes dari, contendat, non habet quo ſententiam ſuam tueatur, niſi prius probaverit, hunc Siculi Flacci locum, ubi de menſuris tantum agitur, explicandum eſſe ex eo quod ait Hygenus, Sortitionem illam, quam indicat, ideo neceſſariam eſſe, ne quis queri poſſit, ſe ante debuiſſe ſortem tollere, & in meliorem fortaſſe incidere agri modum.

SALTUS APPELLATUR.] Aliter Varro lib. I. de re ruſt. cap. 10. Quatuor centuriæ conjunctæ, ut ſint in utramque partem binæ, appellantur in agris diviſis viritim publicè Saltus.

CUM IN IPSIS incedant villis.] Sic ſupra: Rigores incedentes in viis 20.
rivis aut in ſubſtructionibus. Et alibi: Petræ naturales quæ in finibus incedunt. Tamen & illud minimè improbandum, quod in Hygeno legitur: Item ſanxerunt, ſicubi limites in ædificium aliquod inciderent, is cujus ædificium eſſet, daret iter populo idoneum per agrum ſuum.

PORTAS DOMINI villarum faciunt, januaſque imponunt.] Hygenus: In quorundam vero villis qua limites tranſeunt, januæ ſunt ſemper patentes, præſtanteſque populo iter.

QUOMODO UTILISSIMUM ITER.] Scribendum, Quando: vel, Quoniam utiliſſ. iter. Dicitur autem utiliſſimum iter, quod quam aſſiduiſſimè eſt pervium & habile. Deteriorem autem & minus utilem viam fieri accipiendum

 eſt,

eſt, ſi uſus ejus ad commeandum corrumpatur. Ulpianus l. 2. Ne quid in loco pub.

DATUR AUTEM via à poſſeſſoribus ut ſimiles occupent, &c.] Nullus eſt ſenſus, niſi tota clauſula ſic emendetur: Datur autem via à poſſeſſoribus, ut limites occupent; hac tamen conditione, ut ſi villæ in limitibus poſitæ ſint, id eſt, in quibus limites incedant, dent per agros ſuos iter populo, dum ne deterius, quam per illas tranſeant.

IN BENEVENTANO.] Lib. de Coloniis. Ager Beneventanus actus N. XVI. p. XXV. Kardo in orientem, Decimanus in meridianum.

DEFICIENTE numero militum veteranorum agro.] Ipſe Flaccus pag. 21. Quoties ager coloniæ deficit.

21. SUMTOS AGROS EX VICINIS.] Applicitos univerſitati ex alterius civitatis fine. Vid. Front. p. 43.

SUIS LIMITIBUS quæque regio diviſa eſt.] Boetius ad illa Topic. Ciceronis: In urbe fines non reguntur. Regi fines dicuntur, inquit, quotiens unuſquiſque ager propriis finibus terminatur.

IN DIVERSIS REGIONIBUS magiſtratus coloniar. juriſd. mittere ſoliti ſint.] Ratio ſuadet ut legamus: Præfecturæ appellantur ex eo quod in diverſis regionibus magiſtratus ad coloniarum juriſdictionem mittere ſoliti ſunt. Etenim in Italia Præfecturæ vocabantur, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam earum reſpublica. Neque tamen magiſtratus ſuos habebant; ſed in eas legibus præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent. Vide Pomp. Feſtum.

LEGIS PRÆSCRIPTIO.] προγραμμα. Sic apud Ciceronem in or. de lege Agrar. Ei locus primus invidiæ in præſcriptione legis conceſſus eſt.

ALIQ. VERO IN LIMITATIONIBUS.] cod. Pal. Aliq. vero inlimitatus ager.

CUM UT SUP.] Quoniam ut ſup.

STRUCTIS.] Inſtitutis.

VIRITIM NOMIN.] Feſtus: Viritanus * ager dicitur, qui viritim populo diſtribuitur.

QUIBUS UT SUPRA DIXIMUS.] Vide quæ ad pag. 15.

ÆSTIMATIONE facta profiterentur.] Ulpian. l. IIII. De cenſibus. Omnia ipſe qui defert æſtimet.

QUIBUS SEC. ÆST. quomodo data eſt.] Legendum videtur: Quibus ſecundum æſtimationem commutatio data eſt.

ILLUD VERO quod ſæpe reſpicimus.] Otioſa heic videtur particula, Quod.

22. ITEM QUIBUS. ASSIG.] Emendandum ex cod Palat. Id eſt quibus aſſig.

TUM QUONIAM.] cod. Palat. tamen quoniam.

UNI FOCO.] Ut ſupra: Uni nomini.

ÆS RESPICITUR.] Libri æris inſpiciuntur. Hygen. Reſpicitur quid in ære contineatur. Intelligunt Tabulam æneam, legem formamve agrorum continentem: quam qui refixerat, vel aliquid inde immutaverat, lege Julia peculatus tenebatur, ut ait Ulpianus l. 8. D. ad leg. Jul. pec.

ACCE-

Acceptam ſibi defendunt.] Suam eſſe aſſerunt, ſibique vindicant, uſitata iſtis auctoribus locutio. Aggenus p. 48. Superior poſſeſſor ſibi defendat omnem devexum locum. Idem pag. 50. Terminos, quibus inter fundos unius domini fines obſervantur, ſibi defendunt. Id eſt, in ea cauſſa eſſe aſſerunt, ut nemo habere aut facere aliquid poſſit quo deterius ipſi eo loco iiſve finibus utantur. Vopiſcus in Tacito: Sed quum quatuor illi milites inter ſe contenderent, ac ſortem ſibi quiſque defenderet, juſſit iterum agitari urnam.

Qua significantia.] Ipſe Flaccus p. 24. Invenimus ſæpe in publicis inſtrumentis ſignificanter deſcripta territoria. Idem, p. 25. Sed & pagi ſæpe ſignificanter finiuntur.

Quarum regio.] L. quæque regio.

Dextra aut sinistra decimanum dext.] Hæc poſſunt explicari & emendari ex iſtis incerti auctoris p. 300. Scies ex lapidum ſcriptura, quæ ſit pars dextrà decimanum, & quæ ſiniſtrà decimanum: & quæ citrà cardinem, & quæ ultrà cardinem.

Præterea dicuntur et æs miscellum.] In codice Palatino inter illa duo vocabula, Dicuntur æs, ſuperjecta eſt hujuſmodi figura, Z: quæ proximè accedit ad iſtam ⋌: quæ paſſim in monumentis antiquis ſignificat centuriam. Nec fruſtra quis ſuſpicabitur legendum heic: Præterea dicuntur & centuriæ æs miſcellum. Nam ipſe Flaccus paullo poſt dicet: Ex quo fit ut his centuriis inveniantur & eorum nomina, &c.

Æs miscellum.] Hoc eſt: æneas tabulas miſcellas; quæ ſcilicet varia & mixta nomina continebant: puta, eorum qui primum deducti fuerant, & eorum qui poſtea in locum defunctorum ſucceſſerant. Sic Julia lex Miſcella dicta eſt, quod varia & confuſanea capita contineret: Sic Miſcelliones, auctore Feſto, appellabantur, qui non erant certæ ſententiæ, ſed variorum mixtorumque judiciorum. Sic gladiatores, quum in conſummatione, ſive turba, mixtim ſeſe mutuis ictibus conficere juſſi erant, ad miſcellanea venire dicebantur. Ad eumque morem alludens Juven. Satira XI. de perditiſſimo nepote & conturbatore quodam, dixit: —— Sic veniunt ad miſcellania ludi. Uvæ miſcellæ, & columbæ miſcellæ, Varr. Miſcella doctrina, Gell. Ludi miſcelli, Suet.

A divo Julio deducti erant.] Vid. Hygen. pag. 159. 160.

Auctores finem diviſionis.] Delenda illa vox; Finem. Niſi quis malit, Auctores finium dici, quemadmodum Auctores finales, pag. 19. Quæ autem ſequuntur, valdè luxata ſunt. Videamus an reſtitui poſſint conatu iſto: Aliquando ſubſeciva Reſpublicæ coloniarum conceſſerunt; aliquando proximis quibuſque adſcripſerunt. Quæ in conditione illorum remanſerunt, quidam ſibi donata vendiderunt; aliqui vectigalibus per ſingula luſtra loc. ſol. &c.

In conditione illorum.] Nimirum ſubſecivorum. Intelligit agros ſimiles ſubſecivorum conditioni; de quibus Frontinus pag. 39. & Aggenus pag. 47.

Proximis quibusque.] Scilicet poſſeſſoribus Vid. Hygen. pag. 205.

Per singula. lustra.] Hygen. pag. 205. 206. In annos v. Cic. I. Ad Att. Unam rationem non rejiciebam, ut ager hæ adventitia pecunia emeretur, quæ ex novis vectigalibus per quinquennium reciperetur. Plura ad Hygenum.

Collegia sacerdot. it. quos virgines ha.] Hygenus Virginum quoque Veſtalium & ſacerdotum quidam agri vectigalibus redditi ſunt & locati.

24. Subsecivorum de quibus Domitianus finem ſtatuit.] Sueton. in Domit.: Subſeciva quæ diviſis per veteranos agris carptim ſuperfuerunt, veteribus poſſeſſoribus ut uſucapta conceſſit. Auctor incertus in fragmentis Arcer. Domitianus per totam Italiam ſubſiciva poſſidentibus donavit, edictóque hoc notum fecit. Alius item incertus auctor in iiſdem frag. Aliqui quoque agri aut incurvi aut angulares occurrunt, & ad diribitum lineis diſcerpuntur; Subſiciva appellantur, hoc eſt quæ à ſubſecantibus lineis remanent, naturam extremitatum ſervanti. Quæ cum vel communis juris aut publici eſſent, poſſeſſionibus vicinis tunc Domitianus Imp. præfudit, hoc eſt extra *ineariam finalem vel occupatorum licentiæ tribuit. Exſtat autem in tabula ænea effoſſa in Piceno apud Falerienſes anno CIↃ. IↃXCIX. elegans Domitiani epiſtola ſuper lite quæ diutiſſime fuerat inter Falerienſes & Firmanos de quibuſdam ſubſecivis: cujus epiſtolæ verba ipſa tranſcribere juvat, quia non ſolum Flaccum, ſed & ceteros iſtos auctores magnopere illuſtrant.

IMP. CÆSAR. DIVI. VESPASIANI. F. DOMITIANUS. AUGUSTUS. PONTIFEX. MAX. TRIB. POTEST. IMP. II. COS. VIII. DESIGNAT. VIIII. P. P. SALVTEM. DICIT.

IIII. VIRIS. ET. DECURIONIB. FALERIENSIUM. EX. PICENO. QUID. CONSTITUERIM. DE. SUBSICIVIS. COGNITA. CAUSA. INTER. VOS. ET. FIRMANOS. UT. NOTUM. HABERETIS. HUIC. EPISTULÆ. SUBICI. JUSSI.

P. VALERIO. PATRUINO. . . . . . COS.
XIIII. KAL. AUGUSTUS.

IMP. CÆSAR. DIVI. VESPASIANI. F. DOMITIANUS. AUGUST. ADHIBITIS. UTRIUSQUE. ORDINIS. SPLENDIDIS. VIRIS. COGNITA. CAUSA. INTER. FALERIENSES. ET. FIRMANOS. PRONUNTIAVI. QUOD. SUBSCRIPTUM. EST.

ET. VETVSTAS. LITIS. QUÆ. POST. TOT. ANNOS. RETRACTATVR. A. FIRMANIS. ADVERSVS. FALERIENSES. VEHEMENTER. ME. MOVET. CVM. POSSESSORVM. SECVRITATI. VEL. MINVS. MVLTI. ANNI. SVFFICERE. POSSINT. ET. DIVI. AVGVSTI. DILIGENTISSIMI. ET. INDVLGENTISSIMI. ERGA. QVARTANOS. SVOS. PRINCIPIS. EPISTOLA. QUA ADMONUIT. EOS. UT. OMNIA. SVBSICIVA. SVA.

COL-

COLLIGERENT. ET. VENDERENT. QUOS. TAM. SALUBRI. ADMONITIONI. PARUISSE. NON. DUBITO. PROPTER. QUÆ. POSSESSORUM. JUS. CONFIRMO. VALETE. D. XI. K. AUG. IN. ALBANO.

AGENTE. CURAM. T. BOVIO. VERO.
LEGATIS. P. BOVIO. SABIANO. D. D. P.
P. PETRONO. ACHILLE.

Loca aspera.] Fera, inculta.

Lapidibus positis.] Fortè ſcrib. Lapidibus politis, quorum mentio fiet non raro in ſequentibus.

Lapidibus præsignibus.] Quos vocant terminos egregios. Dionyſ. Halicar. lib. VIII. Τὴν δὲ ὁρισθεῖσαν ὑπ᾽ ἐκείνων γῆν, διαιρεθεῖσαν εἰς κλήρους ὅσοις δή τινας, καὶ στήλαις δικόσμοις διαγραφεῖσαν.

Limitibus perpetuis.] Hygenus: multi perpetuos limites egerunt, & in illa operis perſeveratione peccaverunt, &c. pag. 178.

In publicis inſtrumentis.] Qualia erant quæ Cæſarum inſtrumenta vocat Frontinus in excerptis Arcerianis. Suetonius de Veſpaſiano. Aerearum tabularum tria millia quæ ſimul conflagraverant, reſtituenda ſuſcepit, undique inveſtigatis exemplaribus inſtrumentum imperii pulcerrimum ac venuſtiſſimum confecit.

Significanter descripta.] Puta fluminibus, montium jugis, aquarum divergiis, aut hujuſmodi aliis, locorum vocabulis. Sic pag. 22. Ergo videndum eſt qua ſignificantia quæque regio dignoſci poſſit. Et pag. 25. Sed & pagi ſæpe ſignificanter finiuntur. Aggenus Flacci verba ſublegit & explicavit. Invenimus, inquit; in publicis inſtrumentis ſignificanter inſcripta territoria, ut: Ex collegio quod appellatur illorum, ad flumen illud; & ſuper flumen illud, ad rivum illum, aut viam illam, &c.

Pertica omnis, id eſt omne territorium.] Frontinus p. 43. Solum autem quodcunque coloniæ eſt aſſignatum, id univerſum pertica appellatur. Ipſe Flaccus ſupra: Et quamvis una res ſit forma, alii dicunt perticam, alii centuriationem, &c. Hygenus libros æris & typum totius perticæ linteis deſcriptum, ſecundum ſuas terminationes.

Leges. datæ coloniis municipiiſque.] Leges agrorum intellige, quas conditores coloniarum agris dixerunt. Hygenus pag. 205. Hi agri leges accipiunt ab his qui veteranos deducunt, & ita propriam obſervationem eorum lex data præſtat in his agris. Labeo apud Ulpianum l. 1. de aqua & aq. plu. ait conditionibus agrorum quaſdam leges eſſe dictas: ut quibus agris magna ſint flumina liceat mihi in agro tuo aggeres vel foſſas habere. Si tamen lex non ſit agro dicta, agri naturam eſſe ſervandam. Hujuſmodi legem innuit Paulus l. 2. D. eod. quum ait: In ſumma tria ſunt per quæ inferior locus ſuperiori ſervit; lex, natura loci, vetuſtas, quæ ſemper pro lege habetur, minuendarum ſcilicet litium cauſſa.

Vel ex hoc magiſtri pagor. quod.] Si quis conjecturæ locus, totam hanc 25.

hanc clauſulam ita emendandam cenſeo: Vel ex hoc quod magiſtri pagorum pagos luſtrare ſoliti ſunt, uti territoria habeamus quatinus luſtrarent.

QUIBUS PAGIS.] Legendum, quive pagi.

QUALITER PAGI ſacra faciant.] Id eſt, an ſacra facere ſoliti ſint colliculo ſepimine conſecrato, an trunco dolamine effigiato, an ceſpite libamine humigato, an lapide unguine delibuto. Hujuſmodi enim fuiſſe pagorum & paganorum ſacra indicat Apulejus Floridorum I. Sic Latinus Togatus pag. 310. ſuper ſe autem ſacra paganorum oſtendit in trifinio. Et auctor incertus pleriſque ſuper ripam paludis ſacra paganorum inveniuntur. Alludit ad hæc ſacra Perſius cum ait. —— Ipſe ſemipaganus. Ad ſacra vatum carmen adfero noſtrum. Poetæ, inquit, Parnaſſi & Pirenes compagani, Heliconiadas invocent, iiſque ſacra faciant; ego ſemipaganus ad ipſa tantum paganorum ſacra carmen adfero.

DUCES FACTI SUNT.] Scribe: Decus, vel, Decuſſes. Sic ſupra: Aliquando etiam decuſſatas petras invenimus.

26. MAXIMI.] Vocabulum iſtud non legitur in recenſione Volaterrani. recte: pendet enim de ſuperioribus: Decumani maximi, Cardines maximi. Vid. Hygen.

NONARII.] His limitibus ſubjungit Volaterranus: qui ſolis curſum ſequuntur.

REGALES.] Volaterr. regulares.

27. TEMPORALES.] Subjungit Volaterranus: qui lunæ curſum ſequuntur.

JULII FRONTINI.] In fragmentis Arcerian. huic principio prefixus

28. eſt titulus in hunc modum. INC. LIB. BALBI AD CELSUM. EXPOSITIO ET RATIO OMNIUM FORMARUM. & ita etiam in codice Memmii. Nonnulla tamen, quæ in hoc opuſculo reperiuntur, Boetius accepta refert Frontino, eumque appellat geometricæ artis inſpectorem providiſſimum. Clarum vero in primis elogium illud Frontini quod Flavius Vegetius inſeruit lib. II. cap. 3. Cato ille major, inquit, quum & armis invictus eſſet, & conſul exercitus ſæpe duxiſſet, plus ſe Reipub. credidit profuturum, ſi diſciplinam militarem conferret in litteras. Idem fecerunt alii complures, ſed præcipue Frontinus Divo Trajano ob ejuſmodi comprobatus induſtriam. JULIUS FRONTINUS CELSO. Editio Baſilienſis Ann. 1528. CELSO PENESTO. Nimirum in hallucinationem ſane ridiculam librarios induxit quod ſequitur: Notum eſt omnibus Celſe, penes te ſtudiorum noſtrorum manere ſummam. Et conſimili hallucinatione confictum fuiſſe opinor illud Simplicii nomen, ex iis quæ apud Aggenum leguntur pag. 62. Nam & Simplicius enarrare conditiones earum exiſtimavi. Vide quæ ad eam pag.

STUDIORUM NOSTRORUM] Cod. Arc. ſtud. notitiam.

INTER EOS.] Hæc verba non leg. in cod. Mem.

IN QUOR. NOTIT. VENIAT.] Heic multa deſunt in Arcerianis.

SI IN PARVO.] Hæc non leguntur in cod. Mem.

INTERVENIT clara ſacratiſſ.] Gentiani Herveti liber. Interea venit ſacratiſſimi Imp. noſtri expeditio quæ me ab ipſa ſcribendi feſtinatione ſeduceret.

EXER-

EXERCEOR CVRIS.] Cod. Herveti & Mem. exerceor cura.

BELLI GLORIAM.] τῶν ἔργων εὐκλείαν, per quam vivere intelliguntur in perpetuum qui in acie pro Repub. ceciderunt.

CELSI CESARIS noſtri opera.] Legendum ut eſt in codice Herveti. 29.
Cœleſtia Cæſ. noſ. opera. Sic Vellejus II. Cœleſtiſſimum os Ciceronis dixit. Sic in baſi ſtatuæ Septimii Severi, CÆLESTIS INDVLGENTIA.

VEN. DII rationem monſtrabant.] Sic in veteri Inſcriptione, ARA POSITA DEMONSTRANTIBVS DIIS AQVAS APERIENDAS.

MAGNORVM DEORVM EXPERIMENTA.] Liber Her. magnarum rerum experimenta religioſius colere capi. Quod verius mihi videtur. Nam ipſe Frontinus libro de aquæduc. hoc de ſe apertè prædicat. In aliis autem libris, inquit, quos poſt experimenta & uſum compoſui, antecedentium res acta eſt, in hoc vero & inſequentium.

MAX. IMP. VICTORIAM DACICAM RESERAVIT.] Commodior lectio videatur: Victoria Daciam reſeravit. Vetus inſcriptio: IMP. CÆS. DIV. NERVÆ. TRAJANO. AUG. PONT. MAX. COS. P. P. CUJUS. VIRTUTE. DACIA. IMPERIO. ADDITA. FELIX. EST.

AD SEPT. plagam tranſ.] Cod. Memm. ad ſeptentrionalem plagam annua vice tranſ. p.

MODVM ET NVMERVM.] Cod. Her. Modos & numeros.

MENSVRA EST COMPLVRIUM.] Boetius lib. II. de Geometria, hanc menſuræ definitionem ex Frontino citat: Quamvis & ſuperioris libri principio quid ſit menſura generaliter deſignaverimus, libet tamen hujus artis ſpeculatoribus ſatisfaciendo ſecundum Julium Frontinum geometricæ artis inſpectorem providiſſimum, quid ſit menſura diffinire. Menſura quippe eſt complurium & inter ſe æq. &c.

MINIMA HARVM MENSVR. P. E. DIGITVS.] Heron. Geodætes: Πάντων 30.
δὲ ἐλαχιστότερος ἐστιν ὁ δάκτυλος, ὅστις καὶ μονὰς καλεῖται· διαιρεῖται δὲ καὶ εἰς ἥμισυ καὶ εἰς τρίτον καὶ εἰς τέταρτον, καὶ εἰς λοιπὰ μορία. Natum illud: δάκτυλος ἀμέρης. &, δάκτυλος ὕδατος.

DIMIDIAM AVT TERTIAM.] In editione Turnebi multa heic deerant, quæ ſupplevimus ex codice Memmii. Eorum vero quæ ſequuntur pleraque Turnebus edidit ſub titulo, Veteris cujuſdam auctoris de generibus lineamentorum, quæ & in cod. Palatino poſt limitum & agrorum nomenclaturam proximè ſequuntur, ſic inſcripta: Incipiunt genera lineamentorum.

RECTVM EST.] Boetius lib. II. de Geom. Rectum eſt quod longitudine 31.
ſolum menſurando cenſetur.

PLANVM EST QVOD GRÆ.] Boetius. Planum eſt, quod à Græcis dicitur ἐπίπεδον, à nobis autem conſtrati pedes. Sic habet codex MS. non ut in Baſilienſi editione paſſim, contracti pedes. quod abſurdiſſimum eſt.

AGROS, ÆDIFICIORVM SOLA.] Hæc emendari facilè poſſunt ex Boetianis iſtis. Planum eſt quod per longitudinem latitudinemque conſideratur, ut agrorum planities & ædificiorum areæ abſque tectoriis operibus & laquearibus

ribus ac tabulatis & his ſimilibus. Varro lib. IV. de. l. lat. Standi fundamentum, Pes: à quo dicitur in ædificiis area Pes magnus; & qui fundamentum inſtituit, pedem ponit.

INAVRATVRAS, TABVLAS.] Codex Mem. Inauratas tabulas.

STRVCTVRAS.] Hoc vocabulum deſiderari videtur apud Boetium. In cod. Mem. legitur, inſtructuras.

AVT LAPIDVM.] Hæc non leg. in cod. Mem.

BINIS RIGORIBVS.] Corrupta illa Boetii in editione Baſil. & codice MS. Bini rigores ſunt, quando ſingulis ſpatiis intervenientibus tendunt, ut itinera plerunque pergunt.

NAM QVICQVID IN AGRO.] Hæc clauſula deeſt in Baſilienſi editione Boetii. exſtat autem in cod. Thu. hoc modo: Nam quod in agro à menſore operis cauſa ad finem directum fuerit, rigor appellatur. quicquid ad horum mutationem in forma deſcribitur, linea appellatur. —— alterius ſic Altera poſcit opem res.

32. SUIS SIGNIS.] Boetius: in ſuis ſignis. cod. Mem. ſignis rectis.

VELUT ARBORUM aut ſignorum.] Boetiana ſunt emendatiora. Velut arborum aut fluminum, ceterorumque ſignorum, in quorum, &c.

NATVRA.] Boetius. Naturaliter.

RECTIS LINEIS eſt poſita.] Boetius. Rectis lineis undique verſum finitur.

IN OMNEM ACTVM.] Boetius: per omne latus.

RECTARVM ergo linearum.] Hæc clauſula non legitur apud Boetium. Delenda autem videtur illa vox, angulorum; vel legendum, ut ang.

QVOTIES AVTEM recta ſuper.] Non levis momenti eſſe videtur differentia in Boetianis iſtis in cod. Thu. Quotiens vero recta linea ſuper lineam ſtans circum ſe angulos pares fecerit, ut ſinguli anguli recti ſint, exſtans perpendicularis ejus lineæ ſupra quam inſiſtit vertex eſt, cujus ſedem ſi ſubtendens linea perpendiculari fuerit juncta, efficiet triangulum. Gerbertus eandem propoſitionem ita expreſſit. Rectæ lineæ jacenti ſi recta una quæ perpendicularis dicitur erecta ſuperſtet, ubi jacentem tangit ex utraque ſui parte rectum angulum efficit.

STANS PERPEND.] Cod. Mem. inſtans perp.

33. MED. SECANS circum punc. trans.] Emendatior videtur Memm. codicis ſcriptura: medium ſecans circulum per punctum tranſiens ad circ.

DIMENSIONE à recta lin.] Cod. Mem. Dimenſionis linea intr.

CIRCVMFERENTIAM CLV.] Cod. Memm. Semicirculum cl.

HI INTER rectos & hebetes.] Cod. Mem. qui inter rec. & heb.

34. SECVNDVM SUAM inæqualitatem.] In cod. Mem. additur: complures.

AVT CORNVALIS.] Non leg. in cod. Mem.

CIRCVMFERENTIVM formarum.] C. Mem. Circumf. linearum.

UT HARENÆ.] Ovalem amphitheatri formam ſignificat. In cod. Mem. ve ante.

TRIB.

TRIB. CIRCINIS.] In cod. Mem. additur : ut in opere marmoreo. 35.

RELIQVÆ EX MVLTIS.] Cod. Mem. reliquæ accidentibus pluraliter & infinitum.

ET CIRCVMFERENTI ſemicirculo.] C. Mem. Et circumferentiam aut ſemicirculi. Deinde ſequitur : Rectarum linearum & circumferentium forma ſine angulo lateris unius. Duorum angulorum ex duobus lateribus. Trium angulorum ex tribus lateribus. Quatuor angulorum ex quatuor. Reliquæ ſingulis accidentibus pluraliter * * * Trilat. &c.

CHIASMIS UTENDUM] Hoc eſt, decuſſationibus ſive decuſſibus. 36.

DUÆ LINEÆ concurrunt norm. fac.] Poſt hæc verba in libro Memmii 37.
legitur : Explicit liber Frontinis ps. dicitur in alio cod. vel Balbi vel Junii.

IDEOQVE MONEMVS.] Sex lineæ ſequentes non cohærent inter ſeſe : nec puto eas eſſe Frontini.

LITEM UT diſcerneret arvis.] Virgil. XII. Aen. ex Hom. Iλ. Φ. Plutarchus in quæſt. Rom. Terminos agris à Numa conſtitutos fuiſſe ait, ut eſſent ὡς ἐπίσκοποι ϗ φύλακες φιλίας ϗ εἰρήνης.

NAM ANTE JOVEM.] Virgil. I. Georg. Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni, Nec ſignare quidem aut partiri limite campum, &c.

PRIOR DETVLERIT QVER.] In Juſtiniani codice legitur : Prior de finibus 340.
detulerit querimoniam. Unde conjicio ſcriptum fuiſſe in cod. Theodoſiano : Si quis ſuper invaſis ſui juris locis prior finalem detulerit querimoniam, quæ cohæret cum proprietatis controverſia, &c. Finalis querimonia, finale jurgium, finalis quæſtio, finalis controverſia, finalis cauſa, paſſim apud iſtos ſcriptores.

PRIUS SUPER poſſeſſione.] Boetius lib. II. de Geom. Prius tamen in judicio ſuper poſſeſſionem quæſtio finiatur &c. Aggenus : In his ſecundum locum habet diſciplina noſtra, & ſicut lex ait, niſi de poſſeſſionis ſtatu quæſtio fuerit terminata, non licet menſori præire ad loca. Vide quæ ad eum locum.

TVNC AGRIMENSOR ire præcipiatur.] Cicero I. Agrar. Finitorem mittant : ratum ſit quod finitor illi, à quo miſſus erit, renunciaverit.

RETVLERIT QVÆST.] Juſtinianus, detulerit.

QVO MAGIS contentus ſuo.] Theodoſius & Juſtinianus. Quo magis 341.
unuſquiſque cont.

DIRIPERE.] Juſtinianus, adimere.

APVD SENATVM.] In cod. Theod. & Juſtin. Apud acta.

CAVSA QVÆDAM non finalis ſed proprietatis.] Solent enim quidam, ut notat incertus Auctor in frag. Arc. per imprudentiam menſores arbitros conſcribere, aut ſortiri judices finium regundorum cauſa, quando in repræſenti plus quidem quam de finium regundorum agatur. Sic fit, ut poſſit jam inritum fieri & reſcindi quod aut judex aut arbiter pronunciaverint : neque ullum commiſſum faciat qui ſententiam non ſit ſecutus. quando de alia re judicem aut arbitrum ſumſerint.

ABLADIO.] Cod. Theod. Ablavio. 342.

P. P. O. C. V.] Cod. Theod. PF. P. O. C. N. Quod ſignificat, Præfecto Prætorio cariſſimo nobis. Cujuſmodi inſcriptiones ſæpenumero occurrunt.

QVINQVE PEDVM præſcriptione.] Quis non rideat cum ingentibus illis gloſſarum & commentariorum columnis delirantes pragmaticos, qui præſcriptionem hîc interpretantur exceptionem, quam actioni reus opponit. Hujus autem erroris fundus & auctor fuiſſe videtur Iſidorus, qui lib. v. Orig. hæc habet. Finium regundorum actio dicta eo quod per eam regantur fines utrique ne diſſipentur: dummodo non anguſtiore quinque pedum loco ea controverſia ſit. Ineptè. Nam Imperatores intelligi volunt vetus programma legis Mamiliæ quæ finibus agrorum præſcribebat, hoc eſt, aſſignabat quinque pedum ſpatium, intra quos quinque pedes uſucapio non erat, ex lege duodecim tabularum. Cicero I. de legib. Controverſia nata eſt de finibus in qua uſucapionem XII. tabulæ intra v. pedes eſſe noluerunt, &c. Cur autem noluerint, explicat Aggenus: Quoniam, inquit, hanc latitudinem, vel iter ad culturas accedentium occupat, vel circumactus aratri, quod uſucapi non poteſt. Sciendum eſt autem in actione finium regundorum præſcriptionem illam quinque pedum Romanis legibus obſervatam fuiſſe ad exemplum quodammodo ejus legis quam Athenis à Solone latam fuiſſe notat Gajus, l. XIII. D. Fin. regund.

ARTIS HUJUS peritis omne commiſimus.] Plato VIII. Polit. Τούτων δὲ καὶ ἁπάντων τῶν βιβλίων ἐπιγνώμονές τε καὶ δικασταὶ καὶ τιμηταὶ γιγνέσθων ἀγρονόμοι. Gloſſæ veteres: Arvales, ſodales, lib. de officio procos. οἱ περὶ ὅρων διαγινώσκοντες δικασταί.

SUB FIDELI. arbitratione judicium.] Vicini de finibus ambigentes arbitrum capiebant, qui totius rei habebat arbitrium & facultatem, & non ſolum prout lex aut juſtitia ſuaderet, ſed & prout humanitas aut miſericordia impelleret, regebat. Agrimenſores erant juris menſorii conſulti, quorum ſententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut dato finibus regundis judici ſive arbitro recedere à reſponſo eorum non liceret. ratum erat quod renuntiaverant.

MOTIONIBUS.] Sic in cod. Theod. at in Juſtinianeo l. ult. Finium regund. legitur, molitionibus. rectius.

PER EAS recturas.] Limitum & ſignorum finalium recturæ dicuntur, quod iis agri regantur. Aggenus: Sciamus pleniſſimè non poſſe formam cujuſlibet agri ſine limitum rectura ſubſiſtere. Hinc apud iſtos auctores: Rectura perpetua, Recturæ in perpetuum, Rectura incipientis termini, &c.

DAT. PRID. NON. NOVEMB.] Cod. Juſtin. Dat. II. Novemb. Arcadio A. II. & Ruffino COSS.

346. ARBORESVE terminales evertunt.] Nihil præterea reperi in quinque vetuſtiſſimis Sententiarum Pauli codicibus, quos videre mihi contigit. At Cujacius ait ſe in vetere libro, quem à Pithœo acceperat, legiſſe quemadmodum edidit: Arboreſve terminales evertunt, vel qui convellunt bodones. Quæ vox in iſtis auctoribus ſpernenda non eſt. Etenim terrarum quoſdam

dam tumores ſive monticellos & colliculos, qui aliquando etiam terminorum vicem funguntur, & à Græcis appellantur, βουνοὶ, dixerunt Botontones & botontinos. Inde eſt quod finalia ſigna vetere lingua Gallica vocantur BONNES. Glaber Rodulphus Hiſt. II. cap. 10. Multi ibi limites, quos alii Bonnas vocant, ſuorum recognoverunt agrorum. Atque etiamnum quædam poſſeſſiones, definita ac determinata penſione annua, ab ceteris præſtationibus immunes, dicuntur, Terres abbonnées. Quin & tumentes aut protuberantes extremitates appellare ſolemus, Bouts & Boutons. Item dicimus eadem ſignificatione, But, & Butte de terre.

DE SEPULCRIS IMP. TIB. CÆS. DE LA LEGE AG.] Hæc ſunt æque turbata & depravata in cod. Palat. Sit igitur titulus: **IMP. TIBERIUS CÆSAR.** Deinde: **DE SEPULCRIS, DEQ. LEGE AGRORUM CUSTODIENDA.** Poſtea incipiat conſtitutio: Limitum fidem ſtare oportet, &c.

QUA NON ANTIUM.] Fortè, modum antiquum. vel, morem ant. Sic Aggenus pag. 41. agrum dixit aſſignatum more antiquo atque antiquo arbitrio. Vel potius ſcribendum: Qua ad nomen antiquum Quod explicat Frontinus, in Controver. De modo.

MONUM. ſepulcrave ſacrarentur.] Terrâ nullo magis ſacrâ merito, quam quo nos quoque ſacros facit. Plin.

EXTREMIS ac compaginantibus agris.] Agri compaginantes, quod ſuam quique obtineant regionem, ut pagi. Vid. Feſt. in Pagina.

RATIONEM agrorum.] Formam agrorum. 347.

VIAS ET ITINERA ante colonias nominata.] Vias & itinera quibus velut coronis coloniæ cingebantur. Frontinus: Ceteris autem locis vias, cavas, itinera, coronas ante coloniam nominatas.

QUOD AD itinera pub. propter teſtim perennitatis.] Mago & Vegoja. Sunt monumenta quæ propter perennitatem itinerum conſtituta ſunt, quæ nullam limitum recipiunt rationem. Dicit perennitatem itinerum, ut paullo poſt, perennem limitum rationem, &, perennes linearum diſcretiones. Quæ heic ſequuntur ab his verbis, Teſtimonium perennitatis, uſque ad, Imp. Theodoſ. & Valent. reperiuntur inter fragmenta Arceriana.

CONSORS CONDIDIT in portionibus ſuis.] Ab hujuſmodi portionibus dicuntur agri comportionales, ut à conſortibus, lineæ conſortales. Vid. p. 111. 254.

TESTIS LOCO.] Hæc duo vocabula non leguntur in Arcer. fragm. & quidem certè impunè omitti poſſunt: niſi quis malit legere, teſtamenti loco. Videatur Aggenus p. 47.

JUXTA legem Semproniam. Vetus fragmentum legis Agrariæ, Inſcrip. pag. ccv. . . . .

EX. LEGE. SEMPRONIA. DARE. NON. SOLITEI. SUNT.

INTRA AGROS.] Cod. Arcerii: Juxta agros.

PARTES MILITUM. Emenda ut eſt in Arceriano: Partes limitum.

EJUSDEM viæ curſus.] Scribendum ut eſt in Arc. frag. Si tamen idem viæ publicæ curſus.

 TIBE-

348. TIBERIO CÆSARE COS.] Arcer. auctiora ſunt: Tiberio Cæſ. cos. in æde Veneris Genitricis.

343. NVMO MAGNO magiſtro.] Conſimiles inſcriptiones conſtitutionum XXXI. & XXXII. Theodoſii & Valentiniani, editarum à P. Pithoeo Niſi quod additum illud, Magno, non agnoſcunt.

AGRIMENSORIBVS VT PRO.] Legendum videtur: Agrimenſori jus eſſe, ut pro l. &c.

PULVERATICA.] Pulveratica ſive pulveraticum, merces pulverei laboris, quæ datur agrimenſoribus quaſi pro labore & pulvere. Notavit hunc locum Cujacius Obſ. XVIII. lib. IIII. Pulveraticum vero illud aliquando etiam honorarium dicebatur. Ulpianus l. 1. Si menſor. fal. mo. dix. Non crediderunt veteres inter talem perſonam, locationem & conductionem eſſe: ſed magis operam beneficii loco præberi, & id quod datur, ei ad remunerandum dari, & inde honorarium appellari. Quemadmodum autem pulveraticum dabatur agrimenſoribus pro pulvere, ſic & ποδοκόπιον, pro pedum fatigatione, accipiebant tributorum exactores, ut obſervare eſt in libro qui inſcribitur, παλαιὰ λογαρικὴ.

IIDEM AA. FLORENTINO.] In novellis editis à Pithœo conſimilis quoque eſt titulus Conſtit. XLVI. Ne Duciani vel limitanei milites ad comitatum exhibeantur.

OPE ATQVE AUXILIO noſtræ clementiæ.] Novella jam à me indicata ſic incipit: Opem atque auxilium noſtræ clementiæ limitaneorum poſcit auctoritas. Sed quæ heic ſequuntur mire ſunt depravata. illa enim, De magiſteriis agrorum geometriæ, vel de finium regundorum, vel maximè de diſcipulis eorum, ſunt verba rubricæ Conſtitutionis cujuſdam, quæ incipiebat, Cura magna ſancimus, &c. Ipſe autem titulus ſic fortè conceptus fuerat: De magiſtris geometriæ & de diſcipulis eorum. quæ interjecta ſunt, gloſſemata eſſe videntur. Magiſtri geometriæ, ſive artis geometricæ dicuntur ipſi geometræ.

NAM ET VSV armorum.] Novella XLVI. Adde quod uſum armorum dediſcere compelluntur obſervatione fori civilis officii, &c.

DAT. V. k. MAR.] Eadem Novellæ illius ſubſcriptio.

CYRO. P. P. ORIENTALIUM.] Cod. Theod. Cyro P F. P. & conſuli deſignato.

NEC TAMEN apud eum cui adcreſcit remanet.] Cod. Theodoſ. Nec
341. tamen apud eum cui adcreſcit ſemper remanet acquiſitum, ſed &c.

SUGGESTIONE culmi.] Legendum: ſuggeſtio.

UT JUDICIO agrimenſoris finiatur.] Hæc clauſula ſupplenda eſt in cod. Theodoſiano. Diodorus Siculus lib. I. agrimenſorum operam per totam Ægyptum neceſſariam eſſe docet diſcernendis agrorum portionibus fluminis alluvione confuſis: quod ea propter frequentes inter vicinos oriantur controverſiæ, quæ non aliter quam per Geometriæ præcepta componi queant. ὁ μὲν γὰρ ποταμὸς, inquit, κατ' ἐνιαυτὸν ποικίλως μετασχηματίζων τὴν χώραν πολλὰς καὶ παντοίας ἀμφισβητήσεις ποιεῖ περὶ τῶν ὅρων τοῖς γειτνιῶσι. ταύ-

ταs

ὡς δ' οὐ ῥᾴδιον ἀκριβῶς ἐξελέγξαι μὴ γεωμέτρου τὴν ἀλήθειαν ἐκ τῆς ἐμπειρίας μεθοδεύοντος. Caſſiodorus Var. III. 52. Geometriam Ægyptii propter augmenta Nilotica, quæ ſingulis annis votiva inundatione patiuntur, ad dimenſionem terræ & recuperandas formas finium tranſtulerunt, ut fieret arte diſtinctum, quod litigioſæ confuſioni videbantur obnoxium.

Nec de Nili tantum alluvionibus.] Vid. l. III. C. De alluvionibus. Ob haſce autem Nili alluviones Seſoſtrin Ægyptiorum regem geometrarum ſive agrimenſorum opera uſum: indéque artem ipſam ad Græcos tranſiiſſe fatetur Herodotus in Euterpe: ὁ δὲ ἔπεμπε, inquit, τοὺς ἐπισκεψομένους καὶ ἀναμετρήσοντας ὅσῳ ἐλάσσων ὁ χῶρος γέγονε, ὅκως τοῦ λοιποῦ κατὰ λόγον τῆς τεταγμένης ἀποφορῆς τελέοι δοκέει δέ μοι ἐνθεῦτεν γεωμετρίη εὑρεθεῖσα ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπανελθεῖν. Nec aliunde Heron ipſe Geodætes artis ſuæ originem repetit. ἡ δὲ τῆς μετρήσεως ἐπίνοια ηὕρηται παρὰ Αἰγυπτίοις, διὰ γὰρ τὴν τοῦ Νείλου ἀνάβασιν πολλὰ χωρία φανερὰ ὄντα, τῇ ἀναβάσει ἀφανῆ ἐγίνετο· πολλὰ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀπόβασιν, καὶ οὐκ ἔτι ἦν δυνατὸν ἕκαστον διακρίνειν τὰ ἴδια. διὰ τοῦτο ἐπενόησαν οἱ Αἰγύπτιοι τήνδε τὴν μέτρησιν. Boetius lib. II. de Geom. Inventam eſſe Geometriam Ægyptii dicunt pro neceſſitate terminorum terræ quos Nilus inundationis tempore infundebat.

Ne hi doleant diligenter.] Scribe, ne indoleant diligentes.

Preces inſtruxerit petitor.] In cod. Theod. legitur: Pr. inſ. petitoris. Deinde additur, Cyre parens kariſſime AA.

Sed laudata.] Cod. Theod. Sed etiam collaudata. 345.

Hæc agrimenſorum ſem. es. jud.] Hæc pertinent ad aliam conſtitutionem, quæ intercidit. Codex Theod. poſt illa verba: Perferri præcipiat, habet, Dat. XI. Kal. Octob. Conſtp. Valent. A. V. & Anatolio v. c. coss.

Sueſſæ Auruncæ.] Frontinus: Sueſſa Aurunca muro ducta, lege Sempronia eſt deducta. Ager ejus pro parte limitibus interciſivis & in lacineis eſt aſſignatus. 38.

Delimatum.] Fortè, delimitatum. Salmaſio eruditiſſimo placebat deliniatum. Tamen in codice Palatino & ſchedis Arcerianis legitur, Limitatio & delimitatio.

Ager per ſtrigas diviſ.] Breviator Feſti: Strigæ appellabantur ordines rerum inter ſe conjuncte collocatarum, à ſtringendo dictæ.

Palatinis.] Plinius in Hiſpania citeriore ex Vacceorum XVIII. civitatibus recenſet Intercatienſes, Pallantinos, Lacobricenſes & Caucenſes.

Et si qua loca, hoc eſt q. a. à poſſ.] Arceriana fragmenta. Et ſi qua loca ante à poſſeſſore potuerunt obtineri. Aggenus autem commodiore ſenſu legebat: Et per ea loca quæ antiquitus à poſſ. pot. ob.

Sicut ait Varro.] Nimirum in lib. de Geometria, unde citatur etiam agri arcifinii definitio in illo fragmento quod habes pag. 215. Ex eodemque M. Varronis opere non pauca Boetius inſeruit libris ſuis, ut ipſe fatetur lib. II. Nos tamen, inquit, quæ de Numeris à Nicomacho diffuſius diſputata ſunt, vel à Varrone de Menſuris oſtenſa, moderata brevitate collegimus.

mus. Et alio loco, Varronem peritiſſimum Latinorum, unde diſciplina ipſa Geometriæ nomen acceperit, tradidiſſe refert.

39. NOMEN acc. ſubſecivum.] Dele τὸ ſubſecivum.

IN EXTREMIS aſſignator. finium.] Legendum ut eſt in Arcerianis: Aſſignatorum agrorum finibus.

EST AGER ſimilis ſubſeciv.] Hæc apud Boetium leguntur, ſed corrupta & mutila.

PEREGRINÆ URBI.] Quæ ſcilicet jure civitatis Romanæ non cenſebatur. Feſtus: Peregrinus ager eſt, qui neque Romanus neque hoſtilis cenſetur. Ulpianus in l. 17. De ſtatu hom. eam civium urbiumque inter ſeſe differentiam ſublatam fuiſſe innuit conſtitutione Imp. Antonini, qua cives Romani effecti ſunt omnes qui erant in orbe Romano, ἐν τῇ Ῥωμαϊκῇ γῇ, ut Baſilicorum auctores interpretantur: οἱ τελοῦντες ὑπὸ Ῥωμαίοις.

AGER extracluſus eſt qui intra.] Hæc non leguntur in Aggeni commentario, ubi præcedentia omnia bona fide tranſcripta ſunt. reperiuntur autem apud Boetium lib. II. de Geometr.

DE CONTROVERSIIS.] In cod. Palatino & in editione Turnebi eſt titulus: ITEM CONTROVERSIÆ. Gerbertus, ſive quis alius Boetii Geometrica ſublegit, poſtquam ad hujuſmodi negotia pervenit, de iis ſeſe nihil attingere velle profitetur: Si quis vero de controverſiis, inquit, & de qualitatibus & nominibus agrorum déque limitibus & de ſtatibus controverſiarum ſcire deſideret, Julium Frontinum, nec non Urbicum Aggenum lectitet.

HAR. CONDITIO ALTERU.] Legendum, conditione. vel ut in cod. Arcer. Harum alterutra continetur.

DE HIS intervenit.] Ex Arcerianis & Boetio emendandum, Diſconvenit. qua voce utitur ipſe Frontinus p. 43. Si diſconvenit, ad jus ordinarium pertinebit. Hygenus pag. 198. In Aſia ex hujuſmodi cauſis frequenter diſconvenit.

SED QUONIAM in his q. par. ſin. cont.] Hæc non ſapiunt dictionem Frontini: Aggenus ipſiſſimam, ni fallor, repræſentavit. Sed quoniam ſingulæ controverſiæ diverſis conditionibus obligantur, propriæ nominandæ ſunt.

DIVERSAS PROPRIAS.] Delenda vox: proprias. nec legitur apud Boetium, neque in cod. Arc.

DE AQUA pluvia arcenda.] Boetius legiſſe videtur: De aquæ pluviæ arceſſu.

40. AN QUADRIFINIUM.] Boetius: Aliquibus locis & quadrifinium.

PROXIMI TEMPORIS.] Aggenus, priſtini.

ALIUS fortè de loco.] Boetius: Alii de loco, alii vero de fine lineæ litigant, alii de fundis attendunt.

COMPROMONTORIA.] Arc. aut promontoria.

QUIDQUID excedit ſupr. latitud.] Puta, ſi queratur aliquis ordinem legis Mamiliæ exceſſum.

VARIOR. ſignor. demonſtrationibus.] Nempe ſi locus de quo agitur, aut terminis aut arboribus aut aliquo argumento finem aliquem agri declaret;

ret, & à continuatione ſoli quaſi quibuſdam argumentis eximatur.

DE MODO controv. in ag. aſſign.] Auctor incertus in fragm. Arcer. Hæc controverſia frequenter in agris aſſignatis exercetur. agitur enim ut ſecundum acceptam ejus veterani, qui in illud ſolum deductus eſt, modus reſtituatur.

AGITUR ENIM de antiquorum nominum propria defenſione.] Hoc eſt, de conſervando agri modo ſecundum veteres acceptas, & ſecundum ſigna in formis nominata.

DEXTRA decumanum tertium.] Hygen. p. 212. Decem in unum conjungantur & in ſorte inſcribatur. SORS PRIMA, DEXTRA DECUMANUM PRIMUM, & ſecundum, & tertium, & quartum, ET KARDINEM illum.

PROMISSIONIS MO.] Arcerii liber, Repromiſſioni. rectè. id eſt, Cautioni. vide Aggeni commentarium.

COMMUNIA APPELLANTUR.] Communia ſunt, inquit Vitruvius, quibus etiam invocati ſuo jure de populo poſſunt venire.

PRO INDIVISA.] Delenda particula, pro: vel legendum, pro indiviſo. Plin. XVIII. 7. Omnium ſatorum fructus, aut ſpicis continetur, ut tritici hordei, mu- 41.
niturque vallo ariſtarum quadruplici: aut includitur ſiliquis, ut leguminum, aut vaſculis ut ſeſamæ ac papaveris. milium ac panicum tantum pro indiviſo & parvis avibus expoſita ſunt. indefenſa quippe membranis continentur.

NAM PER hereditates aut emptiones.] Hinc emendanda illa apud Boetium l. II. de Geometr. Natura per hereditates aut emptiones Horat. l. II. Epiſt. ult.

Sed vocat uſque ſuum, quà populus adſita certis.
Limitibus vicina refugit jurgia, tanquam
Sit proprium cuiquam, puncto quod mobilis horæ.
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema
Permutat dominos, & cedit in altera jura.

AD INTERDICTUM.] Ad juris formulam, quam Græci interpretes ὁμιλίαν vocant. Auctor incertus: Tempus inſpiciet agriculturæ. Si jam exceſſit memoriam abalienationis, ſolet juris formula non ſilenter intervenire & inhibere menſores * * * * * * * * * neque quietem tam longæ poſſeſſionis interrumpere. Aggenus in Contr. de poſſeſſione: De hac controverſia plurimum interdicti formula litigatur. Incertus auctor: Si poſſeſſio poſſidenti firma eſt, etiam interdicere licet: dum cetera ex interdicto diligenter peragantur. magna enim alea eſt, litem ad interdictum deducere, cujus eſt executio perplexiſſima. Si vero poſſeſſio minus firma eſt, mutata formula jure Quiritium peti debet proprietas loci judicari. Cujacius Obſer. 17. l. v. citavit hunc locum ex Aggeni lib. II. qui in fragm. Arcerianis tribuitur Simplicio.

QUEM NEC ordo nullo jure à pub. pot. am.] Legendum: Qui nullo jure à publico poterit amoveri. Aliquis interpretandi gratia fortè ad oram codicis notaverat, Nec ordinario, nec Quiritum jure. inde turbato gloſſemate natus error.

AGRESTIS quod in tut.] Aliter legit Aggenus, ſed nihil juvat. Itaque aliquid heic deſiderari puto. Nam quæ in tutelam rei urbanæ ſunt aſſignata, &

& quæ operibus publicis fuerunt data aut deſtinata, ad unam ſoli conditionem pertinent, videlicet, urbani. & Aggenus ipſe in tutelam rei urbanæ aſſignatas eſſe ſilvas ait, de quibus ligna in reparationem publicorum operum traherentur. Liber Arcerii hanc lectionem ſuggerit: Unam urbani ſoli; alteram agreſtis. [Agreſtis] quod in tutelam [agri] fuerit aſſignatum. Urbani, quod operibus publicis datum fuerit aut deſtinatum.

ALIQUA portio mœnium extre. per. aſſ. inc. &c.] Legendum: Aliqua portione mœnium extrema perticæ aſſignatione incluſa. Sicut in Piceno fertur, intermontium Præcutianorum quandam partem, oppidi Aſculanorum fine circumdari. At in præcedente clauſula, non liquet.

42. ALVEUM flu. veterem.] Agg. leg. Flum. Tiberis.

QUAM VIS AQUA.] Quem vis aquæ.

RELICTA LOCA.] Trebatius ait, agrum qui hoſtibus devictis ea condicione conceſſus ſit, ut in civitate veniret, habere alluvionem, neque eſſe limitatum: agrorum autem manucaptum, limitatum fuiſſe, ut ſciretur quid cuique datum eſſet, quid veniſſet, quid in publico relictum eſſet. l. XVI. D. de adquir. rer. dom. Suetonius, in Julio: Campum Stellatem majoribus conſecratum, agrumque Campanum ad ſubſidia Reip. vectigalem relictum, diviſit extra ſortem. Vid. pag. 121.

EXTRACLUSA LOCA.] Boetius libro II. de Geometria: Ager extracluſus eſt, qui intra finitimam lineam & centurias interjacet: ideo extracluſus, quia ultra finitimos limites clauditur. Fron. p. 39.

FINITIMA autem linea.] Perperam hoc inſeruit Boetius Euclidæanis definitionibus.

FINIBUS AUGUSTINOR.] Ejuſmodi loca ſunt quæ apud Boet. inſcribuntur: SILVA ET PASCUA PUBLICA AUGUSTINORUM. Promiſcue autem iſti ſcriptores uſurparunt Auguſtales, Auguſteos & Auguſtinos, ſive Auguſtios, vel potius Auguſtanos. Auguſtanos in Hiſpania citeriore cenſet. Plin. lib. III. cap. 3.

43. MOESILEA.] Auctor de caſis litterarum. Directura trifinium facit circa muſileum. Vetus inſcrip. Nemauſi. **EJUSQUE. MÆSOLEI. CLAVES. DUÆ. PENES. ALIQUEM. LIBERTORUM. MEORUM.**

IN ALTERUTRUM.] Agg. in alterutram partem.

APPLICITUM ex alt. civita. fine.] Præfecturæ iſtæ quaſi præſecturæ ſive præſegmina ſunt agri ſumti ex vicinis populis ſive territoriis, ut ait Sic. Flaccus, p. 21. Aſſignata in alienis finibus loca, ut loquitur Aggen. p. 56. Sic apud Boetium lib. II. de Geom. loca præfectoria, &, agri præfectorii.

CULTELLANDI RATIO Q. S.] Totus hic locus ſic legendus videtur: Cultellandi ratio quæ ſit, ſæpe quæritur. Quum permenſi ſoli ſpatium conſummamus & I. c. I. p. e. c. d. m. l. inſeruimus, cultellamus agrum emin. & ad pl. red. Pluſcula de cultellatione legere eſt in vetere fragmento agrario pag. 219. Vid. etiam Boet. lib. II. de Geom.

44. IN AEREM RECTUM.] Emenda ex cod. Arc. in erectum. Semina, inquit, in rectum exeunt, hoc eſt, ad rectos angulos eriguntur & creſcunt, non

ratione

ratione clivorum, aut inæqualis ſoli, ſed planæ ſuperficiei, cui & clivi ipſi colleſve incumbunt.

Nec majus ſpatium occupat, quam ſi ex plano naſcatur.] Facilius eſt Frontini mentem adſequi, quam verba reddere. Ait, clivorum inæqualitatem cultellari oportere, atque ita conſiderari, quaſi deciſis cultello & adæquatis tumoribus, ad planitiem ſit redacta: ſic enim manifeſtum fieri, loca extumida & iniqua non eſſe capaciora planis. Quod argumento ſeminum comprobat, quæ ſemper in rectum tendunt, & quaſi ipſam ſoli inæqualitatem creſcendo attriverint, non majus ſpatium occupant, quam ſi ex plano naſcantur. Sed debuit Frontinus ponere, fruges conſitas ad unam omnes altitudinem creſcere, ὥστε πάσας ἰσοϋψεῖς ὑπάρχειν. Non ut æquali inter ſeſe ſint altitudine; ſed ut unam omnes præfinitam & conceptam animo altitudinem pertingant. Hanc cultellandi rationem præſtantiſſimus Polybius Hiſt. IX. non ſeminum, ſed ædificiorum exemplo elegantiſſime demonſtrat. Εἰ γὰρ νοήσαι τις τὰς εἰς ὕψος ἀνατεταμένας ἐν τοῖς κλίμασιν οἰκίας οὕτως, ὥστε πάσας ἰσοϋψεῖς ὑπάρχειν, φανερὸν ὡς ἑνὸς ἐπιπέδου γινομένου τοῦ κατὰ τὰ τέγη τῶν οἰκιῶν, ἴσον καὶ παράλληλον ἔσται τοῦτο τῷ τοῖς λόφοις ὑποκειμένων ἤδη τοῖς τῶν τειχῶν θεμελίοις ἐπιπέδων.

Radices armariſſimas litterarum. Sic Demoſthenes: Τὴν ῥίζαν τῆς παιδείας πικρὰν, τοὺς δὲ καρποὺς γλυκεῖς.

Divergiis aquæ.] Aquivergiis, Innocent. 225. 234.

Delimatum.] Deliniatum, aut delimitatum. 45.

In re præſenti conſider. opor.] Vetus tabula ænea Genuæ. . . . . . DE. CONTROVERSIIS. INTER. GENUATES. ET. VEITURIOS. IN. RE. PRÆSENTE. COGNOVERUNT. Marmor, Neapoli PLANE. CUM. IN. RE. PRESENTI. INSPEXERIM. LITURATUM. AG. . . . . . Aggenus: Erit controverſia, ſed inſpectio artificis eam finiet. T. Livius XXXIIII. Reſponderi legatis utriuſque partis placuit, miſſuros ſe in Africam, qui inter populum Carthaginenſem & regem in re præſenti diſceptarent.

Rationalibus] Rationales lineæ, ῥηταί· αἱ δὲ ταύταις ἀσύμμετροι, ἄλογοι. Euclid. x. 47.

Nostra profeſſio coram artificibus.] Artis menſoriæ peritis. Ipſe Aggenus, pag. 62. 64.

Transcendi non poteſt. Auctor incertus: Fit tranſcendentia, quum certus agro finis, qui aut loci natura, aut terminorum diſtinctione firmatus eſt, relinquitur, & per vanas demonſtrationes includitur. Hoc modo controverſiæ plerumque ab ambitioſis poſſeſſoribus promoventur. Lucretius III. Denique & avarities, & honorum cæca cupido, Quæ miſeros homines cogunt tranſcendere fines Juris. Hujuſmodi avaritiem eleganter notat Apulejus, IX. 49.

Aut ubi inſoluta loca remans.] Legendum, aut ubi in ſoluto loca remanſerunt. Id eſt, ubi loca ſoluta ſunt, infinita, libera, nullis limitum regu-

regulis obligata. In libello de coloniis occurrit paſſim: locus in abſoluto eſt relictus circa montes, vel, in ſoluto remanſit, in ſoluto ex occupatione à militibus tenetur, in ſoluto eſt dimiſſus, in abſoluto reſedit, &c.

INSOLUTA dicuntur.] Heic etiam leg. In ſoluto: niſi malis: Aut ubi ſoluta loca remanſerunt.

IN AMBIGUO REMANS.] Ut ſupra, in ſoluto, in abſoluto.

50. TERRAM METIRI denuo præcep. ſicut Cæſ. A. Temp.] Caſſiodorus Var. III. 51. Auguſti ſiquidem temporibus orbis Romanus agris diviſus cenſuque deſcriptus eſt, ut poſſeſſio ſua nulli haberetur incerta, quam pro tributorum ſuſceperat quantitate ſolvenda. Latinus & Myrſontinus: Terminos Auguſteos vocamus, pro hac ratione, quod Auguſtus eos recenſuit, & ubi fuerunt lapides alios conſtituit, & omnem terram ſuis temporibus fecit remenſurari, ac veteranis aſſignari.

SACRA præcept. firmatus.] Vetus fragmentum: EX. AVCTORITATE. IMP. ÆL. HADRIANI. ANTONINI. AVG. PII. P. P. SENTENTIA. DICTA. PER. TUSCENIUM. FELICEM. P. P. II. DETERMINANTE. BLESIO. TAURINO. MIL. COH. VI. PR. MESORE. AGRARIO. TR. ARDEATN. Scitum illud Frontini lib. II. de Aquæductibus. Nobis fides noſtra & auctoritas à principe data pro lictoribus erit.

51. IN ISTIS ut ait Frontinus velut inſt. argument.] Hunc Frontini locum repperi inter anecdota quædam Arceriana, quæ Simplicio perperam tribuuntur. ait igitur Frontinus. Ex non ſtante propoſitione in ſtantem tranſcendunt controverſiæ, quotiens loci de quo agitur ſpecialia argumenta nulla exiſtunt, neque nullum finitimæ ſimilitudinis monumentum, ſed tantum aboliti finis querela exponitur. Nam nec uno genere * * * * ſed & ſi proximi arbor aliqua naturalis fuit quæ ſimilitudine fines adferre poſſet, in illam quoque velut exſtantium argumentorum oportunitas aptatur.

52. VICE TABELLARUM inter filios.] Quo modo ſi pater inter filios ſine ſcriptura bona diviſit, non videri ſimplicem donationem, ſed potius ſupremi judicii diviſionem, Papinianus ait. l. Si filia. §. Si pater. Famil. erciſc. Tabellas autem intellige Tabulas ſupremas, ut in vetere Conſtit. pag. 347. Eſt & aliud quod proximis ædibus unuſquiſque miles vel conſors condidit in portionibus ſuis, vel ad progeniem futuram heredibuſve ſuis teſtamenti loco poſſeſſionis cauſa monſtraverit.

SI LICET.] Frontinus in Colonia Vejorum ſcribſiſſe videtur, ſilicei. conſtituit enim terminos ſiliceos & Tiburtinos.

QVOD SI ſpiſſiores non ſunt.] Hinc emendandus Frontinus loco ſupra indicato, ubi legitur: Quod ſi ſpiſſiores, DLXXX. DCXL. DCLX. non ſunt riparum curſus. ſervantur harum tamen &c.

RIGORES ſequendos obſervarent.] Frontinus: Ripas ſequendas ſperarent.

ITER ENIM non qua ad cult. perv.] Scribſit Aggenus. Iter enim qua ad culturas pervenitur, non capitur uſu, id eſt, quod in uſu biennio fuit. Cuja. ad l. IIII. de uſurp. & uſucap.

FINIS

FINIS ENIM multis documentis ſer.] Caſſiod. Variar. III. de agrimenſore. Omnia quæ manifeſta ratione diſtincta non ſunt, per evidentia debet documenta monſtrare.

TANQUAM PULVINIS.] Codex Memmii: Quibuſdam tanquam pulvinis ſunt ex glarea Tiberis limites conſtituti: ſæpe & limitibus, &c.

A FORAS.] Arceriana frag. à foris. ἔξωθεν. Plin. XVII. 25. in ulcus pe- 53.
netrat omnis è foris injuria. Vetus inſcriptio. 573. AD. ARAM. GENTIS. JULIÆ. DE. FORAS. PODIO. SINISTERIORE. Sic Vitruvius lib. V. cap. 7. dixit, à peregrè. Secundum ea loca verſuræ ſunt procurrentes, quæ efficiunt una à foro, altera à peregrè aditus in ſcenam.

PUBLICA AN VICINALIS.] Heic pluſcula deſiderantur, quæ, niſi fallor, repperi in fragmentis Arcerianis valde turbata. collegi autem in hunc modum. Itemque utrum publica, aut vicinalis, aut duum communis, aut privata alterius. Si rivis, obſervabitur utrum naturalis ſit rivus, aut ex foſſis arceſſita aqua rivum fecerit, & utrum privatus aut communis. Si jugis montium, quæ ex eo nomen accipiunt, quod continuatione ipſa jungantur. . . . . an ex hiis quæ ſummis montibus excelſiſſima ſunt, fiant divergia aquarum, & quo ſummo loco aqua in inferiorem partem devergit. Si vepribus. * * Si rigoribus, cujuſque rigores obſervantur, & an normales, qui ſæpe in agris aſſignatis inveniuntur, & aliquando unuſquiſque rigor inter multos vicinos finem facit. Si marginibus, quæ res oculorum eſt, ne quid malignitate exaretur: ſimiliter ne quid à vicinis arceſſiri poſſit ut marginibus ſepti finitique loci inveniri poſſint. Si ſimilitudinibus * * qui fuerit ex communibus, à medio, ex privatis, ab extremis rigor obſervandus conſtituenduſque regionibus: intuendumque ne quid novi à nobis fieri videatur. Ita enim fides profeſſionis conſtabit, ſi maximè ſecundum morem regionis & noſmet quæſtiones tractaverimus.

SI SILVA, cujus ſit ætatis par cæſuræ, & ætas.] Emendatiſſima ſunt Arceriana: Si ſilva, cujus ſit ætatis, & ſi par cæſuræ ætas arborum.

SIMILES erunt in comparatione.] Cod. Arc. Similiter erunt in comp.

BIENNIO.] Cod. Arc. in biennio.

ET HIS forte incidit ut T. Q. C.] Legendum videtur: Et ſi forte incidit tale quid, commutatur locus pro loco, & continua fit poſſeſſio.

ARGUMENTUM itaque prudentiæ eſt, quam profeſſionis.] Id eſt. In hac 54.
controverſia plus poteſtatis habet jus ordinarium quam ars menſoria. Vide ipſum Aggenum, pag. 66.

QUI INTER fundos unius domini ſunt.] Arcer. Quibus inter fundos unius domini fines obſervantur.

IN ÆRE ſcripturæ.] Non diſplicet lectio, quæ in Arcerianis: In ære & in ſcriptura formæ. Æris inſcriptionem dixit Hygenus pag. 114. unde heic fortean legendum, In æris ſcriptura.

ÆRE SCRIPTURA CONT.] Iterum in Arc. ære & in ſcriptura.

COMMODI.] Legendum ut eſt in Arcerii cod. controverſia modi.

POSSESSIONI ſuæ junxit. nam ſol.] Auctiora ſunt Arceriana, ſed valde intri-

intricata. Poſt illa verba, poſſeſſioni ſuæ junxit, habent: Ita & hoc genere agrorum magnæ quæſtiones emptionis ſuæ & conductionis ad ſe pertinere probaverint, ut fere fit, niſi utra pars hoc faciat penes poſſeſſores remanebit. Ex iis tamen elici poſſe videtur ſenſus iſte. Ita ex hoc genere agrorum magnæ quæſtiones. & fere fit, ut niſi utra pars ad ſe pertinere probaverit, penes poſſeſſores remaneat. Deinde ſequitur. Solent vero modum quidam in locationibus agrorum comprehendere atque ita c. &c.

55. TUNC QUOMODO] Ex Arcerianis emendandum; Quærendumque numquid in univerſa regione, &c.

COMPLECTI ſoliti ſint.] Sequitur in Arcer. Item quidam vendentes ementeſque agros ſoliti ſunt modum cautione complecti: quod ipſum videndum, numquid, ut ſupra dixi, opinione non menſura modum taxent. Quæ haud dubie deſiderabantur.

IN MONTE MARICO.] Marica Minturnenſis. Servio II. Aen.

HOC AGRUM. prud. eſt quod prof.] Scribendum: quam profeſſionis, ut ſupra pag. 54.

PROFESSIONIS.] Ipſe paullo poſt, diſciplinæ noſtræ.

56. SALTUS quoniam reditus cauſa.] Juven. Sat. VII.

——— unde igitur tot
Quintilianus habet ſaltus?

SICUT LEX AIT.] Conſtantini, ſcilicet, ad Tertullianum comitem dioeceſeos Aſianæ. Quam legem habes pag. 340.

NISI DE poſſeſſionibus ſtatu.] Proprietatis & poſſeſſionis quæſtio præjudicialis eſt. Prius ſuper poſſeſſione quæſtio finiatur, & tunc agrimenſor ire præcipiatur ad loca. l. III. C. fi. regund. Eademque ratione cenſuit Africanus, non aliter viam mihi deberi, quam prius probaverim fundum Titianum meum eſſe. l. fundum. D. de except. & præſcr.

SINE ALTERIUS damno fiat.] Oportet enim in hujuſmodi rebus utilitatem & tutelam facientis ſpectari ſine injuria utique accolarum. Ulpianus §. Sed & ſi. D. Ne quid. in flum. pub.

57. FLUMEN TORRENS ET AL.] Boetius. Quid ſi fluminis torrens aliquando tam violentus decurrerit. Vid. l. Si inſula. De adquir. rer. dom.

JURIS AUCTOR.] Addidit Boetius: & judex. perperam.

RIPAM SUAM TUERI.] Ripam ſuſtinere Columel. II. cap. 2.

SI VERO MAJORE VI.] Hæc apud Boetium corrupta ſunt: Si vero major vis decurrerit & in fines alterius alveum mutat ſuum & fiat inſula, in quo concurrerit, unuſquiſque modum fluminis majoris agnoſcere debet, & eam inſulam ipſe ſibi vindicabit, cujus terram tempeſtatis vis præoccupavit: quoniam non poſſeſſoris negligentia, ſed tempeſtatis violentia apparet abreptum.

TEMPESTAS fluvium concitaſſet.] Torrentem intelligit, ſive fluvium ſubitis imbribus concitatum, qui alioqui ſiccitatibus exareſcit. Vid. Feſt.

GALLIA MULTIS contexta flum.] Fluminum venis ut vinculis diſcurren-

currentibus, ac totam permeantibus. Plinius lib. IIII. cap. 17. Gallia amnibus maximè diſtincta.

SVBIT. REGELATIONVM.] Columella lib. I. Matutino regelari ortu poterit. & II. 16. Aquoſus ager aſſiduis humoribus rigens fimo adhibito regelatur. lib. x. ——— torpentia frigora brumæ

Candidus aprica zephyrus regelaverit aura.

Martialis. II. 93. Regelare nec te peſtilenties poſſit. Gelationem dixere Plinius, Vitruvius & Frontinus.

INVERECVNDE.] Lex Wiſigoth. incondite & improviſe. Ulpianus Carſaniam improbiſſimam feminam inverecunde poſtulaſſe dixit. l. 1. D. De poſtulando.

POMERIUM privatis op. inverecunde vult pervadere.] Huic inverecundiæ ſivi impudentiæ etiam inter privatos confines multam dixit Plato lib. VIII. de legibus. Τῆς ἀναιδείας ἅμα καὶ ἀνελευθερίας ἕνεκα ἰατρευόμενος, διπλάσιον τοῦ βλάβους ἄλλο ἐκτισάτω τῷ βλαφθέντι.

POMERIUM A. V. EST. quod ante muros.] Eodem recidit quod ait Var- 58.
ro, principium quod erat poſt murum, pomerium dictum. Gloſſæ veteres. Pomerium, ὁ περὶ τὸ τεῖχος τόπος. T. Livius. I. Pomerium, verbi vim ſolam intuentes, Poſtmœrium interpretantur eſſe. eſt autem magis circamœrium, locus, quem in condendis urbibus quondam Etruſci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis augurato conſecrabant: ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nunc vulgo etiam conjunguntur; & extrinſecus puri aliquid ab humano cultu pateret ſoli. Hoc ſpatium quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod poſt murum eſſet, quam quod murus poſt id, Pomerium Romani appellarunt.

A PUBLICO nullo jure poterit amoveri.] Vetus tabula ænea . . . . . UTIQUE. EI. [Veſpaſiano] FINES. POMERII. PROFERRE. PROMOVERE. CUM. EX. REPUBLICA. CENSEBIT. ESSE. LICEAT.

TUTELA rei urbanæ.] Notavimus ad Frontinum.

PUBLICORVM MOENIUM.] Fruſtra legendum videretur, publicarum ædium. Nam Arcadius & Honorius AA. de reditibus fundorum juris reipublicæ tertiam partem reparationi publicorum mœnium deputant. l. XI. C. De operibus publ. At quam ineptum illud eſt, ligna de ſilvis in reparationem mœnium trahi. Niſi nobis imaginemur mœnia quædam publica taleis iliceis ſive ulmeis fuiſſe colligata, quemadmodum Vitruvius, in murorum craſſitudine perpetuas taleas oleagineas uſtulatas quam creberrime inſtrui præcipit, uti utræque muri frontes inter ſe velut fibulis his taleis colligatæ æternam habeant firmitatem. An potius exiſtimemus Aggenum ſcribſiſſe: In tutela rei urbanæ aſſignatæ ſunt ſilvæ, in reparationem publicorum mœnium. hoc genus agri &c. Sic recte dixerit, ſilvas aſſignatas in reparationem mœnium, quia ſilvæ quædam fuerunt juris reipublicæ, de quarum reditibus certa pars reparationi publicorum mœnium deputata fuerat.

Ex eo nomine accipiuntur.] Ex eo nomen accipiunt.

In remotiora loca.] Donatus in Phorm. Acquiſitæ bello longe ab Italia regiones, provinciæ dictæ ſunt, à porro, vel procul, & vincendo.

Longe à mari poſitæ.] Florus, ubi de piratis à Cn. Pompejo devictis; Nec fidelior, inquit, in poſterum reperta gens ulla eſt. idque proſpectum ſingulari conſilio ducis, qui maritimum genus à conſpectu longe removit maris & mediterraneis quaſi obligavit. Sed emendandus mihi videtur hic Aggeni locus, ut monui ad pag. 2. Illarum ergo urbium maxima finium pars data eſt coloniis, quæ in remotiora loca & longe ad mare poſitæ videbantur.

Inter montium Præcut.] Vide quæ ad Front.

59. Similiter quæret.] Delenda vox, quæret.

Nam invenimus ſæpe in pub. inſt.] Hæc leguntur etiam apud Siculum Flaccum. pag. 24.

Super flumen illud.] Per flumen illud.

Inveniri poterit quid ſequi debeamus.] In Arcerianis, fragmentum quoddam ſic incipit: Hæc ergo ſubſeciva aliquando auctor diviſionis, & cetera, uti ſunt in Aggeno, uſque ad illa verba: ſequi debeamus. deinde legitur. Sed & illud meminerimus, quum D. Veſpaſianus ſubſiciva omnia, quæ non vendita, aut aliquibus perſonis conceſſa eſſent, ſibi vindicaſſet, itemque D. Titus à patre ceptum hunc reditum teneret, Domitianus per totam * Siciliam ſubſiciva poſſidentibus donavit, edictoque hoc notum univerſis fecit. cujus edicti verba, itemque Conſtitutiones aliorum principum, itemque D. Nervæ, in uno libello contulimus. Verum hæc non puto eſſe Aggeni, ſed potius Frontini. Quod autem ait, D. Nervæ, intellige legem agrariam quam à Nerva latam fuiſſe refert Calliſtratus l. III. D. de termino moto.

In lavacra publica miniſtranda.] Sic Honorius & Theodoſius Impp. certos reditus ad præbenda luminaria, & ædificia ac tecta reparanda regiæ urbis lavacro jubent conferri ex officinis domuum quæ in porticibus Zeuxippi. l. Turres. C. De operibus pub.

Loca publica quæ in paſcuis ſunt relicta.] Plinius lib. XVIII. Pecunia ipſa, inquit, à pecore appellabatur. Etiam nunc in tabulis cenſoriis paſcua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet: quia diu hoc ſolum vectigal fuerat.

60. Destinata fun. q. loca. culinas vo.] Feſtus: Culina vocatur locus, in quo epulæ in funere comburuntur. Notavit Joſ. Scaliger, ad illa quæ in catalectis Virg. Neque in culinam & uncta compitalia,

Dapeſque ducis ſordidas.

Boetius lib. II. de geom. Sunt autem loca publica hæc, quæ inſcribuntur, SILVÆ ET PASCUA PUBLICA AUGUSTANORUM, quæ ullo modo alienari nequeunt, & poſſidentur in tutelam aut templorum publicorum, aut balnearum, & quæ loca culinas appellant. Sic enim legendum: non ut vulgo, colliva. Appendix ad veteres gloſſas, quæ penes clariſſ. Puteanos;

nos: Publica ædificia, id eſt, theatra, amphitheatra, circi, balneæ ſive thermæ, nymphæa, culinæ, piſtrina, hippodromi, & reliqua.

VIS AQVÆ alvei Tiberis.] Nulli fluviorum minus licet, quam Tiberi; incluſis utrimque ripis; nec tamen ipſe pugnat, quamquam crebris ac ſubitis incrementis, & nuſquam magis aquis quam in ipſa urbe ſtagnantibus. Plin. III. 5. Dicitur tamen ſtringere ripas, VIII. Æneid. hoc eſt rodere & imminuere. adeo ut Rumon dictus ſit, quaſi ripas ruminans & exedens. unde & in ſacris Serra dicebatur. & in aliqua urbis parte Tarentum, eo quod ripas terat, ut interpretatur Servius.

INSVLAM FECIT.] Manifeſto aliquid deeſt, quod ſupplebimus ex codice Palatino in hunc modum: Tan. inſ. fecit, locus eſt publicus: ſilvæ etiam ſunt juxta h. al.

CIRCVMDATE.] L. circumdare

NON UTUNTUR.] L. nominantur.

EX VOLVNTATE conditoris.] Sunt verba Frontini, qui conditorem vocat, quem Siculus Flaccus & alii, auctorem aſſignationis diviſioniſque. Quod heic ſequitur: hoc eſt menſoris, eſt ineptum gloſſema. conditores enim ſunt auctores coloniarum, non agrimenſores.

TERM. ORDINE.] Id eſt, limitum ordinatione.

IRITATI.] Invitati. 61.

SCRIPTO FACIEBAT.] Nonnullis viſum legere, Scrip. ſanciebat. An potius, ſcripto notum faciebat?

OCCVPAVERVNT & ſerunt.] Sic Frontinus lib. de aquæd. queritur itinera occupari monumentis & ædificiis & arboribus conſeri.

MAGISTERIVM SUUM.] Ut pag. 343. Conſtitutionis cujuſdam titulus, De Magiſtris geometriæ & diſcipulis eorum. Quæ conſtitutio non exſtat.

DEVIA ET CONFRAGOSA.] Ferri poteſt. monebo tamen, in codice Palatino, ſcriptum eſſe, Clivia: & in veteribus gloſſis, Cliva, aſpera & confragoſa. 62.

CVM LIMITE currit.] Incedit. Vid. Sic. Flac. 13. 20.

REGAMMANTE vero via.] Regammans via dicitur, quæ divortit & recedit à limite quo cum per aliquod ſpatium cucurrit quaſi juncta.

INSPECTIO artificis eam finiet.] In re præſenti, ſcilicet, & oculis ſubjectis locis, ut loqui ſolent.

ARTIFICIS.] Agrimenſoris.

NAM ET SIMPLICIUS.] Forte ſcribſerat aliquis, Nam ego Simplicius. eaque hallucinatione confictum Simplicii nomen, cui tribuuntur pleraque fragmenta de limitibus & controverſiis agrorum.

EXPOSITIVUS eſt ſtatus.] Hæc habentur in Arcerianis, uſque ad illa verba, Materialis ſtatus eſt, &c. & Simplicio tribuuntur. ubicumque autem heic legitur, ſtatus, in illis fragmentis legitur, effectus. 63.

EXHIBEBAT ſimilitudinem.] Arceriana addunt, quo modo ſint reponendi.

PER INCESSVM definitionis.] Currente fine, procedente finitione, durante termini rigore.

Et ejus loco.] Arceriana. & alteri ejus loco. forte, & alterum e. l.

Status materialis non cond. m.] Legendum ut eſt in Arc. Status materialis ſpeciem non cond. m.

In judicando autem.] Quæ deinceps ſequuntur, in Arcerianis omnino diſtincta & diſparata ſunt. & quidem præfationis & locum obtinent libello Frontini de coloniis, quem edit Scriverius.

64. Et qui advocationes ſunt præſtit.] Quam mendoſa hæc apud Boetium, Et quos advocant ut præſtatores.

Omnis illi artificii veritas.] Malim legere ut eſt apud Boetium, Omni enim artifici veritas cuſtodienda eſt.

Artificem egregium exigit.] In Arcerianis ſequitur, Erat æquiſſimum & eandem fidem exhiberi in controverſiam à menſoribus, ſed poſſeſſores, &c. Quæ aliter concepta reperiuntur etiam in Scriverianis.

Pro veris offerantur.] Obſerventur.

Argumentaliter.] Per documenta ſignorum finalium, ſive per finitimorum argumentorum demonſtrationes, ut pag. 63.

Conjecturaliter.] Id eſt, magis opinione, quam menſura, ut p. 55.

Mentiri.] Metiri, ut eſt apud Boetium.

102. Julii Frontini de coloniis.] Julium Frontinum in libro quem de Agrorum conditionibus compoſuit, Coloniarum nomenclaturam exegiſſe nemo ambiget, qui eundem non indiligentiore cura elegantiſſimo illo de Aquæductibus commentario auctores cujuſque aquæ & ætates, præterea ordines & longitudines rivorum perſecutum eſſe meminerit. Quæ autem hoc coloniarum ſyntagmate continentur, fragmenta ſunt ex ampliore illo, ut videtur, opere collecta oſcitanter & mendis quamplurimis inquinata: verum utilia tamen, atque ad rei colonicæ cognitionem prorſus neceſſaria. Hæc pridem ab Opſopœo ex Cl. Puteani Senatoris ampliſſ. doctiſſimique bibliotheca publicata fuerant. Sed ab Jo. Scriverio poſtmodum edita ſunt, auctiora quidem, etſi crebris repetitionibus intricata. Scriverianam igitur editionem exhibere viſum, rejectis ad extrema voluminis variantium lectionum notationibus. Quod quum operæ typographicæ præſtitiſſent, reperi in vetuſtiſſimo Bibliothecæ Palatinæ codice coloniarum deſcriptionem longe emendatiorem: quam adeo in pleriſque, ſi tempore adfuiſſet, Scriverianæ prætuliſſem. Sed quando aliter cecidit, illius deſcriptionis partem quæ plurimum à vulgatis differre mihi viſa eſt, uti eſt in exemplari Palatino fragmentis iſtis agrariis adtexendam eſſe, ne quid jure deſideraretur, cenſui. Itaque quod inſtat agamus. Coloniarum origines & nomina clariſſimi viri rerumque Rom. peritiſſimi Car. Sigonius & Onuphrius Panvinus, victuris quamdiu vigebunt litteræ monumentis tradiderunt: ex quibus, ſi quid in iſtis nomenclaturis poſt ipſarum inter ſeſe collationem commiſſionemque vitioſum aut dubium videatur, emendari aut illuſtrari facillime poſſit. Varios autem deducendarum coloniarum ritus, agrorum aſſignationes diviſioneſque varias, quod illi prætermiſere, hæc in tranſcurſu collecta capita breviter indica-

dicabunt. Coloniæ pleræque deductæ ſunt creatis III. viris & lege III virali: poſtea ab Imperatoribus & ipſorum juſſu: quædam autem à populo: quædam etiam à militibus. Deducebantur milites, veterani: & aliquando etiam Imp. familia. item ex diverſis locis contributi metœci. Quandoque & veteranis & colonis ipſis dati ſunt ſive additi permixtique cives: quorum ſcilicet dignitas aut gratia aut amicitia victorem ducem moverat, ut eis concederet agros; nonnunquam etiam ordinario, ſuo & hereditario jure poſſidendos. Imo & quædam oppida deducta ſine colonis. nimirum civibus ipſis devictis agri redditi: ſic tamen ut coloniarum jure & conditione cenſerentur; agris ipſis pro Imperatoris aut conditoris arbitrio redditis aut commutatis. Colonis aſſignabantur agri, puta militibus, veteranis; vel pro merito, ita ut modum jugerationis ob militiæ meritum quiſque acciperet: vel ex occupatione, & prout quis occupaverat, poſſidebat in abſoluto. Nonnunquam id quod quiſque occupaverat permittebatur ſorti, ut quæque pars agri, prout cuique ſortito obtigiſſet, poſſideretur, ſive teneretur in ſortem. Interdum oppidorum quorundam territoria, victis pulſiſque civibus qui forte rebellaverant, pugnáve hoſtica adverſus Romanos ſteterant, coloniis ipſis adjudicata. Denique Aſſignationes fiebant limitibus in jugeribus aut laciniis & præciſuris, per ſtrigas aut ſcamna, aut in nominibus villarum & poſſeſſionum. Ac demum terminis variis, pro conditorum arbitrio, coloniæ ipſæ muro ductæ aut munitæ finiebantur.

PERENNIS LIMITIBUS.] In cod. Pal. legitur ubique: Ager ejus perennis militibus eſt aſſig. In cod. Arc. perennis militibus. Unde aliqui legunt, peregrinis militibus. Ager autem perennis, ſive perennibus limitibus aſſignatus dici videtur, in quo perennes linearum diſcretiones obſervantur, & qui juxta perennem rationem unam lineam mittit. ut eſt in Conſt. Tib. pag. 346. 347.

AGER EJUS pro parte.] Id eſt, Pro parte cultus, & ubi cultura eſt.

SINE COLONIS.] Nimirum, civibus victis, qui pulſi forte fuerant, aut 103.
belli jure poterant agris ſuis pelli, revocatis, ut colonica lege in poſterum cenſerentur. Etenim ſi diviſionis aſſignationiſque auctori licebat quoſdam cives colonis dare, iiſque agros aſſignare voluntate ſua, ut ait Siculus, cur non etiam cives omnes retinere aut revocare licuerit? Vid. p. 21.

IN LACINIIS eſt aſſignatus.] Id eſt, particulatim, & ut loquitur Siculus, per particulas. Columella, VII. Cum deinde grex ad locum fuerit perductus, in lacinias diſtribuatur. nam particulatim facilius quam univerſus coaleſcit. Plinius, V. 32. Craſpedites ſinus vocabatur, quoniam id oppidum velut in lacinia erat.

ADJUDIC. olim hoſticam pugnam.] Pal. & Arc. adjudic. ad hoſticam 104.
pugnam. L. Ob hoſticam pugnam. Ipſe Front. pag. 29. hoſticam terram intravimus.

MILITI NOMINIS ſui eſt revocatus.] Legendum ut eſt in cod. Pal. Limitibus nominis ſui eſt renormatus.

Sine lege.] In ſoluto. ſine lege colonica.

Jure ordinario eſt diviſus.] Ordine veteris aſſignationis, & ſecundum veterem conſecrationem. Sic ipſe Frontinus in colonia Tarquiniorum: Agrum convallium ordinarie diſpoſuerunt.

Ager ejus juſſu Auguſti vet. eſt aſſ.] Non omnino ſpernenda codicis Pal. ſcriptura: Agri ejus cultura juſſu Aug. veteranis eſt aſſignata. in cetera ejus jus publicum reſedit.

Militis merito eſt aſſig.] In exempl. Pal. & Mem. legitur ubique, Militi metyco: Et in col. Theano Sidicino, Metycis hominibus Scribendum: Metœco & Metœcis. Μέτοικοι dicuntur, juſſu principis in aliam civitatem tranſlati: de quibus eſt lex Diocletiani & Maxim. I I I I. C. de jure fiſci.

Lege & conſecratione veteri.] Id eſt, eadem conditione, qua fuit à majoribus conſecratum. Suetonius in Julio: Campum Stellatem à majoribus conſecratum diviſit extra ſortem. Pub. Africanus, ut refert M. Tullius I. Serviliana, veterem Carthaginem tectis ac mœnibus nudatam ad æternam hominum memoriam conſecravit: quod Appianus interpretatur, ἐπηράσατο εἰς ἀεὶ μηλόβοτον εἶναι Martialis III. 47. Horatiorum qua viret ſacer campus. Heic vero & apud Suetonium conſecrationem ſimpliciter intelligo veterem agri conditionem & legem ac terminorum conſecrationem. Sic pag. 193. Finem conſtituimus, & multa conſecratione ſignavimus. Et pag. 123. Marſus municipium licet conſecratione veteri maneat.


106. Pro parte Virginum Veſtalium lege Auguſt.] Ait partem agri Lanuvini Virginibus Veſtalibus aſſignatam fuiſſe lege Auguſtana. De Virginum agris quædam obiter notavit Siculus Flaccus. Suetonius autem auctor eſt, Sacerdotum & numerum & dignitatem, ſed & commoda ab Auguſto aucta fuiſſe, præcipuéque Veſtalium Virginum.

Ager ejus Syria Palæſtina à Græcis eſt in jug. aſſig.] Cod. Pal. Ager ejus Syria & Palæſtinæ Græcis eſt in jugeribus aſſignatus. Scribendum videtur: Ager ejus, ut Syriæ Paleſtinæ Græcis eſt in jugeribus aſſignatus. Syria pluribus fuit diſtincta nominibus: & plurali numero Syrias dixit Ulpianus l. III. De cenſibus. Quippe dicebatur Syria Cœle, & Syria Phœnice, in qua Tyrus colonia, patria Ulpiani, & Syria Palæſtine. Plin. v. 12.

Imp. Severus Antoninus et Commodus.] Ex his neceſſario ſequitur hanc Coloniarum deſcriptionem haud unius eſſe Frontini, qui præfatione illa ad Celſum jam ſub Trajano ſeſe provectum ætate per artis ſuæ experimenta ſignificat. niſi quis ſenem annorum centum & triginta hæc de Coloniis inſcripſiſſe ſibi perſuadeat.

107. Ob consecrationem Nervæ.] Legendum, ut eſt in Pal. Ob conſecrationem Minervæ. Plinius III. 5. Surrentum cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam ſede. Sed præter illud promontorium, in ipſo agro Surrentino dedicatum fuiſſe Minervæ templum, oſtendit vetuſtiſſima Tabula itineraria, in hunc modum.

Circa



CIRCA MONTES SYRENIANOS.] Plin. Dein conſurgunt Maſſici, Gaurani, Surrentinique montes. Et montium quidem figuras exhibet mappa illa itineraria. verum abſque nomine. Surrentinos autem & Sirenianos fuiſſe nuncupatos, probabile eſt, non ſolum ex Plinio; ſed etiam ex Pomponio Mela, qui in Italiæ deſcriptione recenſet Surrentum, Minervæ promontorium, & Petras quas Sirenes habitavere. Item ex Solino, qui Sirenum ſaxa, & Minervæ templum in Bruttiis ab Ulyſſe exſtructum commemorat.

ITER PO. debetur ped. xv.] Cod. Pal. Iter populo non debetur. Quod verius eſt.

UBI SIRENÆ.] Hæc in omnibus exemplaribus, atque hoc loco, reperiuntur: & tamen minimè conveniunt. Equidem ſic ſtatuo & judico, interpretamenta eſſe præcedentium illorum: Circa montes Sirenianos.

ULUBRÆ OP. A DRVS. CÆS. exſtinctum.] Cod. Pal. Inruptum. For- 108.
tean aliquis interpretandi gratia notaverat, Exſtinctum. i. dirutum. Juvenal. x. ——— pannoſus vacuis ædilis Ulubris.

SVMMA MONTIUM JVRE Templi Deæ ab Auguſt. ſunt conceſſa.] Hæc eſt Mem. & Ar. codd. ſcriptura. Liber Nanſii: Jure templorum ab Auguſto cenſita. At in exemplari Palatino diſertiſſime legitur: Summa montium jure templo ideæ ſunt ab Auguſto conceſſa. Quaſi voluerit auctor hujuſce collectionis, quædam juga montium jure templi Ideæ Matris cenſita fuiſſe. Vel potius: Agri Venaſrani partes editiores Ideæ Matris templo

velut in montibus aſſignatas. Nam apud iſtos auctores frequenter occurrit: Reliqua in montibus cenſuerunt. Quod explicat Frontinus, ubi diſſerit de locis ſacris & religioſis, & de modo locorum publicorum in montibus. Item Aggenus, ubi de Proprietatis controverſia.

109. BALBI MENSORIS.] Reperitur apud Boetium hujuſmodi fragmentum: Termini vero non unam menſuram inter ſe continent. * * * * jubente Aug. Cæſare, Balbo menſore, qui omnium provinciarum menſuras diſtinxit ac declaravit, &c. quæ heic habes pag. 148.

IN COMMENTARIOS CONTULIT.] Ex quibus commentariis Auguſtus Rationarium illud Imperii confecit, quod, cum de reddenda republica cogitaret, accitis domum magiſtratibus tradidit.

PROVINCIA LUCANIA.] Hæc deſunt in cod. Pal. In Arcerianis autem fragmentis præfigitur titulus in hunc modum: Liber Auguſti Cæſaris & Neronis. Deinde ſequitur: In provinciam Lucaniam præfecturæ iter populo non debebatur, &c.

QUADRATÆ CENTURIÆ.] Siculus Flacc. p. 20. & incertus auctor p. 216.

IN LACINIIS ſunt præciſa.] Aliàs dixere, in laciniis & præciſuris.

IN CANCELLATIONE.] In forma, in ære.

110. UNIUS SCAMNI.] Hæc non leguntur in Arc.

CURSUM SOLIS ſunt ſecuti.] Ortum & occaſum. Front. p. 46. Agg. p. 150. & 153. & auctor incer. p. 215.

111. NAM SUNT termini proportionales.] Quos miles vel conſors condidit in portionibus ſuis, ut eſt in vetere Conſtit. quæ inſcribitur Tib. Cæſ. p. 346.

113. PRO ÆSTIMIO UBERTATIS.] Feſtus: Æſtimia, æſtimationes.

119. ADRIANUS AGER.] Plin. Adrianus ager & Adria colonia à mari VII. m. p. flumen Vomanum, &c.

LIMITIBUS maritimis & Gallicis.] Sequitur interpretatio: Quos nos Decumanos & Cardines appellamus. eademque verba poſthac ſæpiſſime occurrunt. Limites, autem, ut ait Hygenus, à loci natura nomina acceperunt: & qui ad mare ſpectant, maritimi: qui ad montes, montani ſunt appellati. Ex quibus Hygeni verbis opinari fas eſt Gallicos dici, qui verſus Gallias diriguntur.

CANABULARUM vel novercarum, quod tegulis conſtit.] Sic ubique legitur: & nuſpiam Cavabularum. Novercas autem loca eſſe iniqua docet Hygenus, lib. de Caſtramet. Iniqua loca, inquit, quæ à prioribus Nobircæ appellantur, omni modo vitari debent. Sed quod heic ſequitur, canabula ſive canabulas & novercas conſtrui conſtituique tegulis, ridendam ſane vocabulorum declarat originem, ab odio canum & novercarum; ac novercas quidem Virgilius nuncupavit injuſtas, quod eſt, iniquas.

ADTEIATIS.] Attidiates po. Plin.

ASCULANUS.] Colonia Aſculum Piceni nobiliſſima. Plin. III. 13.

LIMITATIO PEDATURÆ.] Gloſſæ veteres: Ποδισμός, Pedatura. Agri modus certo pedum numero definitus. Vegetius, III. 8. Singulæ centuriæ

turiæ dividentibus campidoctoribus accipiunt pedaturas, & foſſam aperiunt. Hoc eſt: imperatam ſibi à campidoctoribus pedaturam, ſive certorum pedum ſpatium, foſſa muniunt. Vetus inſcriptio pag. 656. MACERIAM. STRUXERUNT. QUE. EST. ANTE. FRONTE. MONIMENTI. SUI. ET. IN. TERRA. PEDATURÆ. SUÆ. PRIORI. CONJUNXERUNT. Item, pag. 896. MACERIAM. IN. FRONTE. IN. AGRO. VERSUS. LAT. P. X. RETRO. USQ. AD. CANABETUM. HUIC. AREÆ. CEDET. IN. QUA. PEDATVRA. NEQVE. HVMARI. NEQUE. TVMVLVM. FIERI. VOLO.

COENIO SEVERO.] Vetus inſcriptio, pag. CLXXXII. M. PEDVCÆO. SYLOGA. PRISCINO T. HOENIO SEVERO COS.

AVXIMATIS.] Auximates po. Plin.

ANCONITANVS.] Colonia Ancon, Plin.

ALBENSIS.] Albenſium Alba ad Fucinum lacum.

TERMINI à Cilicio Cilicii nuncupantur.] Hæc mihi valde ſuſpecta ſunt. Item illa in Gloſſis: Cilicia, λίθος.

ORFITO SENIORE ET Q. SCITIO PRISCO.] Legendum: Ser. Scipione Orfito & Q. Nonio Priſco COSS. ita in antiquis inſcriptionibus.

ATERNENSIS.] Aternus amnis. Plin.

CVRIVM.] Sabinorum Amiternini Curenſes.

LAPIDES INCORES.] In cod. Mem. legitur, encores. Sunt autem lapides ἐγχώριοι, indigenæ, nativi, naturales, nati in ipſo ſolo. Siculus Flaccus pag. 8. dixit petras naturales. Arceriana fragmenta: alii ponunt ſilices, alii Tiburtinos, alii enchoros, alii peregrinos, alii autem politos & ſcriptos, alii aut roboreos, aut ex certa materia ligneos. quidam etiam hos quos ſacrificales vocant, &c. Vid. pag. 258. lapides ex ipſo metallo.

ARBORES OLIVARUM ſi ſibi in tranſverſo.] Hæc reperies inter alia fragmenta pag. 296. &, Ordines olivarum, non Arbores. 120.

RIGOR PINNALIS.] Aciem veteres dixere, pinnam; & bipennem, δίστομον ἀξίνην: quod ex utraque parte habeat aciem, quaſi duas pinnas. unde & Virg. ——— ferro ſonat alta bipenni Fraxinus. Heic igitur rigor pinnalis, ſive acutus, opponi videtur, hebeti. Tamen in illis fragmentis, quæ ſunt etiam in cod. Pal. ſemel & iterum legitur, Finalis.

MONTES QUI Romani appellantur.] Poſſidentur nomine Romano: ut infra, pag. 141.

AD SVRAM finem habent.] Infra: Uſque ad Suram deficiunt. Minus recte. Montis autem ſura dicitur extumida pars à vertice & jugo, quæ parturire videtur. Et in veteribus Gloſſis, Suræ dicuntur, γαστροκνημίαι: quaſi ventriculi.

CARSEOLIS.] Ovidius Faſt. IIII. 121.

Frigida Carſeolis, nec olivis apta ferendis
Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager.

Carſeolani. Plin.

LOCA

Loca hereditaria accepit eorum po.] Hoc eſt, hereditario jure. ut infra, in Agro Spoletino. 142.

A fundo ſuo tertio vel quarto vic. ſitus eſt.] Abeſt ultra quartum aut quintum fortè vicinum, ut loquitur Frontinus, in Controv. Proprietatis.

Interamna palæstinæ.] Terræ interamnanæ, in quodam Senatuſconſulto apud Lampridium.

Palæstina piceni.] Scripſerat Frontinus, Pleſtinam, à Pleſtinis Umbriæ populis, quos in VI. regione Italiæ cenſuit Plinius. In duobus antiquis codd. Plin legitur: Peleſtini.

Corfinius ager.] Paulo poſt etiam Corfinius cenſebitur. Itaque in alterutro ſcribendum: Comſinus.

Ecicylanvs.] Legendum, Æquiculanus. Æquicolæ po. Plin.

Spatulæ.] Metæ, termini in acumen ſtricti ſubrectique.

Quibus ager arcifinius.] Emendandum: Quibus ager Corfinius. Nam ager arcifinius nulla menſura continetur: etſi finiatur montibus aut viis, aquarum divergiis, aut notabilibus locorum naturis, aut arboribus, quas finium cauſſa agricolæ relinquunt, & antemiſſas appellant.

Ficiliensis.] Ficolenſes po. Plin.

123. Matilica.] Matilicates. Plin.

Nursia.] Nurſini. Plin.

Ostrensis.] Oſtrani po. Plin.

Pinnes.] Pinnenſes. Plin.

Pausulensis.] Pauſulani po. Plin.

124. Aggestvm petrarvm.] Sic pag. 10. & 179. petrarum congeſtiones. & pag. 186. 187. petrarum collectiones. & paſſim, congeries, ſive congeriæ. Columella, ſuggeſtum lapideum dixit, lib. IX.

Sentis.] Sentinates po. Plin.

Superequum.] Unde Superequani. Plin.

Tribule.] Plin. Trebulani, qui cognominantur Mutuſtæi.

Teate] Plin. Marrucinorum Teatini. Tab. Peuting. Teano Marrucino.

125. Troento.] Mela. Truentum, id ei à fluvio qui præterit, nomen eſt. Plin. lib. III. Truentum cum amne.

Palæstina piceni.] Supra pag. 121.

Tolentinus.] Tollentinates. Plin.

Treensis.] Triacenſes po. Plin.

Veragranus.] Veragrani po. Plin.

Bobianus.] Plin. Samnitium colonia Bovianum vetus.

Testimonio arcarum.] Caſſiodor. Var. lib. III. 52. Miramur tanta animoſitate fuiſſe litigatum, quod aut terminis teſtibus, aut fluminum ripis, aut arcaturis conſtructis, aliiſque ſignis evidentibus conſtat eſſe definitum. Vetus Gloſſarium, Arcæ, ἄκροι κλιμάκτων. Lex Wiſigothorum lib. x. tit. 3. Signa oportet inquiri, id eſt aggeres terræ ſive arcas, quas propter fines fundorum antiquitus apparuerit fuiſſe conſtructas atque congeſtas.

CLI-

CLIDES.] Cliternia & Cliternini po. Plin.

CORFINIUS.] Corfinienſes. Plin.

NYMPHIS.] Nympheis. P. Victor in Regionibus Urbis, recenſet Nymphea XII. Et in antiquis inſcriptionibus legimus Diocletianum in colle quodam excavato ſaxo aquam jugi profluvio ex tofo ſcatentem, marina ſalubriorem, Tiberina leviorem curandis ægritudinibus ſtatera judicatam, ejus receptui puteum in ſphæriſterio, UBI ET NYMPHEUM, F. C. In vetere gloſ. MS. inter ædificia publica cenſentur balneæ, nymphea, culinæ.

ESERNIA.] Eſernini po. Plin. 126.

ISTONIIS.] Hiſtonium Plin. in quarta Italiæ regione.

JOBANUS LARINUS.] Tab. Peuting. Sulmone. Jovis. Larene.

LARINUS.] Larinates. Plin. Larinum, in Tab. Peuting.

SOLMONA.] Urbs Sulmo. Plin.

AUSCULINUS.] Plin. Auſeculani. Itinerar. Anton. Aſclum. Tab. Peuting. Aſclopiceno.

TERRARUM TUMORES.] Bodones ſive botones & botontinos, de quibus ſupra. Lex Bojoariorum, tit. III. Quotienſcunque de terminis fuerit orta contentio, ſigna quæ antiquitus conſtituta ſunt, oportet inquirere, id eſt, aggerem terræ, quem propter fines fundorum antiquitus apparuerit fuiſſe ingeſtum.

ARDONA.] Plin. Ardanus ager.

ASPANUS.] Plin. Arpani.

COMSINUS.] Plin. Compſani.

CAMERIANUS.] Plin. Antemna, Camerium, Collatia.

ECLANENSIS.] Plin. Æcani. Tabula Peuting. Subromula XVI. Eclano. &c.

LUCERINUS AGER.] Plin. Dauniorum coloniæ, Luceria, Venuſia. 127.

SALPIS SIPONTUM.] Cicero Serviliana II. niſi forte mavultis relictis his rebus, atque hac luce Reip. in Sipontina ſiccitate, aut in Salpinorum peſtilentiæ finibus Rullo duce collocari. Vitruvius lib. I. c. 4. M. Hoſtilius lacum aperuit in mare & portum è lacu municipio perfecit, itaque nunc Salpini quatuor m. p. progreſſi ab oppido vetere habitant ſalubri loco.

TEATE.] Teates Apuli impetraverunt ut fœdus daretur, neque ut æquo tamen fœdere, ſed ut in ditione po. Romani eſſent. Livius, IX. Teanum Apulorum. Plin. Tabula Peuting. corrupte, Teneapulo.

VENUSINUS.] Plin. Venuſini po. Tab. Peuting. Venuſiæ, urbs.

CETERA IN SALTIBUS.] Ut p. 104. Cetera in montibus cenſuerunt. & pag. 118. Relictum in montibus & ſubſecivis. Varro: Quos agros non colebant propter ſilvas, aut id genus ubi pecus poſſit paſci, & poſſidebant, ab uſu ſuo Saltus nominarunt.

BOTONTINUS.] Plin. Butuntinenſes. Tabula Peuting. Butunti.

CÆLINUS.] Urbs Cælium. Plin. iii. II. Celia. in Tab. Peuting.

GENUSINUS.] Plin. III. II. ſub fin.

IGNATINVS.] Urbs Egnatia. Mela & Plin. Gnatia. Itin. Anton. Gnatiæ. Tab. Peuting.

LVPPIENSIS.] Urbs, Lupiæ. Mela. Plin. ſtatio militum Lupia.

METAPONTINVS.] Oppidum Metapontum, Plin.

RVBVSTINVS.] Plin. Rubuſtini po. Tab. Peuting. Rudas, Rubos. &c.

RODINVS.] Mela. Ennio cive nobiles Rudiæ. Plin. Pediculorum oppida. Rudia, Egnatia, &c. vetus poeta, Rudium Ennium dixit.

TARENTINUS. VARNUS.] Plin. oppida per continentem à Tarento, Varia cui cognomen Apulæ, &c.

VERETINUS.] Plin. Veretini po. Tab. Peuting. Veretum.

URITANUS.] Notatur à Pomp. Mela ſinus continuo Apulo littore incinctus, nomine Urias. & à Plin. Uria Urbs. Sed an inde ager Uritanus, an potius qui ſupra Orianus?

128. MVLTA SVNT in profeſſione.] Hæc, & quæ tota pagina continentur, habes ſupra, ſub nomine Aggeni pag. 64. unde quædam & ſuppleri & detrahi & emendari poſſint.

ADEUNDIS IN partibus breves agri aſſig.] Legendum ut ſup. pag. 115. à
129. Divis Imperatoribus agri ſunt aſſig.

TIBURTINI vero diſtant.] Vide Aggen. pag. 52.

QUOD SI SPISSIORES.] Terminorum alii ſpiſſiores dicuntur, alii vero micidiores & ex omni latere extenuati.

IN SVO latere decidunt.] unde & termini pleurici; à veteranis & conſortibus pro obſervatione partium ſivi portionum conſtituti, qui rationem & modum jugerationis oſtendunt potius quam recturam limitum. Decidunt autem in ſuo latere, quia pacis deciſionisve cauſa conſtituuntur vel obſervantur. Vid. pag. 113. 138.

LEX LIMITVM eas prædamnavit.] Tiberii, ſcilicet, his verbis: Hæc autem jugerationis modum ſervandi cauſa ſunt ſita: quibus etiam termini lapidei certam diſtinctionem dant, quos oportet non ad fidem nec ad rationem eorum limitum, qui majorem agri recipiunt, pertinere.

MAJOR poteſtas limitum.] Maximorum limitum, Decumanorum ſcilicet & Cardinum, major eſt poteſtas, majoremque agri modum regunt. Atque ante omnia redintegrandus eſt fundus ſuis limitibus per maximorum limitum rationem, tum de comportionalium terminorum poſitione quærendum. Vide leg. Tib. & Aggenum in Contr. de Poſit. term.

REGIONIS Campaniæ & Aureliæ.] Scio quid Onufrius & alii viri doctiſſimi, quid item inſcriptiones antiquæ & vetus itineraria tabula de Aurelia via ſuggerant. Heic vero nihil eſt quod anxie diſquiramus. nam Aurelia eadem quæ Campania. Interpolator iſtius fragmenti felicem illam ac beatam Campaniæ amœnitatem, & ut ait Plinius, gaudentis naturæ opus, quia præ ubertate auro contra æſtimanda eſſe videbatur, Aureliam appellavit. Legendum igitur: Pars vero camporum & ſilvæ regionis Campaniæ, vel potius Aureliæ, &c. At hoc frigidum eſt, inquies, & inficetum. Neque ego negaverim. Sed hanc lectionem combrobat pag. 115. Abſque hoc eſſet,

eſſet, contenderem legendum eſſe, Bruttiorum & Valeriæ. Vid. p. 144. & l. ult. C. Th. Quibus eq. uſ. conceſ.

Gregales lapides.] Ut contrà, Egregii termini. Frontinus ipſe in 130. lib. Strateg. dixit, Milites gregales.

Coronarum naturam ſaxis ſignantes.] Hoc eſt, naturam ſive habitum 131. locorum, quæ oppidorum ſive coloniarum territoria ambitu ſuo cingunt & coronant. Sic paullo poſt: Cingulum Florentinum.

Arcus vel serias.] L. Arcas; vel, Serias. poſt hæc aliquid deeſſe puto. 132.

Colonia foedaturæ.] Legendum ut p. 112. colo. Fida Tuder. Et ex albo Onuf. delenda illa colonia Fœdaturæ, quæ nuſquam fuit.

Habentes longum tetrantem.] Longum tetrantis actum. Ovidius I. Metam. Cautus humum longo ſignavit limite menſor.

Tusciæ prius & Campaniæ & Apuliæ.] Aliquid amplius legitur p. 111. 133. verum haud emendatius: Tuſciæ prius & Campaniæ, Apuliæ & variæ regionis vel acta territoria: Quæ procul dubio ſunt inſitiva: quiſquis autem primum inſeruit, ſcripſiſſe videtur: Tuſciæ, Bruttiorum, Campaniæ Apuliæ & Valeriæ collecta territoria.

In cingulo florentino.] In agro Florentino, pag. 111.

Legem poſuerunt menſores.] His fragmentis quaſi ruderibus oppreſſa jacet lex vetus; digniſſima quæ à nobis eruta proponatur, uti de plano rectè legi poſſit. Eſt autem hujuſmodi.

LEX. AGRIS. LIMITANDIS.

CUM. DUXERIS. DECUMANUM. LATUM. PED. XL. CARDINEM. LATUM. PED. XX. FACITO. CETEROS. LIMITES. SUBRUNCIVOS. LATOS. PED. VIII. IN. QUOS. LIMITES. F. PONITO. TERMINOS. EX. SAXO. SILICE. AUT. MOLARI. AUT. NE. DETERIORE. SUPRA. TERRAM. SESQUIPEDEM. FACITO. CRASSUM. PEDEM. ITEM. POLITUM. ROTUNDUM. IN. TERRAM. DEMITTITO. NE. MINUS. PEDES. II. S. CETEROS. TERMINOS. QUI. IN. OPUS. ERUNT. ROBUSTOS. STATUITO. SUPRA. TERRAM. PED. II. IN. TERRAM. DEMITTITO. NE. MINUS. PED. III. EOSQUE. CIRCUMCALCATO. SCRIBITO. ITA. UT. JUSSERO. QUOD. SUBSECIVUM. AMPLIUS. JUG. C. ERIT. ID. PRO. CENTURIA. PROCEDET. QUOD. SUBSECIVUM. MINUS. ERIT. JUG. L. ID. PRO. DIMIDIA. CENTURIA. PROCEDET.

HOC. OPUS. OMNE. ARBITRATU.

* CLAUDII. CÆSARIS. ET. M. ANTONII. ET. M. LEPIDI.

Hoc opus omne.] Hæc erat publicis operibus formula ſolemnis ad fraudes redemptorum coercendas. Sic in veteri lege parieti faciundo:

HOC. OPUS. OMNE. FACITO. ARBITRATU. DUO. VIR. &c.

MEDII TERMINI, qui dicuntur epipedonici.] Qui ſcilicet in eo ſunt ſtatu, ut potius in plano eſſe videantur, καὶ ἐν ἐπιπέδῳ, quam aut ſupra terram erecti, aut in terram demiſſi vel adacti.

134. LIMITES EJUS in horam ſextam converſi.] Plinius l. III. 5. ubi de Italiæ ſitu, Incedit per maria, cæli regione ad meridiem quidem: ſed ſi quis id diligenti ſubtilitate exigat, inter ſextam horam primamque brumalem. Ab hac poſitione dicuntur ſextaneæ limitum partes, & limites ipſi ſextanei.

135. POSTEA A TIBERIO CÆSARE JUGER. MOD. SER. CA.] Innuit Legem Tiberii Cæſ. quam habes pag. 346.

INTERAMNE fluminea.] Pag. 142. legitur, Interamne Flaminia. Unde incertum eſt, an Interamnam aliquis interpretari voluerit Flumineam, vel Flaminiam; an vero auctor ipſe Flaminiam indicaverit, quæ inter provincias Italiæ recenſetur ab Valentiniano & Valente lib. I. C. Th. Quibus equorum uſus conceſ. Et in antiquis inſcriptionibus reperitur. CORRECTOR. FLAMINIÆ. ET. PICENI. &, JURIDICUS. DE. INFINITO. PER. FLAMINIAM. UMBRIAM. ET. PICENUM.

137. PRO MERITO CASTRI.] Legendum, Pro merito. Caſtrimonium oppidum. &c.

142. HERMULAS.] Ἑρμίδια. Hermas etiam ſive hermulas vocabant λόφοις καὶ σωροὺς τῶν λίθων, τοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς γινομένους εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ. ἐνόδιος γάρ. inquit Heſychius. Iſidorus: Mercurii, lapidum congeries in cacumine collium.

DIVERSIS metallis materiæ ligneæ vel ſaxor.] Materiæ ligneæ metalla vocat terminos ligneos in terram defoſſos, voratos, ut quidam agrimenſores loquuntur, hoc eſt, depactos. Saxorum autem metalla dici, obſervabimus ad pag. 258.

50. AGGENI URB. IN JUL. FRONT. COM. LIB. DIAZOG.] In lib. Mem. manu. Aem. Ranconeti, tantum reperi: AGGENI URBICI LIBER DIAZOGRAPHUS. Sequentes figuræ ipſius Ranconeti manu delineatæ ſunt. deinde ſequitur liber SICULI FLACCI DE CONDIT. AGR. ab eodem emendatus, ut ab Adriano Turnebo eſt editus.

65. AGGENI URBICI DE CONTROVERSIIS AGR.] Heic deſunt controverſiæ de Poſitione terminorum, de Rigore, de Fine, & de Loco, haud levi deſiderio requirendæ, quum ob eruditionem jure placeant quas habemus reliquas. Hujuſmodi autem rerum pretia qui ſatis intelliget, quantum admirando contendere poterit, admiretur Jac. Cujacii ſecundam libro decimo Obſervationem, ex iſtis auctoribus ingenioſiſſime confectam atque compoſitam. Inſcribitur autem, De controverſiis agrorum, quæ per menſores dirimuntur.

66. ORDO veteris aſſignationis.] Cod. Mem. Ordo veteranis aſſignatus. Ordo ſcilicet modi univerſi per extremitates menſura comprehenſi aſſignatique: tum etiam ordo comportionalium terminorum quos veterani inter ſeſe pegerint. Sed ferri poteſt, Ordo veteris aſſignationis, & explicari, Lex veteris conſecrationis. ut p. 106. Lege & conſecratione veteri manet. Et p. 105. Jure ordinario diviſus eſt.

NI-

NEQUE enim hic interventu.] Liber Mem. Neque enim hic menſurarum interventus.

COMMALUERUNT.] Mem. Convaluerunt. 68.

PECUNIAM etiam quarundam.] Mem. In Italia pecuniam et. qu.

SED ABDUCTUM eſſet elotum.] Scribendum videtur: Sed ſi abductum 69.
eſt & elotum. Vel, ut in cod. Mem. ablutum.

CUJUS INJURIAM.] C. Mem. Cum injuriam.

ALIO nomine appellatur, locorum.] Controverſiam De locis ſignifi- 72.
cat. Sic in l. Quinque pedum. C. Fin. reg. Finalis jurgii vel locorum libera peragatur intentio. id eſt, controverſiæ de Fine & controverſiæ de Locis.

INTER ASDRUM. ET TISDR.] Hadrumentum & Thuſdrum, Africanæ coloniæ.

SUNT & termini curſorii.] Vid. Boet. lib. II. de G. 147.

IN TERRAM VORATOS.] In terram demiſſos, depactos. Vid. p. 146.

LACOS & Legonatos.] Lacus & Lacunas. 148.

CALASASIONES.] Apud Boetium, Calaviones. Aliquis ſcribere voluit, Scorofiones: aut etiam depravatius, Corroſiones, ut alicubi legitur. Vel potius, Cavas, Scrophiones. Nam inter argumenta finalia cenſentur etiam haud ſemel, cavæ. Vide Gloſſ. agr.

HYGENI AUG. LIB.] Hic etiam Hygeni liber in codice Memmiano Ran- 150.
coneti manu emendatus eſt, figuris ab eodem delineatis.

SOLI PULCER HABITUS.] Virg. I. Georg. habitus locorum. ubi Servius: Habitus locorum, inquit, poſſibilitates vel naturas accipiamus, quas Græci τὰς ἕξεις vocant. Columella lib. III. 1. Refert tamen cujus generis, aut quo habitu vitem pro regionis ſtatu colere cenſeas. & cap. 10. Statum cœli locique & ipſius vitis habitum obſervemus. Celſus l. XII. Quem ſervit. amit. Fundus qualiter ſe habens, ita cum in ſuo habitu poſſeſſus eſt, jus non deperdit.

AB ETRUSCOR. diſciplina.] Frontinus in fragm. Scriv. Varronem hujus ſententiæ auctorem laudat. Limitum, inquit, prima origo, ſicut Varro deſcripſit, ad diſciplinam Etruſcam noſcitur pertinere.

ARUSPICUM.] In cod. Arc. Artificium.

AB HOC EXEMPLO.] Quæ ſequuntur, uſque ad, limites autem appellati, &c. iterum habes p. 226. Scriveriana fragmmenta: Ab hoc fundamento majores noſtri in agrorum menſura videntur conſtituiſſe rationem. Primum duos &c.

UNUM QUI AB Oriente in Occid. alterum à Merid. ad Sept.] Sic Geodætæ Græci lineas conſtituunt, & in climata ſive aëra diſtinguunt. Pediaſimus: Γραμμαὶ πρὸς τὴν ἐπικλινῆ μεταλαμβανόμεναι θέσιν κλίματα καὶ ἀέρες καλοῦνται. καὶ κλίματα μὲν οὖν ὀνομάζονται ὡς ἀπὸ τῶν οἰκουμενικῶν κλιμάτων, ἀνατολῆς, δύσεως, ἄρκτου καὶ μεσημβρίας. ἐπεὶ καὶ τῶν μερικῶν χωραφίων αἱ πλευραὶ τοῖς τοιούτοις κλίμασιν ὑποπίπτουσιν. ἀέρες δὲ, ὡς ἀπὸ τῶν ἀφορμωμένων κλιμάτων τούτων ἀνέμων. τουτέστιν ἀπηλιώτου, ζεφύρου, βορρᾶ, καὶ νότου. Vitruvius lib. I. cap. I. Diſciplinam vero medicinæ architectum noviſſe oportet, propter inclinationes cœli, quas Græci κλίματα dicunt, & aëres locorum, qui ſunt ſalubres aut peſtilentes. Idem, c. 4. Calor cum excoquit, aëribus firmitatem eripit.

QUEM cardinem nominaverunt à mundi card.] Cod. Arc. Quem nominaverunt mundi cardinem.

SICVT DUO pondo nunc dicimus dup.] Arc. Et duopondium & duo viginti, quod dicebant antiqui, nunc dicitur dupondium & viginti: ſic etiam duodecimanus decimanus eſt factus.

PRORSVS.] Feſtus: Prorſi limites appellantur in agrorum menſuris, qui ad orientem directi ſunt.

LIMITES A LIMO. Vide in excerptis, pag. 223. Feſtus: Limus, obliquus, id eſt tranſverſus, unde & limina. Fragmenta Frontini Scriveriana: Limites appellati ſunt tranſverſi, à limo antiquo verbo. à quo dicunt poetæ limos oculos, & limum cinctum, &c. quæ ab Grammaticis interpolata fuiſſe puto. Servius XII. Aen. Limus eſt veſtis quæ in extremo ſui habet purpuram limam, id eſt, flexuoſam. unde & nomen accepit. nam limum obliquum dicimus. unde & Terentius, limis dicit, id eſt, obliquis. Donatus: Limis eſt tranſverſus. unde limen dicitur quoque, quod ingredientibus exeuntibuſque tranſverſum eſt. Gloſſæ veteres: Limes, τρίβος, πλαγία ὁδός. Limis, obliquis oculis.

LIMUM CINCTVM.] Arc. Limum, concluſum, hoc eſt concinctum.

OMNIS ERGO hujus recturæ long. ration.] Membranæ Arcerii & Herveti: Omnis ergo hujus menſuræ ac recturæ longitudo rationabiliter limes ap.

ALII LINEARII.] Arc. & Herv. lineales. Servius: Limites alii minores erant in obliquum diſcreti, qui lineares appellabantur, & agros per centurias ſive per jugera diviſos coercebant.

152. SVBRVNCINI.] A runcone ſeu runcina, dicti ſubruncivi, quemadmodum in libris pontificalibus, inter cetera deorum indigitamenta, reperitur, Subruncinator, ut notat Serv. I. Georg.

PRO æſtimio ubertatis.] Arc. pro —— timio ubertatis æſtimatione ſunt adſignatæ.

CONSTITVTIONEM.] MS. Arcerii & Herveti. conſuetudinem. Paulus l. XXIII. De aqua & aq. pl. Quod principis aut ſenatus juſſu, aut ab his qui primi agros conſtituerunt, opus factum eſt, &c.

NON omnis agror. men.] Abſurda eſt lectio in MS. Arc. & Her. noſtri omnes agrorum menſuram in orientem potius quam in occidentem ſpectare voluerunt. Nam hoc falſum eſſe clamant ſequentia.

153. IN ORIENTEM S. A E. S.] Hæc inducenda videntur.

IN OCCIDENTEM templa ſpect.] Vitruvius l. IIII. Signum quod erit in cella collocatum, ſpectet ad verſpertinam cœli regionem: uti qui adierint ad aram immolantes aut ſacrificia facientes, ſpectent ad partem cœli orientis.

QUOD in ſemel.] MS. Arc. & Herv. quotiens ſemel.

POSITA auſpicaliter groma.] Hyginus lib. de caſtrametatione: Parte læva tribunal ſtatuitur, ut augurio accepto inſuper aſcendat, & exercitum felici auſpicio alloquatur.

GRO-

GROMA.] Hygin. ibidem. In introitu prætorii partis mediæ ante viam principalem Gromæ locus appellatur. Paullo poſt: Adpoſito in eodem loco ferramento, groma ſuperponatur, ut portæ caſtrorum in conſpectu rigoris ſtellam efficiant. & profeſſores ejus artis cauſa ſupraſcripti Gromatici ſunt cognominati. Feſtus: Groma appellatur genus machinulæ cujuſdam, quo regiones agri cujuſque cognoſci poſſunt. quod genus Græci dicunt γνώμονα. Lucillius. ———— viamque

Vis degrumari, ut caſtris menſor facit olim.

Veteres Gloſſæ: Gruma, γνώμων. Item: Gruma, βασιλικὴ γνώμη. In Gloſſis Iſidori, ubi legitur, Incoma, Menſura militum, ſcribendum hæc groma, menſura Militum. Ibidem, Grumulus, ager, tractus.

LIMITES DVXERVNT.] MS. Arc. & Her. lim. emiſerunt.

IN AGRO CAMP. Q. eſt circa Capuam.] Cicero, de lege Agrar. ager 154.
Campanus hac lege dividetur, orbis terræ pulcerrimus, & Capuam colonia deducitur, urbem ampliſſimam atque ornatiſſimam.

QUIBUSDAM DEINDE.] codex Herveti A quibuſdam demum.

MULLICIENSIS & Turgallienſis regionum.] Cogitandum adhuc. nam 155.
de Murgiſſenſi & Tugienſi regionibus, quas Bæticæ cognominibus annumerat Plinius, nondum planè conſtitui. Liber Arc. Multicenſes & Turgalienſes.

UT HABEAT.] Forte, ut habetur.

LIMITUM ACTIBUS.] Sic Vitruvius lib. III. c. 3. In ſingulis tetrantum actionibus. Hygenus ipſe, pag. 102. antiquæ menſuræ actus.

OBSECUNDANTES tetrantum max. dec.] In Arcerianis fragmentis legitur: Alii vertices, alii latera, regionibus ſuis obſecundantes, multi tantum decimani maximi & cardinis lapides inſcribſerunt. Quæ lectio minimè ſpernenda.

AD PAREM.] Cod. Palatinus, adpares. Recte. 156.

LAPIDES mutos appellaverunt.] Sic apud Feſtum, Muta exta, ex quibus nihil divinationis animadvertebant. Sic pag. 254. Signa mortua nuncupantur, in quibus locis nulla comportionalium ſigna inveniri poſſunt.

NE ARBORES deeſſent tantum numerum.] In Arcerianis fragmentis ſuperſunt veſtigia hujus ſcripturæ, quam veram eſſe arbitror: Inter acceptas ne roborei deeſſent termini, cavit. inſcripſerunt quidam vertices lapidum & limitum tant. num. ſignificaverunt. Terminos roboreos Frontinus lib. de Colon. dixit, robuſtos.

ULTERIORIS poſtulationem inſcripſerunt.] Hoc eſt, convenient & congruo titulo ulteriorem notaverunt. Sic pag. 164. Hanc conſtituendorum limitum rationem ſervare debemus, ſi huic poſtulationi & locorum natura ſuffragabitur. & pag. 195. Conditionem regionis excutiemus, & ſecundum ſuam poſtulationem aſſignabimus.

DEXTRATÆ & ultratæ.] Legendum ut eſt in Arcerianis: In regione dextra & ultra. niſi malis, dextrata & ultrata.

AMPLIARETVR.] Arceriana: appellaretur. 158.

NISI

Nisi eorum formæ.] MS. Arcer. & Herv. cum eorum temporum formæ.

159. Latiorem decumano.] Arcer. latiorem à decumano. deinde ſequitur: quoniam decimanus erat. poſiti ſunt d. q. l.

Cum spatium.] Arc. & Her. cui jam ſp.

Finitis ergo amplior. bellor.] Hæc & quæ tota pag. ſeq. continentur reperire eſt apud Boetium, ſed depravatiſſima.

Pr. civibus.] Codex Herveti, proceribus.

Nova dedicatione.] Novo ſtatu. Plinius lib. II. cap. 52. quod Seneca dixerat Nat. Quæſt. II. cap. 47. In novo urbium ſtatu, dixit, In deductione oppidorum.

Victoribus autem.] Boetius: Quæ coloniæ his victoribus qui temporis cauſa arma cepere, aſſignatæ ſunt.

Erat tunc præmium terra.] Juven. Sat. XIIII.

Tandem pro multis vix jugera bina dabantur.
Vulneribus, merces ea ſanguinis atque laboris
Nullis viſa unquam meritis minor.

Sic ipſe Hygenus pag. 191. Solent enim culti agri ad pretium emeritorum aſſignari.

Emerito.] Modeſtinus l. III D. de re milit. Qui militiæ tempus in deſertione implevit, emerito privatur. Ibidem, §. Si ex improviſo. Ut veteranus reſtituetur, & emerita accipiet. Arrius Menander, l. V. §. penult. Præmia & emeritum capiet.

160. Nam cum ſignis & aquila & privis ordinibus.] Laudabilis hic deducendi ritus Taciti ævo jam obſoleverat. Sic enim ille XIIII. Annal. Non ut olim, inquit, univerſæ legiones deducebantur cum tribunis & centurionibus & ſui cujuſque ordinis militibus, ut conſenſu & caritate Remp. efficerent, ſed ignoti inter ſe diverſis manipulis, ſine rectore, ſine affectibus mutuis, quaſi ex alio genere mortalium repente in unum collecti, numerus magis quam colonia.

D. Julius vir acerrimus.] Eum Vellejus vigore animi acerrimum fuiſſe ait. Plinius VII. 25. animi vigore præſtantiſſimum.

Domitor. Sic legendum, non ut apud Boet. dominator.

Dum victorias numerat.] Cod. Herveti: Non victorias numeraret.

Congressionum multitudines.] Plin. VII. Signis collatis quinquagies dimicavit: ſolus M. Marcellum tranſgreſſus, qui undequadragies dimicaverat. Nam præter civiles victorias undecies centum & nonaginta duo millia hominum occiſa prœliis ab eo, non equidem in gloria poſuerim tantam, etiam coactam, humanæ generis injuriam.

Milites ultra ſtip. emer. detin.] Arceriana: militem intra ſtipendia detinuit.

Detinuit recuſantes.] Hinc illæ indignantium querelæ, apud Plutarch. Γῆν δὲ καὶ πόλεις περὶ τὰς ἡμᾶς ὁ αὐτὸς κατὰ θήσειν περιφέρων καὶ χρώμενος ὥσπερ ἀτρε-

ἀτρεύτοις καὶ ἀψύχοις ἡμῖν. Suetonius : Decumanos Romæ cum ingentibus minis ſummoque etiam urbis periculo miſſionem & præmia flagitantes, ardente tunc in Africa bello, neque adire cunctatus eſt, quamquam deterrentibus amicis, neque dimittere; ſed una voce, qua Quirites eos pro militibus appellavit, tam facile circumegit & flexit, ut ei milites ſe eſſe confeſtim reſponderint, & quamvis recuſantem ultro in Africam ſint ſecuti.

Cum militе. Scribendum, ut eſt in Arcerianis, Humiliter. deinde: & per aliquot bella parta jam pace deduxit.

In assignata orbi ter. p.] Legendum, in aſſignata orbis terrarum parte, exercitus, &c. Boetius: Æque Divus Auguſtus aſſignatas urbes provinciarum exercitui juſſit, propter ſubitas bellorum acies, non ſolum eas civitates demum cingere muris, &c.

Numero civium ampliavit.] Boetius: cives ampliavit.

Tetrantum veterum.] Quid ſignificent tetrantes, diſcere eſt è Vitruvio lib. x. cap. 11. ubi ait circinationes dividi tetrantibus in partes quatuor, vel octantibus in partes octo ductis lineis.

Vestini] Ranconetus ſcripſerat, Vesuvi. 161.

Quoniam vetuſta munic.] Legendum. Quotiens vetuſta mun.

Propter ſubita bellor.] Boetius: D. Auguſtus juſſit propter ſubitas 162. bellorum acies non ſolum eas civitates demum cingere muris, verum etiam loca aſpera & confragoſa ſaxis eligi, ut illis maxime propugnaculo eſſet ipſa loci natura. Qui locus in editione Baſilienſi corruptiſſimus eſt.

Ubi illis ampliss.] Legendum, ut illis.

Rupium multitudo.] Emendandum videtur, rupium altitudo.

Relicta eſt, ut aut ſilvam rp. præſt.] Cicero I. in Rullum. Utrum tandem hanc ſilvam in relictis poſſeſſionibus, an in cenſorum paſcuis inveniſti? Vid. pag. 42. & 60.

Finibus Stellatium.] Cicero I. in Rull. Adjungit, inquit, Stel- 163. latem campum agro Campano, & in eo duodena deſcribit in ſingulos homines jugera. Quaſi vero paullum differat ager Campanus ac Stellatis.

More arcifinio.] Hoc eſt, fluminibus, foſſis montibus, viis arboribus antemiſſis, aquarum divergiis, &c. Hujuſmodi enim ſunt demonſtrationes & locorum vocabula.

Groma ponitur in tetrantem.] Nonius. Grumæ ſunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur & conveniunt viæ.

Cardinum fines terminis obligabuntur.] Auctor incertus in fragmen- 167. tis Arcerianis: Circuire oportebat totum fundum, & ita obligare, ne demonſtratio negligenter ſoluta appareat. Hygenus ipſe mox dicet, Extremitatem menſuraliter obligatam. & pag. 189. terminis lapideis obligabimus. Anonymus pag. 274. Singulos fundos ex notis juris obligavimus.

Quoniam ortus & occaſus.] Arceriana: Quoniam ortus & occaſus ſigna à locorum natura varie eſt.

Quæ ex relicta linea normaliter.] Scribendum, ut eſt in cod. Herveti 168. & Arcerii: Quæ recta linea norm.

Breviori longitvdini.] cod. Herveti. ad breviorem longitudinem.

Signo opposito.] Heron Geodætes: Σκόπελος, εἰς ὃ δή ἐστι τὸ λαμβανόμενον σημεῖον.

Sit ergo forma conſp.] Liber Herveti. Sit ergo terminus conſpectus, ut A B C D. tunc ex linea primum conſtituta quæ eſt B & D.

Dictabis metas.] Cod. Arc. & Herv. ductabimus metas.

F. E. A. D. G.] In Arc. & Herv. F. A. E. D. E, & G. ſic. E. B. tractabimus.

Signo notabimus H. ex ſigno.] In Arc. & Her. Sic notabimus: conſpiciemus H. & ex ſigno h. I.

169. Cursus recte comprehendi.] In Arc. & Herv. curſu comprehendi recto.

Gnomonices ſummæ ac div. artis.] Vitruvius lib. IX. cap. 4. ubi de gnomonicis dicere aggreditur, ſic incipit: Ea autem ſunt divina mente comparata, habentque admirationem magnam conſiderantibus quod umbra gnomonis æquinoctialis alia magnitudine eſt Athenis, &c.

Elementum.] Arceriana, Frumentum. Forte, Inſtrumentum.

Spiritus sustineri.] Cod. Arcerii. ſpiritum ſubſternere.

171. Quod græci hemitonion.] Muſicam iſtam rationem aliter Plinius lib. II. aliter Cenſorinus, aliter Higenus concipiunt. eam vero fuſe explicat Hyginus in Aſtronomicis.

Ad solem ter tantum eſſe.] Fragmenta Arc. Ter tantundem. Cenſorinus: à Venere ad Solem ter tantum, quaſi tonum & dimidium.

Ubi novissime deſcendat.] In Arc. & Herv. deſinat.

172. Ars musica per hæc diaſt. conſt. F.] Ipſis autem ſonis motuum modum menſuramque inveniſſe geometras magis quam muſicos, ait Cenſorinus.

Deinde sescontrarium.] Arceriana & Herv. dein contrarium.

Ex circ. solstitiali.] Arc. & Herv. æquinoctiali.

Hoc est infra.] Gloſ.

173. Umbras omnium in h. n.] Arceriana: Omnium rerum in hac forte parte noſtri tet. Herv. Omnium rerum in hac ſorte partis noſtræ tetartemonio. Quæ monſtra haud dubie gloſſarum vitio conficta ſunt. Rectum eſſe videtur quod edidit Turnebus. niſi quod malim ſcribere, tetartemorio.

Tetartemorio.] τριζωδία. Plinius lib. VII. 49. Durat & ea ratio quam Petoſiris ac Necepſo tradiderunt, & tetartemorion appellant, à trium ſignorum portione.

Has terras fertur inhab. ind.] Legendum ut eſt in Arcer. & Herv.

174. Has terras ferunt inhabitare Arabas, Indos.

Sicut et lucanus.] Arc. & Herv. Sicut ait Lucanus.

175. Sciotherum ponemus.] Vitruvius lib. I. c. 6. Æneus gnomon, indagator umbræ, qui Græce σκιοθήρας dicitur. Plinius lib. II. Horologium quod appellant ſciotericon.

A primo solis or. umb. cohib.] Herv. primum ſolis ortum umbra cohibeat.

Gno-

GNOMONEM.] Umbilicum Plinius interpretatur, lib. II. ubi de vaſis horoſcopis. 176.

UMBRAS ejusqualeſcumque.] Arcer. & Herv. umb. e. ab equali.

IN G. &.] Arcer. & Herv. in G. E. &.

MAXIMÆ UMBRÆ.] Herv. maximæ G. F. umbræ. Arcer. Lineam G. F. max. umb. quod verius eſt.

COMPRÆCIDENT.] Herv. comprehendent.

LIMITUM ORDINATIO hac ratione conſt.] Arceriana frag. limitum ordinatione conſtituta. 177.

FREQUENTIUS in provinciis.] Herv. Recentius in provincias imperabant, ubi. Arcer. recentius improbandi. 178.

APERIRI.] Sic viam aperire dicimus, quum ad veterem altitudinem latitudinemque reſtituimus. Ulp. lib. I. D. de via publ. 179.

ACTI LIMITIS.] Arceriana. actuarii lim.

CONDITAM.] Arceriana. conſtitutam.

LATITVDINES.] Herv. longitudinem. nihil mutandum. 180.

POLITOS in rotundum.] Arceriana: Politos, rotundos. Vide legem agris limitandis, pag. 111. & 132. 181.

A D. M. O. ET. k.] Legendum ut monuit Turnebus, à decumano & cardine. atque ita eſt in Arcer.

DECVM. MAXIMVS, DECVM. TOTVS, k. M. k. TO.] Arceriana. Decumanus maximus, K. M. Decumanus totus, K. totus. recte. Siculus Flaccus, pag. 17. Inſcriptiones in centuriis ſunt tales: dextra aut ſiniſtra decimanum totum, ultra citraque cardinem totum.

DDI. VKI. & SDI. VKI. & DDI KKI. & SDI. KKI.] Hoc eſt: Dextrà decumanum primum, ultra cardinem primum. & ſiniſtrà decumanum primum, ultra cardinem primum: & dextrà decumanum primum, citra cardinem primum: & ſiniſtra decumanum primum, citra cardinem primum. Vid. pag. 204. 182.

ÆQUE VI.] Forte ſcribſerat Hygenus, & quæ V. I. Deſcribemus, inquit, ad terram deorſum verſus S. D. I. V. K. I. id eſt, Siniſtrà decumanum ultra cardinem primum; in ea parte lapidis inſcribemus, quæ erit ſiniſtrà decumanum primum, & quæ ultra primum &c.

INSCRIPTIONEM.] Arceriana, Inſcripturam.

AB UNO UMBILICO.] Plin. XVIII. 33. Conveniet mediam menſuram circumſcribi circulo parvo, qui vocetur umbilicus. 183.

SIC ET k. SIMILITER D. AVT S.] Hoc eſt; Sic & cardinem ſimiliter dextrà aut ſiniſtrà. Et cum decumani ſive cardinis, &c.

HIS DEINDE cum quartum.] Arceriana. Hiſdem in decumanum quartum. Herv. deinde, id eſt cum in dec. Arceriani codicis ſcriptura emendatior videtur.

SIVE PASCUA & utrinq. Q. ſu. inſcr. R.] Arcer. & Herv. Sive paſcua publica, ſive utrunque, quatinus fuerit, terminationem replebimus. 185.

LOCI LATITUDINEM.] Herv. Longitudinem.

INSCRIBEMVS.] Arceriana. oſtendemus.

L. MANILIO C. F.] Arceriana, Seii Filio.

FVNDI bene meritorum.] Vid. Boet. lib. II. de G.

DEBERENT ESSENT.] Arc. & Her. haberent, & eſſent.

OMNIUM ENIM fundos ſec. red. cœm. & mil. aſſ.] Hæc clauſula non videtur eſſe hujus loci. Variat autem lectio in codicibus MS. Nam in Arcer. legitur Omnium enim fundos ſecundum meritum & militiam adſignavit. At in cod. Herveti, Omnes enim fundos ſecundum meritum & militiam coemit & militi aſſig. Ex quibus veram fortaſſe ſic elicies: Omnium fundos coemit, & militi ſecundum meritum & militiam aſſignavit. Hygenus ipſe, pag. 195. Multis locis conditores univerſum locum coemerunt. Cicero de lege Agr. Quod tenebant quibus adimi jure non poterat coemerunt. Siculus Flaccus pag. 18. non enim omnibus æqualiter datus, ſed & ſecundum militiam modus eſt datus. In libello de Coloniis frequenter occurrit, Ager militi pro merito, vel, Ob meritum, aſſignatus.

INSCRIBEMVS ergo fundos ſic.] Arceriana & Herv. Inſcribemus ergo conceſſos, ſic ut ære permaneat.

187. PASCUA, ut puta Semproniana.] Paſcuorum ex lege Sempronia aſſignatorum mentio fit in legis Agrariæ fragmento, quod exſtat Inſcript.
189. pag. CCII.

TERMINIS lapideis obligabimus.] cod. Herv. obſignabimus. nihil mutandum. nam ipſe mox dicet, Extremitatem rectis angulis obligare.

RECTIS angulis obligare.] In Arcerii fragmentis additur: & ſic terminos ponere.

SI FUERIT mons aſper & confragoſus.] Boetius lib. II. de Geom. In
190. montibus loca arida & confragoſa petras ſignatas invenimus.

IN FORMA ſignificabimus.] In Arcerianis ſequitur, Præterea in Sicilia ubi montium altitudo & aſperitas eſt. &c.

ARAS LAPIDEAS ponere debemus quarum inſcriptio.] Variæ fuerunt inſcriptiones in hujuſmodi aris atque etiam in arcis lapideis, &, ut plurimum, conceptæ litteris ſingularibus, ſive ſingulis, quas iſti capitaneas vocant. Sic apud Innocentium, in litt. G. Super ſe arcam in monte conſtitutam. ergo rariores terminos habet caſa S S. Signa invenies, P. O. L. I. H. Et lit. B. Sub alveo arca conſtituta eſt P. L. M. Et in vetere cippo, pag. DCCXI.

. . . . HYPAMPELVS. HVIC. CEDAT. IN. RIGOREM. MACERIÆ. ET. FVRCARVM. ET. ARA. IN. QVA. FVRCEPEM.

Nam iſtud FVRCEPEM haud dubie conflatum eſt ex litteris ſingularibus, quas ita diſtinguo, F. V. R. C. E. P. E. M. & interpretor, FINES. ULTRA. RIGOREM. CIPPORVM. ET. PARIETIS. ET. MACERIÆ. Quam interpretationem minus aſpernabitur, qui totum epigramma penſitate legerit.

AD FINES.] In vetere tabula itineraria Peuting. & in Itinerario Antonini frequenter occurrit, AD FINES.

AC-

ACCEPTVRORVM.] Arceriana: acceptorum.

SEXAGENA SENA BESSES.] Arcer. ſexag. & ſex ſemis. cod. Herv. ſexagena ſena S. ſic pag. ſeq. LXVI. S. 191.

ÆQVIS FRONTIBVS.] cod. Herveti & Arc. Æquis partibus. Quæ autem ſequuntur longè aliter ſe habent in fragmentis Arcerianis. Omnium nomina ſortibus inſcripta in urnam mittemus, & prout exierint primam ſortem centuriarum tollere debebunt. eodem & ceteri. quod ſi illis convenerit, ut conternati ſortiri debeant, qui tres primum centuriam ſorte accipere debeant, conternatione facturum ſingula ſortibus nomina inſcribemus. ut ſi convenerit &c. Quæ ſine ope melioris exemplaris refici vix poſſunt.

SORTIBVS INSCRIPTA.] Fragmentum legis Agrariæ. DE. EO. AGRO. LOCO. EX. LEGE. PLEBEIVE. SC. III. VIR. SORTITO. CEIVI. ROMANO. DEDIT. ASSIGNAVIT. Vetus tabula Græca. ΕΛΑΙΑΙ. ΕΠΙΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑΙ. ΕΠΟΝΤΑΙ. ΤΩ. ΚΛΑΡΩ. ΤΟΥΤΩ. Item, ΑΥΤΑΙ. ΑΚΟΛΟΥΘΕΟΝΤΙ. ΤΩ. ΚΛΑΡΩ. ΤΟΥΤΩ. Heſychius: Γεωνόμαι, οἱ ἐν ταῖς ἀγροικίαις διαιτώμενοι κληροῦχοι καὶ νέμοντες τὴν γῆν.

IN URNAM DEJICIEMVS.] cod. Arcer. & Herv. in urn. mittemus.

DVCERE DEBEBVNT.] Arc. & Herv. tollere deb.

PERMISSVM ERIT.] Arc. & Herv. convenit.

AUGERIO A. F.] Arcer. & Herv. Augerio Sullo A. F. Vetus tabula marmorea Romæ. BUCCINATOR I. LEG. V. ALAVDÆ. C. SALLIO.

LEG. V. ALAVDÆ.] Nobiliſſima hæc lectio, & ſæpe occurrit in antiquis inſcriptionibus.

QUOTO LOCO exierit notabimus.] Hygenus p. 213. Ipſi ſortientur, ut ſciant quis primo aut quotocumque loco exierit. Vopiſcus in Tacito: Omnis exercitus equum illum Probo duci dicavit, ipſis etiam militibus, quorum nomina exierant, id volentibus. i. quorum nomina ex urna educta fuerant pag. 157.

SI CONTERN. urna facies.] Arceriana. Si cont. unam faciet.

PRIMA CONTERNATIO.] Arceriana. Una conternatio erit. Sic & ceteri. has cont. &c.

SVBLATA SORTE.] Vetus inſcriptio: SACRO. SVSCEPTO. SORTIBVS. SVBLATIS. C. GALLIO. ATTICVS. MEDIOLANIENS. Hygenus pag. 204. Antequam ſortes tollant, ſingulorum nomina in pittaciis & in ſorticulis &c. Idem: ne quis queri poſſit, ſe ante debuiſſe ſortem tollere. Julius Capitolinus, in Albino: Quum ille ſortem de ſuo fato tolleret. i. de ſuo fato ſciſcitaretur.

A PRIMA cera primam tabulam.] Sic tabulæ inferiores, Inſtitut. De pupill. ſubſtit. §. Sin autem. Separatim in inferioribus partibus ſcribere; eamque partem proprio lino propriáque cera conſignare; & in priore parte teſtamenti cavere, ne inferiores tabulæ vivo filio & adhuc impubere aperiantur.

CONTERNATIONUM SORTITIONE.] Arc. conternatione ſortitorum.

IN ÆRIS LIBRIS.] In ære.

TERENTIO L. F.] Cod. Herv. Terentio L. F. Pollioni jugera LXVII. I. C. Mimerio C. F. jugera LXVI. S. Aulo Mimerio F. Stellioni jugera LXVI. S. Eodem, &c. Conſimilia in Arcerianis frag. niſi quod pro Mimerio, habent, Numiſio & Numerio. quæ quidem nomina ſunt Romanis auribus uſitatiora, ac præcipue formulis concipiendis: quemadmodum in illis Pauli fragmentis apud pariatorem legis Moſaicæ, Tit. de atroci injuria. QUOD AULI AGERII PUGNO MALA PERCUSSA EST. Item. QUOD NUMERIUS NIGIDIUS ILLUM IMMISIT AULO AGERIO INFAMANDI CAUSA. &c.

192. QUÆ FALX.] Cod. Herv. quatenus f.

ARATRUM.] Arc. Arater.

FORMIS INFEREMUS.] Arc. & Herv. in forma ſcribemus.

MENSURALITER COMPREHENDIMUS.] Arc. & Herv. ſimiliter comprehenſa oſtendemus.

JULIENSIUM.] Herv. Velienſium.

REDDITA commutata pro ſuo veteri poſſ.] In Arcerianis legitur, Commutata reddita. Videamus autem an deinde ſcribendum ſit, Commutata, reddita veteri, pro ve vetere poſſeſ. An, Commutata pro ſuo dixerit Hygenus, ut Siculus Flaccus pag. 19. redditum ſuum veteri poſſeſſori. Vid. Hyg. pag. 206.

TYPUM.] Vid. Sic. Flac. pag. 16.

SECUNDUM ſuas terminationes.] Inſcr. vetus pag. CXCVII. RESTITUIT SECUNDUM. PRÆCEDENTEM. TERMINATIONEM.

LINTEIS.] Sic magiſtratuum libri lintei, Livio, IIII. & Quotidiana ſua Aurelianus Imp. linteis deſcribi præceperat, ut ſcribit Junius Tiberianus ad Vopiſcum. Alia hujuſmodi exempla notavit eruditiſſimus Juretus ad Symmach. IIII. ep. 34.

TABULARIO CÆSARIS.] Cicero, pro Arch. Heic tu tabulas deſideras Heraclienſium publicas, quas Italico bello incenſo tabulario interiiſſe ſcimus omnes. Vetus Inſcriptio Tarracone. OB. CURAM. TABULAR I. CENSUALIS. FIDELITER. ADMINIST. Alia. TABULARI. RATIONIS. PATRIMONI. CÆSARUM. Et in Notitia Imp. ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Caſtrenſis legitur: Officium viri ſpectabilis Caſtrenſis habet Tabularium Dominicum. Tabularium Dominæ Auguſtæ. Gloſſæ, Tabularium, λογιστήριον. Sic Tabularium civitatis, l. 1. Cod. De exact. tribut.

193. REDDITA com. pro ſuo vet. poſ.] Turbatus ordo verborum ſic reſtituendus, Reddita veteri poſſeſſori, commutata pro ſuo.

SECUNDUM ſuas determinationes, &c.] Hæc apud Boetium leguntur lib. II. de Geomet. ſed mendis quamplurimis inquinata. quæ tamen hinc elui facilè poſſint.

IN LIBRO BENEFICIORUM.] Auctor incer. p. 260. Qui beneficium noſtrum legerit, hoc obſervet, ut hæc ſigna vel termini. &c. Notitia Imperii, ſub diſpoſitione viri illuſtris comitis rerum privatarum domus divinæ recenſet Primiſcrinium beneficiorum. Vetus Inſcriptio.

M. UL-

M. ULPIO. AUG. LIB.
PHÆDIMO. DIVI. TRAJANI. AUG.
A. COMMENT. BENEFICIOR.

Frontinus lib. II. de aquæd. ubi de aqua beneficio principis conceſſa: Beneficia ſua princeps ſecundum modum commentariis adſcriptum temperat. Lampridius de Alex. Severo: Cogitabat ſecum, & deſcriptum habebat, cui quid præſtitiſſet. Idem. Dabat autem hæc in beneficiis quæ famam ejus non læderent. Sic Ulpiano Berytenſis colonia Auguſti beneficiis gratioſa dicitur. l. 1. D. de cenſibus.

In hunc modum ordinare debemus.] In Arcerianis legitur: Sic ordinabimus.

Agrum rudem.] Cato, rudetum dixit. Columella lib. II. cap. 2. 195.
Sed jam expediendi rudis agri rationem ſequitur cultorum novalium cura. Idem, lib. III. Rudem potius eligendum agrum, quam ubi fuerit ſeges. Ibidem, Rudis terra.

In hujusmodi enim aſſignationibus int.] Hæc non videntur eſſe Hygeni, C V. P. E. TRP. S V P. Liber Arc. C. V. P. & Reipublicæ. At in cod. Pal. C. V. P E. T R P. SU P. Forte ſcriptum primo fuerat, C. V. P. E T. R P. SUP. Quiſquis autem hæc inſeruit, ſignificare volebat, auctorem aſſignationis & diviſionis impulſum Libidine vel Avaritia, interdum etiam precibus reipublicæ motum, aſſignaſſe ac diviſiſſe; veteres poſſeſſores aut retinuiſſe, aut expuliſſe.

Et aratrvm exierit.] Scribendum ut eſt in Arcerianis: Qua falx & arater ierit.

Hac lege ſua interpret. qui.] Arc. & Herv. Hæc habent ſuam interpretationem. Quidam putant, &c.

Hoc ipso eveniet.] Arceriana. Ita fiet, ut.

Separabimvs.] Deeſt in Arcerianis. Et eſt interpretatio præcedentium illorum, Limitibus includemus.

Commalliolari.] Vetus inſcriptio. SIGNAT. SUPPOSTORES. MALLIATORES. MONETÆ. CÆSARIS. N.

Et sic in ære incidi.] Aliquis hoc adſcribſit, ut interpretaretur, ꝯ commalliolari.

Si dabitvr.] Hæc non leguntur in Arcer. neque in Herv. & ſane ſunt nihili.

Svb hoc exemplo.] Quæ ſequuntur compendioſiora ſunt in Arcerianis. Sub hoc exemplo cetera fient finibus adſignatis & ceteris menſoris partibus conditoris ordine præferemus. Sed hæc parum explicata.

Partem constitvtam.] Arcer. & Herv. partem certam. 198.

Et hanc perſoliæſt.] Arcer. & Herv. & hoc per ſolitam æſt.

Partis.] Legendum: Prati.

In pannonia, ſilvæ glandiferæ.] Plin. III. 25. Habitantur inde glandifera Pannoniæ, quæ miteſcentia Alpium juga per medium Illyricum à ſeptentrione ad meridiem verſa, molli in dextra ac læva devexitate conſidunt.

HA-

Harum æſtimatio ne qua uſur.] Aut legendum, Harum æſtimio ne qua uſurp. Quo modo ipſe Hygenus pag. 110. dixit, pro æſtimio ubertatis: Aut, quod minus placet, ſcribendum, Harum æſtimatione ne qua uſ.

A certis rig.] Herv. & Arc. apertis.

Om. rigorum.] Arc. & Herv. agrorum.

Mensuram per str.] Arc. & Herv. Verſuras p. ſt.

D. m. o.] Decimano maximo.

Duodenos.] Arc. & Herv. XVII. & ſic etiam paullo poſt.

200. L. M. II.] Arc. & Herv. exemp. Limes ſecundus.

202. Explicit hygeni lib. gromaticus.] Hygenus Gromaticus citari videtur lib. III. Var. Caſſiodori, his verbis: Hoc auctor Hyrummetricus redegit ad dogma conſcriptum, quatenus ſtudioſus legendo poſſit agnoſcere, quod deberet oculis abſolute monſtrare. Sic epiſtola ſequenti, in qua agitur de Aquæductibus. Hanc ſcientiam, inquit, ſequentibus pulcrè tradiderunt apud Græcos * Hyllas, apud Latinos Marcellus.

Gromaticus.] Vetus Gloſſarium, Grumat, μετρεῖ, ἐξισοῖ. Grimini, οἱ διορίζοντες τοῖς ὅροις λίθοι. lege, Grumi, termini. aliud Gloſſ. Λίθοι, οἱ τῶν ὅρων, Grumi. Vide ſupra 164.

204. Secundum legem aug. qua falx & arater.] Vetus inſcriptio:

JUSSU. IMPERATORIS.
CÆSARIS.
QUA. ARATRUM.
DUCTUM. EST.

Singulorum nomina in pittaciis et sorticulis.] In vetere tabula ænea. DECERNITOQ. UTEI. POSSESSIONEM. SECUNDO. EUM. HEREDEMVE. EJUS. DET. QUOI. SORTI. IS. AGER. DATUS. ASSIGNATUS. FUERIT. In alia: IS. PRÆTOR. SORTICOLAM. UNAM. BUXEAM. LONGAM. DIGITOS. IIII. LA. . . . EAMQUE. SORTEM. EX. HAC. LEGE. APERTAM. BRACHIOQUE. APERTO. LITTERAM. DIGITIS. OPERTAM. PALA . . . . UNDAI. CAUSA. AD. SITELLAM. SORTI. VENIET. IS. IN. EAM. SITELLAM. MANUM. DEMITTITO.

Et in meliorem ſort incedere ag. mod.] Legendum ut eſt in fragmentis Arcerianis & Memmianis: Et meliorem fortaſſe potuiſſe incidere agri modum.

205. Cujus agri ſunt condit. uti populi Rom.] Arceriana: Quibus agris utitur populus Romanus.

Vetustas longi tem.] Ulpiani ſententia eſt, Si lex agri non inveniatur, vetuſtatem vicem legis tenere. l. 1. §. ult. De aqua pluvia. Et eleganter in eandem ſententiam Frontinus lib. II. de aquæd. extremis pæne verbis:

bis: Negligentia longi temporis deceptos, inquit, leniter revocari oportuit: itaque ſedulo laboravimus, ut quantum in nobis fuit, etiam ignorarentur qui erraverant. Errorem intelligit longi temporis poſſeſſionem, quæ aliquo bonæ fidei colore defendi poteſt, & præſcriptionem parit, generis humani patronam.

LONGI TEMPORIS.] Cujus memoriam vetuſtas excedit. Paulus. l. 2. D. eod.

QUAM VERO LIMITUM.] Forte, quamve milit.

ALII PER ANNOS, alii vero manc. emen. id eſt conduc. in annos centenos. plures vero, &c.] Operæ pretium erit hunc locum diligentius inſpicere. In Arc. legitur: Alii per annos, alii vero mancipibus ementibus, id eſt conducentibus in annos centenos, alii vinos, plures vero finito illo tempore, &c. Unde ſuſpicabar Hygenum ſcribſiſſe: Qui ſuperfuerant agri, vectigalibus ſubjecti ſunt, alii per annos, alii vero mancipibus ementibus, id eſt conducentibus in annos quinos, alii plures. finito vero illo tem. &c. Sic Hygenus ipſe paullo poſt: Solent vero & hi agri accipere per ſingula luſtra mancipem; ſed & annua conductione ſolent locari. Sic etiam Flaccus, pag. 24. ubi de Subſecivis: Aliqui vectigalibus proximis quibuſque adſcripſerunt: alii per ſingula luſtra locare ſoliti, per mancipes reditus percipiunt, alii in plures annos. Nempe hæc inter ſeſe committebam & componebam: Per annos & Annua conductione: In annos v. & per ſingula luſtra. ut ſic nullus eſſet locus conductioni in annos centenos. Sed obſtat vetus Inſcriptio Brunduſina, quæ ſic habet: NEQUE. ULLI. LICEBIT. LOCATIONIS. CAUSA. IN ANNIS. CENTUM. QUAANDOQUE. TRANSVENDERE. Item illud Ulpiani, l. I. Si ager vectig. Vectigales, inquit, vocantur, qui in perpetuum locantur: id eſt hac lege, ut tamdiu pro his vectigal pendatur, quandiu neque ipſis qui conduxerint: neque his qui in locum eorum ſucceſſerunt, auferri eos liceat.

VENDUNTUR LOCANTURQUE.] Huc pertinent illa Sex. Pompeii Feſti: Venditiones olim dicebantur Cenſorum locationes, quod velut fructus publicorum locorum venibant.

TALIS ADSCRIPTIO. i. in mod. comp. aliq.] Nullus eſt ſenſus, niſi legamus: Talis adſcriptio aliquando facta eſt: ET TANTUM COMPASCUÆ.

COMMUTATI PRO SUIS.] Ad hujuſmodi commutationes pertinere vi- 206.
detur hæc inſcriptio:

MUTATIONE
OPPIDI
MUNICIPES. ET
INCOLÆ. PAGI
TRANSLUCANI
ET. PAGI. SUB
URBANI.

SUBSECIVA ALIQUANDO.] Arceriana frag. Subſeciva ſunt & aliq.

207. QUOS AGROS, quæ loca.] Caput legis Serviliæ apud Ciceronem II. Agrar. ſic habet: Qui agri, quæ loca ædificia, aliudve quid extra Italiam quod publicum po. Romani factum ſit, &c.

SUPER NOMINATOS.] Arceriana: Supra memoratos.

NEQUE ENIM QUID TUM.] Arceriana. Neque enim ceptum al.

ITEM EST IN IPSO JUS.] Emendandum. Id eſt, in ipſo jure.

NAMQUE CIVES coloniæ accedere juſſit.] Arceriana. Nam neque ci. col. Perperam. Siculus Flac. Sed & auctor diviſionis aſſignationiſque quoſdam cives colonis dare, velit agros eis aſſignare, &c.

208. AQUÆ PUBLICÆ, AQUÆ VICINALES.] Arceriana, Viæ publicæ vicinaleſque.

QUAMVIS AGRI.] Legendum puto, Quive agri dividerentur, in om.

ADJECTUMQUE jus ut & lim. eidem D.] Scribendum, ut eſt in Arcerianis, Adjectumque ut limites, id eſt, decumani & cardines.

209. QUIDAM EVOCATUS AUGUSTI.] Veteres gloſſæ, Evocatus, ἐξίαρχος. Et in antiquis inſcriptionibus: EVOK. AUG. Martialis: Laſſi bardiacus quod evocati.

ITEM VERSUS HABET, &c.] Reperi in excerptis Arcerianis unde totus iſte locus emendari poſſit, in hunc modum: Idem verſus habet ped. VIII. DCXL. ita jugero verſus inſunt III. I. I. ego autem quotiens egeram menſuras, ita renuntiabam, jugera, &c. Illud autem in primis notandum, quod animadvertit mathematicorum peritiſſimus Bachetus, notam illam, I, tertiam partem ſignificare, idemque eſſe, quod apud nos $\frac{1}{3}$. Nempe cum jugerum contineat ped. 28800, ſi hoc dividas per 8640, utique fieri $3\frac{1}{3}$. Ceterum ab Hygeno diſſentire Varronem lib. I. de re ruſt. c. 10. cum ait, verſum ducere centum pedes quoquo verſum quadratum. Qua ratione verſus continebat pedes conſtratos 10000. non autem 8640.

210 PER. VOCABULIS poſita, quæ jugerum no.] Legendum puto, Licet peregrinis vocabulis, jugerum ratio, quæ à nobis poſita fuit, fidem ſervabit.

LAPIDES inſcripti no. D. Veſp. ſub clauſula tali. Occup. à priv.] Ut iſte, qui etiam hodie Romæ viſitur:

IMP. CÆSAR
VESPASIANUS. AUG
PONTIF. MAX. TRIBUNIC
POTEST. VI. IMP. XIIII. P.P
COS. VI. DESIG. VII. CENSOR
LOCUM. VINIÆ. PUBLICÆ
OCCUPATUM. A. PRIVATIS
PER. COLLEGIUM. PONTIFICUM
RESTITUIT

Alius:

Alius:

. . . . E S A R. A U G . . . .
A. P R I V A T O. I N. P U B L I C U M
R E S T I T U I T.

In pleriſque aliis legitur: CURATORES. LOCOR. PUBLICOR. JUDICAND. EX. S. C. CAUSA. COGNITA. EX. PRIVATO. IN. PUBLIC. RESTITUERUNT.

Agri regii.] Sic in Agrariis Tullianis, Agri in Macedonia regii. Agri Bithyniæ regii. Agri regii Mithridatis. Regnum teſtamento regis Alexandri populi Romani factum. &c.

Sunt plinthi, id eſt, lat. &c.] Emendatiora ſunt Arceriana: Sunt πλίνθοι, id eſt, laterculi quadrati uti centuriæ per ſena millia pedum limitibus incluſi, habentes ſinguli laterculi jugera numero ∞ CCL. Plinthides, Vitruvius lib. III. c. 2.

Ita jugeribus numero ICCL. &c.] Heic etiam Arceriana valde juvant. ex iiſque legendum cenſet eruditiſſimus Bachetus. Ita jugeribus numero ∞ CCL. quæ eorum menſura inveniuntur, accedere debet pars XXIIII. & ad effectum iterum pars XXIIII. & pro univerſo effecto monetali pede jug. ∞ CCCLVI. II. Hunc igitur modum quatuor limitibus menſura ss. incluſum vocamus Medimnia. ex quo apparet Medimnia eorum menſura, jugera habere ∞ CCL. monetali autem menſura ∞ CCCLVI. I. I.

Monetalem pedem.] Pedis modulus in æde Monetæ adſervatus, ad quem menſurarum publicarum fides exigebatur. Sic apud Julium Capitolinum menſura Capitolina, ———— quam ne violare liceret, Sacravere Jovi Tarpejo in monte Quirites. ait Priſcianus. Et apud Caſſiod. v. Var. Libra Cubiculi.

Pes Drusianus.] Obſervandus triplex pedis modulus: Monetalis ſive Romanus, per totam Italiam: Ptolemaïcus, per Ægyptum: Druſianus per Germaniam.

Quas cognoſcere potui.] In Mem. & Arc. ſequitur: Nunc de generibus controverſiarum perſcribam, quæ ſolent in quæſtionem deduci. Sunt autem hæ: De Alluvione atque alluvionum jure: De fine: de loco: de modo: de jure ſubſecivorum: de jure territori: Item genera controversiarum. De alluvione obſervatio hæc ſit, non quod de occupatoriis ageretur agris, ſed quicquid vis aquæ abſtulerit, repetitionem nemo habebit: quæ res neceſſitatem ripæ muniendæ, Et cetera quæ habentur apud Aggenum Urb. pag. 53. Unde fit, ut exiſtimem omnia fere quæ hoc volumine continentur fragmenta eſſe turbide excerpta, quæ ſæpenumero male inter ſeſe cohæreant, nec ad certum auctorem referri poſſint.

Terminus egregius qui & robuſtus quinq.] Hæc terminorum for- 212.
mæ in libro Memmii delineatæ inſcriptæque ſunt manu Æmari Ranconeti. Quod autem ad inſcriptiones attinet, pleræque omnes reperiuntur in ex-

cerptis illis Boetianis, ſed mendoſiſſimæ, & abſque ullis figuris; quæ tamen exſtant in quibuſdam codicibus m ss. verum eas, quia ſunt aut inconditæ aut abſurdæ, ſprevi.

213. SCOROFIONES.] Qui ſcorofiones quaſi ſcrofiones dici putavere, depinxere ſibi hanc figuram, ut ſcrofæ roſtrum. quin & in fragmentis Boetianis explicatio hæc reperitur: Scurpiones, ubi duo fines cuneati ſe jungunt. quod maniſeſto indicat ſcriptum primo fuiſſe Scrofiones. Atque ut in finium determinatione junctos in cuneum fines nuncupavere Scrofiones, ita in acie militari cuneum dixere Caput porci, deſinente ſcilicet in anguſtum fronte, quem habitum, inquit Am. Marcel. lib. XVII. cap. ut porci ſimplicitas militaris appellat. Vegetius lib. III. Cuneus dicitur multitudo peditum, quæ juncta acie primo anguſtior, deinde latior procedit; quam rem milites nominant Caput porcinum.

220. EX LIB. XII. INNOCENT.] Peccaverunt operæ typographicæ. Nam in exemplari Palatino legitur: EX LIBRO XII. Deinde: INNOCENTIUS V. P. AUCTOR. Sic in ſequentibus occurret: Latinus & Myrſontius auctor, Vitalis & Arcadius auctor, Cajus & Theodoſius auctor. quos omnes agrimenſores fuiſſe opinor. Ac de Innocentio quidem exſtat Ammiani Marcellini teſtimonium lib. XIX. Naves, inquit, vehentes quoſdam legionarios expeditos alveum fluminis proximum ripis obſervare ſunt juſſæ, cum Innocentio quodam agrimenſore hujus auctore conſilii, &c.

DE LITTERIS notis juris expon.] Hoc eſt, de litteris, quibus termini inſcribuntur, per juris notas exponendis: Juris ſcilicet agrimenſorii. Nam quod in his excerptis ſemel & iterum legitur, In notis juris requirendum eſt, alio loco ſic explicatur: Oportet quæri ſecundum artificium agrimenſuræ. Ergo notæ illæ juris in hoc opere notæ ſunt artis agrimenſoriæ: quas iſti menſores appellavere notas juris, ad exemplum earum, quæ à Valerio Probo & Magnone ſunt collectæ.

DE LATUS ſe in montem.] Sæpiſſime poſthæc occurret. Dicitur autem, De latus, & à latus, & à tergus. Gloſſæ: A tergus, κατόπιν, ἀπὸ νώτου. Vetus inſcriptio: **FACIT. TERRA. PEDATURÆ A. LATUS. MEMORIÆ. SUÆ. IN. AGRO. PEDES. LONG. XXXVI. LATUM. PEDES. A. LATUS. MEMORIÆ. XVI.**

AD PEDEM MONTIS.] Dicunt iſti menſores montis pedem, & crepidinem, & corrigiam, & ſuram, & jugum, & ſupercilium, & verticem. Vide pag. 294.

221. ITA CAPITULUM ad notas juris revertatur.] Cogitandum, an capitulum dicat, ut paullo poſt, paginas fundorum, & compaginam litterarum, & Lex Tib. Cæſ. compaginantes agros. Paginæ fundorum, quaſi capitularia quædam & ἀστραγαλίσκοι τοῦ χάρτου. De notis juris, dixi ſup.

223. AD ARCAM EXAMINIS.] Dixi ſupra arcas & arcaturas lapideas conſtructas fuiſſe finium regundorum cauſſa. unde ſæpe occurrit in iſtis auctoribus, Finitur teſtimonio arcarum. Arcam autem examinis ipſe Innocentius explicat, arcam legibus conſtitutam: Legibus ſcilicet agrimenſoriis.

Ad

Ad hujuſmodi examen, ſive arcam examinis, ceterorum terminorum fides & auctoritas exigebatur.

PER PLIGORIAS LINEAS.] Supra dixit, Prolixiorem lineam. Sed heic magis convenire videtur, Per epilogonias lineas: ab eadem forma, qua, Terminus epilogonius pag. 252. 224.

CANNICIAS & res paluſtres.] Harundines & aquaticos frutices. Eſt apud Palladium lib. IX. titulus, de cameris canniciis, quas ex paluſtribus cannis contuſis & ſtrictim junctis in modum cratis ſubnecti ac ſuſpendi docet.

AQUIVERGIA.] Aquarum divergia.

CASALIA.] Ræmundus Agiles Hiſt. Hieroſolim. Habebat autem & civitas pontem quaſi inferiori angulo occidentali, & monticulum quendam adverſum nos, ubi duæ erant baſumariæ & quædam ſepulcrorum caſalia. 225.

FLAMINIAM.] Sæpiſſime deinceps occurret. ubique legendum: Fluminia, vel Fluminea. 226.

SACRA PAGANORUM.] De ſacris paganorum nonnihil ſupra obſervavimus. Sed in his quæ deinceps ſequuntur, & in exemplari Palatino, & in Arcerianis, aliquotiens legitur: Serra paganorum. Et memini virum doctiſſimum P. Pithoeum notaſſe cluſuras dici ſerras, ut in lib. Judith. cap. 4. ἀπέναντι τοῦ πρίονος τοῦ μεγάλου τῆς Ἰουδαίας. Eaque fortean ſignificatione rectam ſerram dixere Vitalis & Arcadius pag. 170. certe non alio ſenſu dixit Polybius lib. VII. συνθεωρήσας γὰρ τὸ κατὰ τὸν καλούμενον πρίονα τεῖχος ἀφυλακτούμενον. nam ipſe ſic explicat: οὗτος δ' ἐστὶ τόπος ὁ συνάπτων τὴν ἄκραν καὶ τὴν πόλιν.

A DUODECIMA PARTE.] Ut ſupra, à ſexta hora, à ſextanea parte, à ſextaneo. 227.

IN SUIS CETERIS.] In ſequentibus variat ſcriptura, In ſuis ſociteris, & In ſuis ſucitariis. Scio Hygenum dixiſſe, Sciotheron, de quo Plin. lib. II. 76. & Diog. Laërt. in Anaxim. Sed quomodo huic loco aptari poſſit, non video. 228.

IN JUGALEM CORRIGIAM.] Qua parte ſcilicet mons vel collis in jugum ſeſe erigit. 230.

MICIDIORES, hoc eſt minores.] Græcas voces iſti ſæpenumero barbare inflectunt. etenim dicunt terminos epidicticales, epilogonios, epipedonicos, & alia hujuſmodi. Atque heic etiam facile mihi perſuaderem, quod animadvertit eruditiſſimus Salmaſius, Innocentium noſtrum è Græco vocabulo *Μικκὸς*, formaſſe Micidiores, id eſt, ut ipſe interpretatur, minores. Nos ſane dicimus *Mince*, quum aliquid tenue ſignificamus. Et de puellula quadam Leonidas epigrammatarius dixit, πῶς μικκῶς τὸ μνῆμα —— Verum in fragmento quodam, quod tribuitur Vitali & Arcadio, Turnebus quidem edidit: Terminos hemicycliares vocavimus hos quos in capitibus centuriarum ſub terra poſuimus. In exemplari autem Palatino legitur: Terminos emicidiores. quod videtur confictum ex eo quod Græci dicunt, ἥμισυ: ut hemiſydiores dicantur medii termini, quos & epipedonicos iſti vocant, quod ſint ἐν ἐπιπέδῳ.

234. SIGNIF. SUB SE juncina & furra aquivergiis.] Emendandum: Significat ſub ſe juncina & foris aquivergia. Juncina, ſunt res paluſtres, ut pag. 225. cannicia & res paluſtres. Plinius lib. XV. c. 1. è junco juncinum oleum fieri ait.

239. SI IN campaniis fuerit.] Gloſſæ: Campania, πεδιάς.

243. LAPIS NATIVUS.] Qui in ipſo ſolo naſcitur. Vide p.

ET IPSE DECUS.] Decuſſatus.

244. EXSOLVIT FINEM FACIT.] Legendum: exſolute finem facit.

LAPIDES NATIVOS quod eſt exſoluti cectoriales, &c.] Emendandum: Lapides nativos, quod eſt, ex ſolo ipſo, centuriales in epidicticum adſignavimus.

248. TAXATÆ A FERRO.] Sic pag. 152. Terminos à ferro taxatos, & pag. 261. ſaxum à ferro aſſignatum. Id eſt, marculo ferreo tactum, perſtrictum, notatum. ita loqui placuit agrimenſoribus.

ALII AUTEM intra ametra, in quibus conſtat.] Scribendum: Alii autem tetrametra, id eſt, quibus conſtant menſulæ, quæ trapezia vocantur.

250. TERMETIS DICI DEBET.] Ut conſtet ſenſus, legendum, Termagis.

TERMINUS pro hoc dicitur.] Omnibus nota ſunt illa M. Terentii Varronis,

Semel, minuſne, an bis minus, non ſat ſcio,
An utrumque verum.

EPETECTICALIS.] Paſſim deinceps occurret: ſed varie. modo, epetecticalis, modo vero epecteticalis, epitecticum, & epicteticum. Scribendum ubique: epidicticalis & epidicticum. ut ſit, ἐπιδεικτικὸς, καὶ ἐπιδεικτικόν.

HEMICYCLIARES.] Cod. Pal. emicidiores. Vide quæ ad pag. 230.

252. TUBULUM in modum curſorii.] Hinc emendanda ſunt quæ habes pag. 147. & apud Boet. Sunt & termini curſorii in effigiem tituli conſtituti &c. Legendum, Tubuli.

TERMINUS IN MEDIO.] Hæc ſunt repetita, pag. 167. atque etiam emendari mutuo poſſunt.

RECTAM SERRAM.] Seram, cluſuram. vid. pag. 260. In Pandectis quoque Florentinis ſcribitur, ſerra, pro, ſera. l. Nam & ſi ramos. §. 1. D. Quod vi aut clam.

DENORMATA.] Determinata.

AQUAM VIVAM.] Ciſterna non habet perpetuam cauſam, nec vivam aquam, inquit Ulpianus, l. unica, De fonte.

253. TUSCIAM Urbicariam & Annonariam.] Tuſciam iſti, urbicariam; Honorius & Theodoſius ſuburbicariam vocant, l. 12. C. Theod. De indulg. deb. ut minimi momenti videatur, ſi quid eſſe inter urbicarias & ſuburbicarias regiones diſcriminis ſuadeat Notitia Imp. occid. quæ ſub diſpoſitione Comitis rerum privatarum recenſet primùm Rationalem rei privatæ per urbem Romam & ſuburbicarias regiones, deinde Procuratorem rei privatæ per

per urbem Romam & urbicarias regiones. Nempe hæc notitia, diverſa quidem officia fuiſſe innuit, Rationalis & Procuratoris; non autem alias dici ſuburbicarias regiones, alias urbicarias. imo, quemadmodum fuit Rationalis rei privatæ per urbem Romam & ſuburbicarias regiones, ſic etiam fuiſſe Procuratorem rei privatæ per urbem Romam & urbicarias regiones. Itaque ſuburbicariæ nullæ, quæ non etiam urbicariæ ſint. per totam Italiam ſcilicet, Campania, Tuſcia, Picenum, Flaminia, Brutii, Lucania, Apulia, Calabria, quaſi ſuburbia fuerint urbis Romæ. extra Italiam, urbicariæ: ſic tamen ut ſuburbicariæ, dici etiam potuerint urbicariæ. Nam & hæ, ſicut & illæ, annonas urbicarias ſuppeditabant Urbi. unde & annonariæ nuncupatæ. vid. l. 2. 3. & 5. C. Theod. Quib. eq. uſ. l. 1. 9. & 15. De anno. & trib. l. 9. De extraord. ſive ſord. mun. l. 7. & 14. De indulg. deb. Trebel. Pol. in Tetrico juniore, Fl. Vopiſ. in Aureliano, & Am. Marcel. lib. XXVII. & Jornand. lib. de Regn. ſucceſſ.

VETERANORUM agri ſec. mod. juger. ac.] In libro Frontini de Coloniis ſæpe occurrunt iſta, Jugerationis modus collectus eſt. ad modum jugerationis cuſtodiendum. omnes agri ad modum jugerationis ſunt aſſignati. Tiberius Cæſar: Jugerationis modum ſervandi cauſa lapidibus emenſis R. P. loca aſſignavit.

TOGATI.] Vetus fragmentum legis agrariæ QUEI. IN. EO. AGRO. LOCO. CEIVIS. ROMANUS. SOCIUSVE. NOMINIS. LATINI. QUIBUS. EX. FORMULA. TOGATORUM. . . . . . .
Item aliud fragmentum: . . . .
EJUS. ESTO. ISQUE. AGER. . . . .
. . . . OGATORUM. MILITES. IN. TERRA. &c.

CONSTRICTI MENSURIS.] Ut obligati terminis, p. 166. 125. 189. 254.

DUO FINES CUNEATI.] In excerptis Boetianis legitur: Scorpiones, ubi duo fines cuneati ſe jungunt.

IGNIFERI.] Vid. pag. 305. Arceriana frag. ſilices pro ſua natura ponuntur igniferi aut lapides. Plinius XXXVI. 19. Molarem quidam pyriten vocant, quoniam ſit plurimum ignis illi.

STRUCTURÆ PARIETUM.] Vetus inſcriptio, STRUCTURA. CUM. MUNITURA. SARCOPHAGI.

COMPORTIONALIUM.] Comportionales agri dicti à conſortium portionibus. Vid. Frontin. pag. 51. Idem Frontinus lib. de Colon. in Prov. Sicilia. Sunt termini proportionales quos milites veterani inter ſe emenſos poſuerunt, & cuſtodiunt lineas conſortales.

QUOS AUGUSTEOS VOCAMUS.] Vetus inſcriptio, pag. CXCIX. 3.

IMP. CÆS. AUG.
PONT. MAX. TRIB
POT. XXII. COS. XIII
PAT. PATR
TERM. AUG. INTER

LANC.

LANC. OPP. ET
IGÆDIT

Alia inſcriptio eodem Imp.

TERMINUS. AUGUSTAL. INTER
BLETISAM. ET. MIROBR. ET. SALM.

& paſſim in libro Frontini de Coloniis.

Vetus Interpres Horatii, ad illa verba Sat. II.

——— Videas metato in agello, &c.

Metato, inquit, ad menſuram diviſo, & limitibus diſtincto, ceu limite Auguſteo.

EOS RECENSUIT.] Arceriana, Eorum menſuras recenſ.

LAMINÆ.] Arceriana, Lamnici.

255. LAPIDES CAII CÆSARIS.] Legis agrariæ, quam tulit Gaius Cæſar, mentio fit l. III. D. de termino moto. alias, caii ſunt cancelli.

257. LEGE COLONICA.] Frontinus pag. 43. omnes limites ſecundum legem colonicam itineri publico ſervire debent. Hygenus pag. 198. more colonico. Eadem ratione, decuriones colonici, Sueton. in Aug. & in legis Mamiliæ cap. V. ager colonicus.

IN CURSORIO.] Qua limitum curſus dirigitur.

ITEM VARIATIO FLUMINUM.] In excerptis Arcerianis reperitur incerti auctoris fragmentum, cui titulus: Incipit fluminis variatio. vid. pag. 285.

TUSCIÆ FLORENTIÆ.] Vide Frontinum lib. de Colon. in provincia Tuſcia.

258. EX IPSO METALLO SAXUM.] Saxum naturale, natum in ipſo ſolo, erutum & effoſſum ex ipſius ſoli fodinis. nam & lapidum metalla dicuntur. Ulpianus l. XIII. §. Inde eſt. D. de uſufr. Venas quoque lapicidinarum & hujuſmodi metallorum inquirere poterit. Plinius lib. XXXIII. cap. 6. Ubicunque una inventa vena eſt, non procul invenitur alia. hoc quidem & in omni fere materia. unde metalla Græci videntur dixiſſe. Sic in epigrammate de Peſcennii Nigri ſtatua ex nigro marmore, quod epigramma Latinum fecit Ælius Spartianus:

Nigrum nomen habet, Nigrum formavimus ipſi:
Ut conſentiret forma metalle tibi.

Heſychius: μέταλλος, λίθος. Harpocration: Γεωφάνιον, χωρίον ἐν ᾧ γῆς μέταλλον. Papinius in Balneo Etruſci

Sola nitet flavius Nomadum deciſa metallis
Purpura.

Quæ heic metalla, idem in Surrentino Pollii, Saxa nuncupat.

Heic Nomadum lucent flaventia ſaxa.

Idem de via Domitiana:

Et totis Ligurum nitens metallis.

ARRUNTI VELTYMNO.] Forte, Arruntio Euthyco.

DATOS SIBI homines malo dolo violabunt.] Imo, Datos ſibi terminos.

DAM-

DAMNABITUR A DIIS.] Numa Pompilius ſtatuit, eum qui terminum exaraſſet, & ipſum, & boves ſacros eſſe.

DOMINIO mutabuntur in deterius.] Incident in dominum atrocem & ſævum. non fient tamen magis ſervi; quando in ſervorum condicione nulla eſt differentia, neque recipit ſervitus τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον.

CONSCIENTIA DOMINICA] Conſcio domino. 259.

FRUCTUS caniculis interient.] Caniculis, ἀστροβολίαις. Theophraſtus lib. v. de cauſis Plant. inter morbos plantarum & fructuum recenſet ἀστροβολίαν, ſive ἀστροβολησίαν. Heſychius: ἀστροβολήτοις, τοῖς ὑπὸ τοῦ κυνὸς βαλλομένοις. Aratus, ubi de canicula: φυταλιαὶ ψεύσονται, &c. Avienus:

——— quantas labor imminet agris.
Marcebunt ſata cuncta, diu namque indiga ſucci
Si qua jacent, cedent valido penetrata calori,
Ac decoctorum languebunt germina florum.

Caniculas autem dicit Gromaticus, quia duplex canicula, major & minor. Sic Aratus dixit, κυνὸς μεγάλοιο κατ' οὐρήν. πρὸς ἀντιδιαστολὴν, ut notat Theon, τοῦ μικροῦ κυνός, ὃς καλεῖται προκύων.

VIRIDES TERMINI.] Iſidorus XIX. Orig. Viridis ſilex, vehementer & ipſe igni reſiſtens.

PALUMBACII.] A colore, ut apud Iſidorum, lapides columbini.

BENEFICIUM NOSTRUM.] Hoc eſt, librum beneficiorum. Hygen. 260. pag. 193.

ARCELLAM.] Vetus inſcriptio, pag. MXXXI. ARCULAM. TIBURTINAM. DD.

CIRCA BOTONTINOS.] Tumores terræ, Frontin. lib. de Col. Sic. pag. 266. botontini terræ. Fauſtus & Valer. pag. 306. monticellos plantavimus de terra, quos botontinos appellavimus. Iidem botontones & bodones, ut notavi s.

MEMORIAM.] Μνημεῖον, memoriale, monumentum. Sic pag. 273. Super ipſam arcam memoriæ conſtitutæ. Vetus inſcriptio: CONJUGI. KARISSIMÆ. ÆTERNITATIS. MEMORIAM. POSUIT. Alia. CONSUBRINO. BENEMERENTI. MEMORIAM. POSUIT.

SANCTIOR id eſt juſtior.] Legendum: Sanctius, id eſt, juſtius, ut pag. 264. 273. quod ſanctius videtur.

MARITIMUS limes freq. ſolet rec. ſtudiri, &c.] Enucleabit fortaſſe, qui ſic leget: Maritimus limes frequentius ſolet recte ſtatui, quod interpretatur, non extorquet. Deinde: Eſt gammatus in ſua conſuetudine, ſecundum quam ordinavimus & expoſuimus. frequentius corrumpit, extorquet & ſaltum dat, qui eſt conſtitutus ita.

GALLICUS progamma junſat.] Legendum: Gammatus jugum facit & ſaltum dat. Innocentius: pag. 228. Limes gammatus currit, hoc eſt tortuoſus. Idem, pag. 232. gammatum limitem, hoc eſt, tortuoſum interpretamur.

CONTRA urbis Babylonis Ro.] Legendum videtur: Circa urbem

bem Bab. Romæ maritimi limites, &c. Vid. pag. 307.

BABYLONIS ROMÆ.] Babylonem dixit D. Petrus, I. 5. Romam innuens. quod Euſebius II. 14. τροπικώτερον eſſe notat. eamque fuiſſe Apoſtoli mentem, obſervat D. Hieronymus in Catal. Scrip. Ecl. ut nomine Babylonis Romam ſignificaret figurate, ſive, ut ipſe ait, figuraliter, εἰκονικῶς. idque etiam notavit doctiſſimus C. Baronius. Et tamen eſt qui aliter ſentiat: diceres, ſtudio tantum diſſentiendi. Nam & apud D. Joannem, Apoc. XVII. Babylonem Romanæ urbis figuram portare ait Tertullianus, adverſ. Jud. cap. 9. Eademque figura Hieronymus lib. de locis Heb. Capitolium interpretatur arcem Babylonis.

SUCCUMBUS.] Eadem forma ſuccumbum iſti dicunt, qua Vitruvius, incumbam.

265. SI ALIQUID FICTUM.] Auctor incer. pag. 305. Terminus ſi venas mixtas habuerit, ficto aciem dicitur.

EPICTETICUM.] Epitheticum.

BIFURCIUM Samartia vocatur.] pag. 303. Terminus ſi bifurcus fuerit, ſamardacus dicitur. In antiquis inſcriptionibus reperiuntur loca terminata vel potius clauſa verubus & furcis. Verubus, ut pag. 47. **HÆC. AREA. INTRA. HANC. DEFINITIONEM CIPPORUM. CLAUSA. VERUBUS.** hoc eſt, ſtipitibus inſtar ſubularum præacutis. Furcis, ut pag. 711. **HYPANPELUS. HUIC. CEDAT. IN. RIGOREM. MACERIÆ. ET. FURCARUM.**

EX SUPERIS prohibeo te ſacramentum dare.] Hæc de ſuo loco turbata ſunt. Nimirum, cohærebant iis quæ ſunt præcedente pagina: Contra urbis Babylonis Romæ, &c. Sunt autem nihili, ut item illa quæ occurrent, pag. 307. jubeo te jusjurandum præſtare. Et, ſi quis in re nullius pretii conjecturæ locus, opinor utrobique prolata fuiſſe ab homine ſimpliciſſimo, cui religio fuit audire illa verba: Urbem Babylonis Romæ; atque heic ſcriptum fuiſſe, Proh! jubeo.

266. ASION.] Scribendum: A.SION.

DE LAPIDE VIVO.] Id eſt, de lapide minime cæſo.

267. LIMITEM torrem hoc eſt torum.] Fragmentum eſt, quod alicunde excidit. Sic autem legebatur: Limitem ſecundum ſui nominis auctoritatem tortuoſum ſine dubio invenies. vide pag. 228. & 271.

LAPIDES NATIVOS.] Natos in ipſo ſolo. vide ſup. pag. 120. lapides enchoros.

271. SUI nominis auctorem.] Legendum: ſecundum ſui nominis auctoritatem. ſupra, 228.

273. FORIS LIMITES.] Mox dicet, Foris agrum.

SANCTIUS.] Id eſt, juſtius. pag. 264.

274. LACUNAM quæ int. aqua viva.] Varro, I. Si omnino aqua non eſt viva, ciſternæ faciundæ ſunt ſub tectis, & lacus ſub dio. Ulpianus, l. un. D. de fonte. Ciſterna non habet perpetuam cauſam, nec vivam aquam. Idem paullo poſt. Denique conſtat interdictum ceſſare, ſi lacus, piſcina,

piſcina, puteus vivam aquam non habeat. Vide Cujacii cap. 3. Obſer. xi.

SICCA CASA EST.] In membranis Palatinis legitur: Super montem 279.
ſicca caſa eſt, aquam non habet, per collem jacet, ſicut Æmilianus fundus per colliculos diſcedentes.

ET FLUMEN INFERIUS.] In membranis Palatinis ſequitur: Val- 283.
lem tenet & ab qua exit, & per colles in aquam revertitur. finis ejus interdum flumen habet. Et in alio codice. Ab aqua exit, per vallem uſque in aquam vadit per circuitum.

INCIPIT VARIATIO FLUMINIS.] Hoc frag. reperi in duob. Mem- 285.
mii codicibus, & in eorum altero hunc titulum: INCIPIT FLUMINIS NARRATIO. deinde: Si in agri quadratura tibi diſtanti occurrerit flumen, quod neceſſe ſit vadari, &c. In altero vero, quem Fabricii Varani Camertium Epiſcopi fuiſſe apparet, diſertiſſime legitur: DE FLUMINUM VARATIONE. deinde ſequitur: Si in agri quadratura tibi diſtanti occurrerit flumen, quod neceſſe ſit varari. Quæ poſtrema lectio verior mihi videtur. In eodem codice, præcedentia illa: Signum pones perpenſum: Sic ſe habent: Signum ponis: deinde figes perpenſum ferramentum ad ſignum quod dividet duas partes, quas diviſiſti ex fixo ferramento & perpenſo, &c.

ITEM interpretatio ubi ſup.] Scribendum, Item interpretatio Iſidori. 290.
De fin. agr. Vid. Orig. XV. cap. 14.

DIGITUS eſt pars minima.] Heron Geodætes: ἐλάχιστον δὲ τούτων ἐστὶ δάκτυλος, καὶ πάντα τὰ ἐλάττονα μόρια καλεῖται.

UNCIA habet digitos tres.] Imo digitum unum & tertiam partem digiti. Sic enim putat Frontinus pag. 30. & ratio ipſa poſtulat. Placet ingenioſiſſimi Bacheti conjectura, ex compendio notarum arithmeticarum natum errorem; ſcriptumque fuiſſe: Uncia habet digitos I I Ι. Quæ nota ſignificat, $1\frac{1}{3}$. atque inde librarios imperitos confeciſſe I I I. quod etiam apud Hygen. non ſemel obſervavit, ut monui s.

CLIM. quoque undique verſus.] Legendum, Climata quoquo verſus pedes hab. Columella, V. I.

ARAPENNEM.] Oſcitanter hæc transſcribſit Iſidorus. Columella, V. Semijugerum arapennem Galli vocant. Gloſſarium vetus: Arpendia, πλέθρα. Formula venditionis: Magnifico fratri illi, ego ille. Conſtat me vendidiſſe, & ita vendidi infra terminum ſancti illius, in loco nuncupante illo, campum vel vineam juris mei, habentem aripennos tantos; &c.

BÆTICÆ ruſtici agnam vocant.] Hero: ἡ ἄκενα ἔχει πόδας φιλεταιρείους ι΄. 291.
Apud Varr. & Colum. legitur, acnua.

CANDETUM.] Sic legitur apud Columel. At Iſidor. centetum.

QUADRATORUM.] Colum. & Iſid. quod aratores. 292.

IN AGRUM RED.] Non agrum. vel potius, inriguum, ἔνυδρον.

HUMIDUS.] Iſid. vuidus.

SILVANUM COLIT.] Vetus inſcriptio, pag. MLXX. 8. 294.


SIGNUM. SILVANI. MARMOREUM

HIGINUS SER. VILLICUS. POSUIT. DEDICAVITQ.
ITEM. SILVANVM. ANTICVM
VEXATVM. DE. SUO REFECIT.

Gloſſæ: Silvanus, Παὼ, Θεὸς, ὑλαῖος.

296. FINES ſepulturarios ſive cinerarios.] Sic in agrorum nomenclatura: Ager cineribus deputatus. & in vetere inſcriptione Romæ, via Salaria. P. LICINI. ET. ÆL. AMYNTÆ. CINERIBUS. HIC. LOCVS. SACER. EST. Item in alia: HI. HORTI. ITA. UTEI. OPT. MAXIMIQUE. SUNT. CINERIBVS. SERVIANT. MEIS.

CACABOS AVT ORCAS.] Vetuſtiores dixerunt urnas & ollas cinerum, alii amphoras, vaſcella, cupas, & cineraria. Vetus inſcriptio: IN. HAC. CUPA. MATER. ET. FILIUS. POSITI. SUNT. Item. DEPOSITVS. P. XII. IN. VASCELLO. ET. MASSA. Item. MASSAM. CUM. CINERARIO. TI. CLAVDIO VERECVNDO. PATRONO. ET. SIBI. Hujuſmodi autem ollas & cupas, ſive vaſcula cineraria condebant & obruebant maſſa lapidea, quæ, niſi fallor, etiam obruendarium vocabatur. Vetus inſcriptio Romæ: OLLARVM. N. XII. AB. IMO. IN. SUMMO. CUM. OBRENDARIO. Ollam cinerum & obruendarium eſſe opinor monumenta hæc lapidea nuper eruta in Æduis:



ANTICA ET POSTICA.] Poſticam lineam in agris dividundis Servius Sulpitius conſtituit ab exoriente ad occaſum ſpectantem. Feſtus. Idem:

Ea cœli pars quæ ſole illuſtratur ad meridiem, antica utique nominatur; quæ ad ſeptentrionem eſt, poſtica: rurſumque dividuntur in duas partes, orientem atque occidentem.

Si enim cardinum numeri.] in editione Turnebi pluſcula heic deſiderabantur, quæ ſupplevimus ex codice Memmiano. 299.

Lapis fluvialis.] Palladius, I. 10. Calcem quoque ex albo ſaxo duro vel Tiburtino aut columbino fluviali coquemus. Iſid. Orig. lib. xix. Lapis fluvialis & fluviatilis ſilex. Item, Arenacius lapis; concretus maris arenis. qui & bibulus dicitur. 304.

Ullageris.] Fuligineus. Frontinus, Alii ſunt termini ſilicei, alii albi. An legendum ſiligineus? Plin. xviii. 8. Siliginem proprie dixerim tritici delicias: candor eſt, &c.

Si peralbus fuerit, Gallienſis nunc.] Sic apud Columellam lib. ii. c. 9. genus ordei galaticum nonnulli vocant, ponderis & candoris eximii.

Aspratilis.] Iſid. Cochleatus, cochleis lapilliſque & arena concretus, aſperrimus & interdum fiſtuloſus.

Aspratilis qui velut ſignino.] Signinum ex harena aſperrima parari docet Vitruv. lib. viii. c. ult. Plin. xxxv. cap. 2. Teſtis tuſis addita calce fieri ait quæ vocant ſignina. Ulpianus, rivum ſigninum interpretatur lapideum, l. I. De rivis.

Subulis impolitus.] Fragmenta Arcer. Nam ſi ſuperior pars tantum dolata eſt, & inferior ſubulis impolita derelicta, cippus nominandus eſt; monumentalis eſt, non terminatus. Lapicidarii marculi acies altera ſecuris inſtar dolat & polit, altera pungit, ut ſubula.

Stellam conſec. & ipſi.] Legendum videtur: Stellam conſecravimus: & ipſa ſtella junior nom. De ſtella juniore, pag. 305.

Stellam consecravimus.] Signo in effigiem ſtellæ decuſſato, diducto atque diviſo. P. Servilius augur lamellam æream ad ſimilem ſtellæ locis inauguratis infigebat. Vide Feſt. & quem ex Hygino locum notavi ad pag. 253.

Si extra quatuor lapides fuerint.] Vitalis & Arcadius: Si plus quatuor lapidibus fuerint inventi, epidicticales vocantur, &c. pag. 251. 305.

Per Gallias] Conſimilia quædam, ex iiſdemque auctoribus habes ſup. pag. 261.

Si termini desint.] Hæc in fragmentis Arcerianis, inter alia quæ Simplicio tribuuntur. 308.

Augenter.] Codex Arc. augentur.

Sacrif. abuti.] Sacrif. amburi.

In ipsis finit. defig. mal.] Codex Arc. & ipſo fine defigunt.

Terminus si ung. eq.] Hæc deerant in editione Turnebi: ſupplevimus ex membranis Pal. 310.

Mixta piperatia.] Iſidorus Orig. xix. Piperinus lapis ſubalbidus cum punctis nigris, durus atque fortiſſimus.

De Jugeribus metiundis.] Columella lib. v. 311.

PRÆTER LATITUDINEM.] Boetius: ſine latitudine.

316. Ex æquo in ſ. p. i.] Boetius: q. æqualiter in ſuis protenditur punctis.

Quod longitudinem.] Boetius: quod longitudine latitudineque cenſetur.

Rectus uterque.] Leg. ut apud Boet. rectus eſt ut.

Super eam quam inſiſtit.] Delendum gloſſema. Boetius: linea ſuper rectam lineam ſtans perpendicularis dicitur.

Obtusus.] Boetius: Subtuſus.

Figura plana quæ ſub una lin.] Eodem recidunt Boetiana illa: Circulus eſt figura quædam plana & circumducta, & ſub una linea contenta, quæ circumferentia vocatur.

Ad circumferentiam.] Boetius: in circumferentia.

317. Quæ sub quatuor.] Poſt hæc verba ſequitur apud Boetium: Finitima vero menſuralis eſt linea, quæ aut pro aliqua obſervationum, aut aliquo terminorum obſervatur. Quæ clauſula non ſane convenienter inſerta eſt definitionibus iſtis, quas ab Euclide in Latinam linguam tranſcribere profitetur Boetius: eſt enim Frontini, ubi de locis extracluſis. pag. 42.

Cluditur.] Boetius: continetur.

Definitam lineam.] Boetius: Definita recta linea in continuum rectumque producatur.

Koinai ennoiai.] Hæc reperiuntur etiam apud Martianum Capellam, ſub finem lib. VI.

Super datam rectam lin.] Hæc ſchemata habes apud Boetium libro I. de Geom.

320. Mensura est.] Opuſculi hujus exemplar manuſcriptum in membranis habemus in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſ. una cum Voluſii Mæciani Diſtributione Aſſis. In iis vero nullus huic opuſculo præfigitur titulus.

Uncia habens digitos III.] Scribe: digitum unum & tertiam partem digiti. Vid. pag. 29.

321. Ministeriales impp. majores in accipiendo, minores in dando menſuras hab.] Dicendum eſt eos habuiſſe *σάθμιον μικρὸν καὶ μέγα*, ut eſt in cap. XX. Prov. Solom. Niſi mavis duplices menſuras intelligi, quaſi jure communi, quo jure, venditor agri pauperior fieri videtur, eo quod vendat. Joannes Pediaſimus: *ἐν ταῖς πράσεσιν ἐλάττονι ὀργυιᾷ ποιούμενοι τὴν καταμέτρησιν, ὡς καὶ ἐν τοῖς νόμοις διείληπται, ἀεὶ τῶν πενεστέρων κατασχαζόμενοι βοήθειαν. δοκεῖ γὰρ ὁ πωλῶν καθ᾽ ὁ πωλεῖ τοῦ ἀγοράζοντος εἶναι πενέστερος, εἰ καὶ μὴ ἀεὶ τοῦτο συμβαίνει. ἀλλὰ δὴ καὶ πρὸς τὸ μέρος τοῦ δημοσίου συγκρινόμενοι οἱ ἀπογραφικῶς παραλαμβάνοντες τὰ γήδια, μυρίῳ ἐσὶ τὰ πενέστεροι. ἤτε μὲν ἴσω παραλαμβάνουσιν ἐν τῇ ἀπογραφῇ, μείζονα δίκαιον εἶναι τὴν ὀργυιάν. ὅτε δὲ παραδιδοῦσι πιπράσκοντες, ἐλάττονα.* Ea domum juſta venditio eſt, quæ nec venditori damnum, neque emtori lucrum cenſeatur. Quin & Varro ſuum illum patrem familias vendacem eſſe vult, non emacem.

322. Passus XXV.] In cod. Regio. CXXII.

323. Pedes DCXXV.] Cod. R. ped. DCXXII.

L. Duab.

L. Duab. et. die v. q.] Codex Reg. ex L. duabus hebdomadibus & diebus CCCLXV. Libra eſſe p. &c.

GASP. BACHETI NOTÆ AD JUL. FRONTINUM

De expoſitione formarum.

FINEM imponebant typographi, quum accepi litteras ab amiciſſimo clariſſimoque viro Claudio Gaſpare Bacheto Sebuſiano, ex quibus animadverti non pauca quæ in Julii Frontini libello de expoſitione Formarum mendoſiſſima jacent, emendari ac reſtitui poſſe, in hunc modum:

In pede porrecto.] In pede porrecto ſemipedes II: pal. IV. unc. XII. 30.
dig. XVI. In conſtrato ſemip. IV. pal. XVI. unc. CXLIV. dig. CCLVI. In pede quadrato ſemip. VIII. pal. LXXII unc. ∞ DCCXXVIII. dig. ĪĪĪĪXCVI. Cubitus habet &c.

Milliarium habet pas. m. ped. v.] Ped. v. m.

Cubitus pedem s.] Cubitus pedem I. s. id eſt, pedem unum & ſemis.

Passus habet p. s] Paſſus habet p. v.

Pes prostratus, &c.] Pes conſtratus ſic obſervatur: Longitudinem per latitudinem metiemur, & fient pedes conſtrati. Pes quadratus ſic obſervatur: Longitudinem per latitudinem metiemur, deinde totum per craſſitudinem, & ſic efficiemus pedes quadratos ſeu ſolidos. &c.

Capit amphora trimodia.] Capit amphoram trimodiam unam.

Centuria agri jugera CC. mod. DC.] Modios CD. Vid. Varr. lib. I. de re ruſt. c. 10.

In circuitu ped. VIIIDC.] Ped. VĪĪĪĪDC. id eſt, 9600.

Rigor eſt quidquid &c.] Rigor eſt quicquid inter duo ſigna, vel in 31.
medio lineæ rectum perſpicitur. Flexus, qui ſecundum locorum naturam curvantur, &c.

Rectæ lineæ ſunt.] Rectæ lineæ æquidiſtantes ſunt, &c.

Rectus angulus eſt εὐθύγραμμος.] Rectus angulus & εὐθύγραμμος, id 32.
eſt, ex rectis lineis comprehenſus, eſt qui Latine normalis appellatur.

Cujus sede ſi ſubtendens.] A cujus ſede ſi ſubtendens linea perpendiculari fuerit injuncta, efficit triangulum recto angulo.

Pares alteros.] Pares alternos.

Quas in circumferentia cludet.] Quos intra circumferentiam cludet. 33.

Ideo

Ideo quod ordinata, &c.] Hebes & acutus, ideo quod ordinata dimenſione recta linea intra ſemicirculum, inferiores facit angulos majores, & quos intra circumferentiam cludit, minores.

Quoties ex uno duorum punct. &c.] Quoties ex uno duorum punctorum æquali diaſtemate duo pares, &c.

35. Rectarum linearum & circumfer.] Rectarum linearum & circumferentium forma ſine angulo, vel cum unico angulo non datur. Duorum laterum, &c.

Alia ervnt trilat. &c.] Aliæ erunt trilateræ, aliæ quadrilateræ, aliæ ſingulis adjectis, &c.

Trilaterarvm form. & ex rect. lin. comp. ſp. ſunt quatuor, &c.] Trilaterarum formarum & ex rectis lineis comprehenſarum ſpecies ſunt tres. Una quæ rectum angulum continet, & efficit triangulum recto angulo, quem Græci orthogonion appellant. Altera quæ angulum hebetem comprehendit, & efficit triangulum obtuſo angulo, quem Græci amblygonion vocant. Tertia quæ acutis angulis continetur & efficit triangulum, quem Græci oxygonion nominant. Quadrilatera forma eſt, quæ quatuor rectis lineis continetur, cujus ſpecies ſunt quatuor. Una quæ rectis angulis continetur, & æquilatera eſt, quam quadratum nominamus. Altera quæ rectis quidem angulis continetur, ſed non eſt æquilatera, & vocatur altera parte longior. Tertia, quæ quidem æquilatera eſt, ſed rectos non continet angulos, & dicitur Rhombus. Quarta, quæ nec æquilatera, nec rectangula eſt, ſed tantum adverſa latera & appoſitos angulos æquales habet, & appellatur Rhomboides.

Æquali junctorum diaſtemate.] Æquali punctorum diaſtemate.

I. D. O. M.

NICOLAI RIGALTII
GLOSSÆ AGRIMENSORIÆ.

NON vanam eſſe quæ his auctoribus evolvendis & lectitandis opera ponitur, vir, ut genere, ſic doctrina judicioque præcellens Marcus Velſerus elegantiſſimis illis Rerum Auguſt. Vindelicarum commentariis comprobavit: qui libri cum eruditorum omnium manibus terantur, quam multa ſint in hiſce ſcriptoribus præclara, etiam me indicente, ſatis oſtendunt. Adeo non pigeat aut ſuppudeat hanc tantulam agrimenſoribus impendiſſe diligentiam. Quin & poſteros etiam adhortamur, ut, quà libris emendatioribus, quà otio ingenioque feliciore pollebunt, confragoſa hæc ſenticeta colere non dedignentur, olim inter præcipuas prudentiæ civilis enthecas, ſive dotes, numeranda. Adeoque non offendor æmulis, ut eos ultro provocem, &, quo lubentius ambire velint, uſurpata quædam agrimenſoribus iſtis ſecretiore ſenſu vocabula, qualia Græci gloſſas & gloſſemata nuncupare ſolebant, variis exemplis quam potui appoſitiſſime collatis, aperire tentaverim. Quæ res quam non minimi momenti cenſeri debeat, intelligent qui uſum noverint Gloſſarum, quas ad Iulianum Anteceſſorem eximii viri Antonius Auguſtinus & Franciſcus Pithoeus, & ad veteres Iuris auctores Briſſonius, confecêre.

IN *abſoluto*. Sine lege & finitione. Front. in abſoluto eſt relictus. Idem: in ſoluto eſt dimiſſus. Idem: ceterum in abſoluto remanſit. Idem. ceterum vero in ſolutum eſt. Aggenus: in ſoluto loca remanſerunt. Front. in abſoluto tenebatur. Idem: in abſoluto eſt remiſſum circa montes. Idem: In abſoluto reſedit. Idem: in abſoluto termini ſiti ſunt. 106. 114. 117. 118. 119. 139.

Abuti. Igne conſumere. Auctor incertus: terminos ſacrificales ponunt, ubi illos ſacrificii oportunitas ſuadet poni: hoc eſt, loci commoditas, in quo ſacrificium abuti commode poſſint. 308.

Acceptæ. Agri portiones viritim aſſignatæ, aut quæ ſortito unicuique obtigerunt. Sic. Flac. quiſque ſuum ſecundum acceptas habere debebit. Idem: Manipulus ſingulas acceptas accipiet, aliqui gradus ſingulas & dimidias. Idem: Sæpe etiam unius ejuſdemque hominis duo domini acceptam ſibi defendunt. Hygenus: accipiet aliquid ſilvæ ad implendum acceptæ modum. Idem: acceptas terminabimus. Idem. Ad partitionem acceptarum menſura appareat. 17. 22. 54. 195. 179.

Acceptiones. Idem. 18.

Actus. Menſuræ actus: quà menſura acta ductáque eſt. Sic. Flaccus: Lapides de novis actibus emenſi. Hygenus: Antiquæ menſuræ actus in diverſum novis limitibus inciditur. Idem: Poſt amplum actum emendare difficile eſt. Idem: menſurarum actus debet eſſe diſſimilis. Idem. agrorum diviſiones inſcriptionibus continentur & limitum actibus. Idem: decumanum & cardinem agere. Sic. Flac. Limites patere debent menſuris agendis. Acta territoria. 111. 14. 20. 39. 198. 161. 177.

Acies terminorum. Si terminus in tres acies conſtitutus fuerit, tres lineas auctoris oſtendit: ſi in quatuor acies, quadrifinium facit. 304. Cajus. Terminus ſi unam aciem reprobam habuerit, hoc eſt non æqualem aciem, ipſum quoque reprobum reputamus. Ibid.

Actuarius Limes eſt, qui primus actus eſt, & ab eo quintus quiſque. Hygenus. Idem: actuarios limites diligentiſſime agemus. 152. 200.

Adpertinet. Innocentius: Medius fons ad ipſam adpertinet. 221. Idem: eidem fundo adpertinet. 232.

Æs. Æreæ tabulæ publicæ, quæ formas agrorum continebant, & ſingularum acceptarum modum declarabant. Siculus Flaccus: Formas in ære ſcalpſerunt. id eſt in æris tabulis. Idem. Naſcuntur controverſiæ, & æs reſpicitur. Frontinus: Forma in tabula æris deſcripta. Idem: Jugerationis modum habet collectum, ſicut in ære eſt nominatum. Aggenus: In æris ſcriptura modus comprehenſus eſt. Hygenus: Libris æris inſcribemus. Idem: Libros æris tabulario Cæſaris inferemus. Sic. Flac. Æs miſcellum. 16. 22. 54. 116. 155. 191. 193.

Æſtimium. Æſtimatio. Hygenus: Poſſeſſiones pro æſtimio ubertati; anguſtiores ſunt aſſignatæ. Frontinus: Agri pro æſtimio ubertatis & natura locorum aſſignati. Idem: pro æſtimio ubertatis legem ſunt ſecuti. Idem. Loca pro æſtimio ubertatis præciſa. 113. 116. 117. 127. 138. 152.

A ferro aſsignavimus. 258. Terminus à ferro taxatus. 252. 253. Intactæ à ferro. 146.

Aggeſtus petrarum. congeries. Frontinus: 124. Vide Congeſtiones.

Alvea. Innoc. Tria alvea. 227. 232.

Albarium. Innoc. Super albarium fluvii. 21. 226. 233. 236. 238.

Amarum & incertum ſolum. Sic. Flaccus. Si quid amari & incerti ſoli eſt, id aſſignatione non datur. 17.

Ambiguum. indefinitum. Frontinus: In ambiguo videtur hic ager & velut indefinite remanſiſſe. Idem pro æſtimio ubertatis legem ſunt ſecuti, ubi termini ambiguum nunquam receperant. 50. 117.

Amovere. Frontinus. Locus qui nullo jure à publico poterit amoveri. 41.

Amphoræ. Sic. Flac. Vertices amphorarum defixos obſervare pro terminis. 6. 7.

Amphora trimodia. Quadrantal. Frontinus: Pes quadratus concavus capit amphoram trimodiam. Breviator Feſti: Quadrantal vocabant antiqui, quam ex Græco amphoram dicunt, quod vas pedis quadrati octo & quadraginta capit ſextarios. Auctor incertus, pag. 325. Urnæ duæ amphoram complent, quæ ſunt modia tria Voluſius Mæcianus: Quadrantal, quod nunc plerique Amphoram vocant, habet urnas duas, modios tres. Priſcianus.

Pes longo ſpatio atque alto latoque notetur,
Angulus ut par ſit, quem claudit linea triplex,
Quatuor & quadris medium claudatur inane,
Amphora fit Cubus: quam ne violare liceret,
Sacravere ſoni Tarpejo in monte Quirites.
Hujus dimidium fert una, ut & ipſa Medimni
Amphora, terque capit Modium. Vid. Gell. cap. 20. lib. I.

Angulatilis. Auctor incertus Terminus in fontem quatuor-angulatilem deſcendet. 303. Eadem forma Vitruvius lib. x. c. 13. dixit Fundulos ambulatiles.

Antemiſſæ: Arbores antemiſſæ dicuntur, quas nonnulli in ante poſſeſſionum ſuarum fines dimittere ſolent intactas, ex quibus neque frondem, neque lignum, neque cremium cædant, ut magnitudine ceteras antiſtent, & ſic obſervationem finium præſtent. 4. 9. 10. 11. 40. 45.

Antica & poſtica. Auctor incertus: Secundum aruſpicium ſignum fecerunt in æde deorum ſuorum, ut ſcriberent antica & poſtica: Ager dextratus & citratus &c. 29.

Aperti limites, qui ex lege latè patent, & pervii ſunt itineribus & menſuris agendis. Hygenus: Limitibus ſecundum ſuam legem latitudines dabimus, & aperiri in perpetuum cogemus. Idem: Auctores diviſionum ſanxerunt, ut limites iidem, decumani & cardines, aperti populo eſſent. 179. 209.

Appendices. Auctor incertus. P. limes hujus litteræ habet in longo ped. CCCC. & appendices II. 264.

Applicare. Hygenus. Quædam coloniæ propter aquæ commodum monti applicantur. 165.

Aquivergia. Aquarum divergia. Innocentius. Habet ſub ſe juncina & foras aquivergia. Idem: Sub ſe cannicias & res paluſtres habet, & foris aquivergia 225. 234.

Arater. Hygenus. Menſura territorii uſque fieri debet ſecundum legem D. Auguſti, Qua falx & arater ierit. Idem: Aſſignare agrum ſecundum legem D. Auguſti eatenus debebimus qua falx & arater ierit. 192. 195. 204.

Arbores. Arbores antemiſſæ, omiſſæ, intactæ. Arbores ſignatæ, inſcriptæ, notatæ, notatæ per totas. Arbores naturales, peregrinæ, qualeſcumque. 4. 8. 9. 10. 53. 156. & paſſim.

Arcaturæ. Caſſiodorus Variar. iii. 52. Arcaturis conſtructis aliiſque ſignis evidentibus conſtat eſſe definitum.

Annonaria Tuſcia. Vide Suburbicaria.

Aqua viva. Aqua perennis. 240. Innoc. duas aquas vivas. 228. Idem: Duas aquas ſive duos alveos. 227. Idem. multas aquas vivas habens. 233.

Aquilonalis pars. 241.

Arcæ. Signa finalia per poſſeſſionum extremitates conſtituta, ſive conſtructa. Frontinus: Arcæ finales, grumi, arbores antemiſſæ, &c. Idem. Arca conſtituta in quadrifinio. Idem: Per arcas inſtructas & monumenta finitur. Idem. Variis locis per inſtructuras, arcas, rivorum vel fluminum curſus fines ſervantur. Idem: centuriæ quadratæ exſpectant terminos lapideos & arcas vel ſerias quæ tegulis conſtruuntur. Innocentius: contra occidentalem partem arca teſtacia conſtituta. Idem: à ſeptentrione arca conſtituta marmorea. Frontinus: Limitum deliniatio eſt per rationem arcarum. Innocentius: Arca examine, hoc eſt legibus conſtituta. Idem: Arca conſtituta examine. 119. 121. 122. 132. 146. 228. 242. *Arcella.* Vitalis. Invenies arcellam in trifinio poſitam. Frontinus: Aſculanus ager terminis Claudianis in modum arcellæ eſt demetitus. 119. 260.

Aræ. Aggenus. Videmus plerumque fluminibus, nec non aris lapideis claudi territorium. Hygenus: extremitatem terminis lapideis obligabimus & aris inſcriptis conditoris nomine. Idem: certis tamen locis aras lapideas ponere debebimus, quarum inſcriptio finem coloniæ demonſtret. 47. 189. 190.

Arcifinalis ager. Flaccus: Arcendo vicinos hanc appellationem finxit quiſque. 3. 4.

Arcifinius. Frontinus: Ager arcifinius, ſicut ait Varro, ab arcendis hoſtibus eſt appellatus. Idem: ager arcifinius nulla menſura continetur. Aggenus. Hic & occupatorius dicitur, eo quod in tempore occupatus eſt à victore populo. &c. Arcifinalis & occupatorii appellationes confundi innuit quoque Siculus Flaccus. Hygenus: Relictis primæ aſſignationis terminis, more arcifinio poſſidetur. 38. 45. 160.

Artifex. agrimenſor. Frontinus: Naturam loci ſecuti artifices agros cenſuerunt. Aggenus: Regammante vero via vel limite, dum à ſe utrique diſceſ-

diſceſſerunt, deſit via finem præſtare; erit controverſia: ſed inſpectio artificis eam finiet. Idem: Totum hoc judicandi officium artificem egregium exigit. 62. 64. 114.

Artificium. agrimenſuræ. 223. Artificio ſignorum loca requirantur. 66. Artificioſe terminare. 253.

Arvum primum. Arvum ſecundum. hoc eſt, Arvum primarium, Arvum ſecundarium. vel, ut loquitur Palladius lib. I. cap. 13. primi & ſecundi meriti. Hygenus: Certa pretia agris conſtituta ſunt, ut in Pannonia arvi primi, arvi ſecundi, prati, ſilvæ vulgaris, paſcuæ. 198.

A Sion. ab oriente. Auctor incertus: Sequeris curſum ejus à Sion, hoc eſt ab oriente. 266.

Aſpratilis terminus, velut ſigninum coagulatus. 231. 305. 310. Aſpratilis petra. 228.

Attinæ. Lapides ſeſe mutuo attinentes in ſpecie maceriarum congeſti. Sic. Flac. 4. 6. Palladius, VI. Si lapidoſus ager fuerit, per macerias ſaxorum attina collectas & purgari poterit & inde muniri.

Auctores diviſionis. Sic. Flaccus: Auctores diviſionis aſſignationiſque leges quaſdam colonis deſcribunt. Idem: Auctor diviſionis aſſignationiſque quoſdam cives colonis dedit. Idem. Auctores diviſionis reliquerunt aliquid agri eis quibus abſtulerunt. 18. 21. 24. *Auctores.* Cajus & Theodoſius: Si termini uno colore poſiti ſint, reverti ad auctorum ſublimitatem jubemus, & quod juſſerint obſervetur. Nec enim verecundum ſit, frequenter ad auctorum doctrinam reverti. Frontinus: Signa ſecundum auctorum doctrinam. Idem: Sed & alia ſigna quæ in libris auctorum leguntur. Innocentius: Limites requirendi ſecundum conſtitutionem quam conſtituerint auctores. Idem: ſicut auctores expoſuerunt. Idem: ſicut auctores conſtituerunt. 120. 122. 223. 226. 232. 253.

Auctoritas caſæ terminalis. Innoc. Caſa per Z nomen habens, fines parvos habet, ſecundum auctoritatem nominis ſui. 228. hoc eſt, ſecundum ſignificationem quam illi dederunt auctores.

Auguſtei termini. Latinus & Myrſontius. In locis montanis terminos poſuimus rotundos, quos Auguſteos vocamus pro hac ratione, quod Auguſtus eos recenſuit; & ubi fuerunt, lapides alios conſtituit. Frontinus: lege Auguſtia ſunt cenſiti & termini Auguſtei ibidem nuncupantur. Eademque forma Auguſtei foſſati. 121. 122. 212. 254.

Auſpicaliter. loco auſpicato. Hygenus: Poſita auſpicaliter groma ipſo forte conditore præſente. 153.

Beneficium. liber beneficiorum Cæſaris. Arcadius Auguſtus: Qui Beneficium noſtrum legerit, hoc obſervet, ut hæc ſigna vel termini CCL. inter ſe pedes habeant. Hygenus: Si qua beneficio conceſſa aut aſſignata coloniæ fuerint, in libro Beneficiorum adſcribemus. Dolabella: Quæris ſi in libro Beneficiorum regionis illius beneficium alicui Auguſtus dederit. 193. 260.

Bifurcus Bifurcius. I. biſurcatus. Biſurcus terminus. Ungula pecoris biſurca. 266. 303. 310.

Bilamnæ. Vitalis Conſtituimus in bilamnis olivaſtellum, & in ipſis bilamnis foſſatum fecimus. 261.

Botones & Botontini. tumores aggeſta terra excitati. Fauſtus & Valerius: monticellos plantavimus de terra, quos botontinos appellavimus. Auctor incertus: Botontones finales invenies. 225. 237. 261. 266. 267. 277. 306.

Branca lupi, urſi. 310.

Cæſalis. Auctor incertus: Lapis Tiburtinus cæſalis dicitur. 304.

Cæſura. Cajus & Theodoſius: Terminos ſua cæſura ſuffulcimus. 253.

Cæſura arborum. Aggenus: Silva cujus ſit ætatis, & ſi par cæſuræ ætas. 53.

Calumnia. Lis improba: Sic. Flaccus: Nec ei tantum intra cujus fines motus eſt, terminus, calumniam introducit, ſed ultro citroque confundi fines neceſſe eſt. Aggenus: poſſeſſor vicini agri calumnioſe ſibi velit fines ad rivum uſque defendere. Suetonius in Aug. 32. Tabulas veterum ærarii debitorum, vel præcipuam calumniandi materiam, exuſſit. 6. 62.

Campus extenſus. Innocent. 225. 228. 231.

Campicellus. Innoc. 222.

Campanea loca. 239. *Campaniæ.* 240. Gloſſæ veteres: Campania, πεδιάς.

Campeſtria 223. 226. 227. Auctor incertus: Campeſtria loca, ubi agri in planitia ſunt conſtituti. 147.

Cambiando Siculus Flac. emendo vendendoque aut cambiando mutandoque ſimilia finitionum genera inveniri poſſunt. 13. Columella, II. c. 2.

Canabula & Canabulæ. Frontinus: Eorum delimitatio eſt per rationem arcarum, riparum, canabularum vel novercarum, quo tegulis conſtituitur. Idem. Termini vero Tiburtini & Auguſtei, canabulæ vel novercæ, muri, maceriæ putei. Idem: Finitur arcarum, riparum, canabularum, ſive novercarum, muris maceriis, ſcorofionibus. 142. 257. & paſſim.

Cancellatio. Limitatio, centuriatio, typus, forma. Siculus Flaccus: Et quamvis una res ſit, forma; alii dicunt perticam, alii centuriationem. alii metationem, alii limitationem, alii cancellationem. Frontinus: Ager Seſtertianus aſſignatus in cancellatione limitibus maritimis.

Candetum. Galli candetum appellant in areis urbanis ſpatium centum pedum. 292.

Caniculæ, προκύων καὶ κύων. Fructus caniculis interient. 259.

Canniciæ & cannuciæ. cannæ. juncina. res paluſtres. Innoc. 225. cameræ canniciæ, Palladio, I. 13.

Capitulum. compagina litterarum. Innoc. Capitulum ad notas juris revertatur. 221. Capitulum perticæ. 219.

Caput limitis. Ut caput aquæ. Vitalis: In caput limitis terminum invenies. Idem: Termini in capitibus centuriarum. Auctor incertus: in capitibus centuriarum. Auctor incertus: in capitibus centuriarum non ſunt lapides ſcripti. 251. 261. 299. 306.

Capitaneæ litteræ. Auctor incertus: Quas litteras ſingulas in terminis invenies quæ capitaneæ ſunt, non fundorum, ſed rationis terminum oſtendunt. 270.

Carbones ſub terminis. 5. *Carbunculi.* 122. 125. 142.

Cardo

Cardo maximus. Siculus Flac. Decumano & cardini maximis maximus latitudinis modus præſcribi debet. Idem: Cardines maritimi & montani ob regionum poſitionem & naturam. 14. 19. 150. 151. 215. 217.

Caſæ, litteræ terminales; quibus ſcilicet agrimenſores auctoritatem, hoc eſt ſignificationem dederunt ſecundum artificium agrimenſuræ & ſecundum notas juris agrimenſorii. 220. & ſeqq. Caſales menſuræ. 224. Caſalia multa fundum continent, conſtituunt. 225. 232. Aggenus: alveum ſuis circumdare terminis, quæ caſalia nominantur. 60. Caſas in littore ponere, dixit Tribunianus Inſtit. De rer. diviſ. & qual. Limiti proximo caſales impingent. 228. Caſalis alio caſali conjungit. 225. In ipſa caſa eſt caſalis ipſe. 229.

Cavæ. Frontinus. Certis locis vias, cavas, itinera, coronas &c. Idem: Quicquid viarum riparum, cavarum, &c. 129. 138. Et lib. II. Strateg. cap. 2. Hannibal apud Numiſtronem contra Marcellum pugnaturus cavas & præruptas vias objecit.

Cauſa finalis. Auctor incertus: Cauſam dirigunt finalem. Idem: ut intelligas quæ ſigna aut quales cauſæ finem faciant. 272.

Cautiones. capita ipſa teſtamentorum, quibus ſcilicet aliquid teſtator cavit. Frontinus: Locis religioſis ſecundum cautiones modus eſt reſtituendus. Item, cautiones, συναλλάγματα. Aggenus: Si neutrius poſſeſſio modum cautione comprehenſum impleat, magna erit rei confuſio. 43. 55.

Cenſitio. Frontinus: Poſſidenti aſſignata Imp. Veſpaſiani cenſitione & juſſu. 146.

Cenſus. Aggenus: Cenſum pro ſuo modulo ſuſceperunt. 48.

Centuriæ. Siculus Flaccus: Centuriis vocabulum datum eſt ex eo, quod centenis hominibus ducentena jugera dederunt, & ex hoc facto centuria juſtè appellata eſt. Idem. Centuriæ non per omnes regiones ducenta jugera obtinent. *centuriæ quadratæ:* Hygenus: Centuriæ nunc appellantur plinthi, id eſt laterculi. eaſdem in quinquagenis jugeribus quadratas cluſerunt limitibus. Siculus Flaccus: Actus viginti quinque per decimanos & actus ſedecim per cardines jugera ducentena quidem includunt, centurias quadratas non exprimunt. 15. 19. 47. 109. 182. 205. 292.

Centuria. menſura per extremitatem comprehenſa. Aggen. 47. Hygenus. Agri ex hoſte capiti diviſi ſunt per centurias ut aſſignarentur militibus. 205. Agri in centuriis aſſignati. Per centurias & limites demetiti, partiti. 119. 121. 205. Frontinus: Conſtituerunt centurias contra curſum orientalem. 110. *Centuriæ vacuæ,* quæ in aſſignationem non ceciderunt. Sic. Flac. 23.

Centuriales lapides. 244. 298.

Centuriare. Hygenus: Agrum limitibus includemus, hoc eſt, centuriabimus. 195.

Centuriatio. Siculus Flac. Quamvis una res ſit forma, alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem &c. Hygenus: Hi autem quibus aſſignati ſunt agri, deducebantur intra centuriationem. 16. 206.. *Ager centuriatius* ex alieno territorio. Hyg. 206.

Cera

Cera prima. prima tabula. Hygenus, Has conternationes ſublata forte quidam tabulas appellaverunt, quoniam codicibus excipiebantur, & à prima cera, primam tabulam appellaverunt. 191.

Cinerarii fines, Sepulturarii. 296.

Cingulum. corona. territorium. Cingulum Florentinum. ager Florentinus 133.

Circa fines. quod in agro ad tutelam aut demonſtrationem finium factum eſt, id circa fines eſſe videtur. 10.

Circumactus aratri. quinque aut ſex pedum latitudo, qua ſcilicet aratrum eat. 53.

Circumcalcati lapides term. adjectis quibuſdam ſaxorum fragminibus, quo firmius ſtarent. 5. Cajus & Theodoſ. Alios tegularum fragminibus circumcalcavimus, alios autem ſua cæſura ſuffulcimus. 253. Columel. lib. II. c. 2. Supercalcatis cupreſſinis.

Citratum dextratum, & *Citratum ſiniſtratum.* 298. Citrata pars. 299. Citrata regio. 156.

Clauſula inſcriptionis. 210.

Cluſares anguli. centuriæ diligenter concluſæ, quæ ſingulos angulos habent cluſares. 181. 182. Hygenus: Exteriores anguli centurias cludunt. Idem: Omnium centuriarum inſcriptiones ſingulis angulis cluduntur. 183. 184. Idem: Voluerunt limites inſcriptionibus cludi. Idem. Portio quadrata cluſaris. 156. 157. Frontinus: Quod aſſignationi ſupereſt, linea cludatur, & ſubſecetur. 39.

Collectus pluvialis aquæ: quum aqua ex pluvia collecta rivum fecit. 43. 64. vide, Collectaculum.

Collectio petrarum. congeria, congeries, aggeſtus, congeſtio. 126. 127.

Collectus jugerationis modus. Collecta territoria. 111. 116. 127. Agri menſura in trigono collecta. 132.

Collectaculum. Auctor incertus: Collectaculum de carbonibus. Alius auctor. Collectaculum vallium; id eſt, rivus. 267. 273. Collectacula aquæ. 230.

Conlimitare. Termini conlimitare dicuntur, qui mutuo reſpectu limitem oſtendunt. Auctor incertus: Termini ſi in quadrifinio conſtant, in fronte conlimitare debent. 249.

Collis. Aggenus: Rigor ſi plus de xxx. ped. patuerit, jam collis eſt. 52. Collis Rigor, hoc eſt, jugum. 271.

Collicellus. 245. 272.

Collina. Collina extenſa. Per collinam via excurrit. 224. Collinum, Columel. II. c ii.

Coloniæ. Hygenus: Ab nova culturæ agrorum dedicatione coloniæ appellaverunt.

Colonica lex. Omnes limites ſecundum legem colonicam itineri publico ſervire debent. 43. 49. 257. *Colonico more.* Hygenus. Multi menſuram agri arcifinii more colonico decumanis & cardinibus diviſerunt. 198.

Commalliolare. in ære incidere. Hygenus : Quicunque modus limitem excedit commalliolari debebit. 195.

Commentarius. Forma, cancellatio, centuriatio, typus, liber æris. Æs. Tabularium Cæſ. 16. 21. 207. Trajanus Plinio : Et ut ſcias dediſſe me jus trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione qua aſſuevi, referri in commentarios meos juſſi.

Communes arbores. Aggenus : Communes arbores mediæ notantur, & ad utrumque pertinent. 53.

Communia, compaſcua. paſcua pertinentia ad fundos in commune. poſſeſſoribus data in commune nomine compaſcuorum. communalia. pro indiviſo. 41. 55. 66. 192.

Compagina litterarum caſalium. 239. 245.

Compaginantes agri, limites. 346. Innoc. Contra duas paginas ſundorum. 222.

Compactiles fines. Innoc. Fines grandes atque compactiles. Idem. Fines compactiles habens & cultas. culturæ ſcilicet, ſive agri culti minor & ſtrictior modus aſſignabatur. 230. 242.

Compaſcua. vide Communia.

Computum. computatio limitum & litterarum caſalium. 236. 239. 246. Liberi fundi computatio obſervetur. 225.

Comportionales termini, & proportionales, quos veterani vel conſortes poſuerunt in particulis & portionibus ſuis. 347. 111. 254.

Compræcidere. Hygenus : Hæ duæ lineæ altera alteram compræcident. 177.

Conciliabulum. Frontinus & Aggenus : prius fuere conciliabula, & poſtea ſunt in municipii jus relata. 41. 60. vid. L. Mamil.

Conceſſi fundi. Hygenus. Conceſſi ſunt fundi, quibus eſt indultum, cum poſſidere unicuique plus quam edictum continebat, non liceret. Siculus Flaccus : Quorundam dignitas, aut gratia, aut amicitia victorem ducem movit, ut eis concederet agros ſuos. 16. 186.

Conditio. Hygenus. Oppidum aliquod, quod non in ſua conditione remaneat, id eſt in ipſo jure, quo ante fuit. 207. *Conditiones* agrorum, regionum, viarum, foſſarum, finium, &c. 18, & paſſim. Siculus Flac. ad occupatoriorum conditionem reciderunt. 14. 15. Liber conditionum Italiæ agrorum. 124. Loca publica diverſis conditionibus conſtringuntur 59.

Conditores coloniarum. Auctores diviſionis & aſſignationis. 41. 152. Conditorum arbitrium, voluntas, nomina. paſſim.

Confinium. Sic. Flac. Quique alii in confinio domini erant. 6. Confinales, confines.

Confragoſa loca. 38.

Confuſi fines.

Congeriæ, *congeries.* Frontinus : Finitur teſtimonio arcarum, riparum, ſepulturarum, congeriarum. Vitalis : Aliis locis congerias lapidum fecimus. Mago : Congerias petrarum, quas ſcorofiones vocamus. Sic. Flac. Alii congeries lapidum pro terminis obſervant. 4. 125. 258. 261.

Congeſtiones lapidum. 10. congeſtiones petrarum. 122.
Conſcientia dominica. Conſcio domino. 259.
Conſecrare. Cajus. Stellam conſecravimus. hoc eſt, terminum decuſſatum conſtituimus. 305. Auctor incertus: Antiquitus nobis ſic convenit menſura, ut in ipſa memoria conſecraretur arca finalis. 273. Alius auctor incer. Lapides nativos cum aliquo ſigno conſtituimus, & multa conſecratione ſignavimus. Frontinus; Marſus municipium conſecratione veteri manet. Idem: Laurum-Laviniæ, lege & conſecratione veteri manet. 105. 123. 267.
Conſortes. dicuntur in agri univerſitate participes. Tiberius Cæſ. Eſt & aliud quod proximis * ædibus unuſquiſque miles vel conſors condidit in portionibus ſuis. 347. *Conſortales lineæ.* 111.
Conſtitutio vitium. 51.
Conſtituere finem. 248. & paſſim.
Conſtringere. Fauſtus & Valerius, Murum de lapide fecimus conſtringere ex calce & arena. 306.
Conternatio, ut combinatio. *Conternari.* Hygenus. 191.
Contrarii agri. Sic. Flaccus. Particulæ eorum qui contrarios trans rivum habent agros.
Convallia. Convalles. 230. 271.
Convenientes. Siculus Flac. ex convenienti ad convenientem rectus finis obſervari debet. Hygenus: Si permiſſum fuerit, ut inter convenientes conternentur, conternati ſortiri debebunt. Aggenus: In confinio, ubi trium vel quatuor poſſeſſionum terminatio convenit. 4. 61. 191.
Convenientia. Siculus: Omnes ex convenientia terminos ponebant. Idem: terminos autem convenientia poſſeſſorum confirmabat. Theodoſius & Valentin. Si agrimenſor convenientiam trium centuriarum ibidem eſſe ſignaverit. 6. 343.
Convallia loca, convalles. Auctor incertus: Demonſtrat aquam vivam & convallia loca ſignificat. 266.
Coronæ. Loca circumpoſita, quibus ſcilicet oppida circumducta ſunt. Frontinus: Naturam loci ſecuti artifices agros cenſuerunt, id eſt, fecerunt gammatos vel ſcamnatos, riparum & coronarum naturam, & juga collium ſunt emenſi. Idem. Riparum & coronarum naturam ſaxis ſignantes. 114. 131.
Corpus agri. Frontinus & Aggenus: Rigores & ripæ quæ intra corpus agri naſcuntur. 52. 129.
Corrigia jugalis. Ut ſuram, & pedem, ſic & corrigiam montis dixerunt agrimenſores. Innocent. Montem in medio uſque in jugalem corrigiam permittit. 230.
Cortis & Curtis. Innocent. Aqua in corte. Aqua in curtem. 242. 244. 255.
Corrumpit. 264. Vide, Rumpitur.
Coxæ. Verſuræ. Siculus: Termini in omnibus angulis coxiſque poſiti. 4. 6. 13.

Cro-

Cromaticus, lapis fluvialis. 304.

Cubitus. verſura, flexus. Auctor incertus: Pentagonum, quod interpretatur cubitos quinque. 264. Plinius, III. 13. Colonia Ancon appoſita promontorio Cumero in ipſo flectentis ſe oræ cubito.

Culinæ. Aggenus. Sunt in ſuburbanis loca publica inopum deſtinata funeribus, quæ loca culinas appellant. 60.

Cultellare. agrum eminentiorem ad planitiem redigere, & quaſi cultello decidere. 43. 243. cultellare ad perpendiculum. 178.

Cultellatus lapis. 214,

Cultura. Culturæ. Agri culti. cultus. In lib. de Colon. ſæpe occurrit, Pro parte cultus &, ubi cultura eſt. Siculus: Similitudines culturarum comparemus. Ibidem: Similes convenienteſque culturæ. culturæ facies. Culturarum ſimilitudines. Culturæ diſcrimen. 22. 40. Iter ad culturas. 53.

Cuneati fines. Auctor incertus. Conſtricti menſuris frequenter ſibi duo fines cuneati occurrunt. 254. vide Scrofiones.

Curſus. Fontinus. limitum curſus in utroque laterum territorii concurrentes. Aggenus: Videmus modum per terminos territoriales & limitum. curſus. 47. 112. Concurrentes agrorum curſus. Viæ curſus finitimus. 347. Fluminum intervenientium curſus 45. Limitum recturarumve curſus. 52. curſus limitum atque ſignorum. 257. Limes qui currit pergens uſque ad maximum decumanum 243. Rivorum & fluminum curſus. 120 In modum currentis lineæ parietem ſtruximus. 254. Percurrente rigore. ibidem. Una factura limites current. 265.

Curſorius terminus. Frontinus: in campis ſtatuerunt terminos quadratos curſorios. 141. Auctor incertus. Sub ſe habet fontanam, quæ interpretabitur terminus curſorius. 245. Idem termini curſorii in effigiem tubuli. 146. Vitalis: Tubulum inveneris in modum curſorii. 252. Vitalis: à termino curſorio qui de quadrifinio egreditur. 251. Cajus & Theod. Alios terminos quadros curſorios poſuimus. 150. Curſoriæ ſpatulæ. 254. Decurſorii termini Innoc. 223. Incurſorius terminus. 244.

Curſorium. Quà limitum terminorum curſus incedit. Fauſtus & Valerius: litteræ in curſoriis terminorum ſunt, qui in trifinio aut quadrifinio ſub terra, ſicuti ſe ſequuntur, inveniuntur. 261. Mago & Vegoja: Aquarum putei aliquotiens in curſorio à terminis monſtrantur. 257. Cajus & Theodoſ. Termini in quadrifinio & in curſorio poſiti.

De intus. 237.

De latus ſe. Innocent. De latus ſe in montem. 220. 221. 222. 224. De latus ſe. 225. 231. De latus ſe, hoc eſt, ab Aquilone. 225. De latus caſa. 225. 228. De latus fluminia. 237. De latus monte. ibid. De meridiano latus. 245.

De ſub ſe. De ſuper ſe, 224. *De ſub rivo latus rivum*. 225.

De trans alveum mittit. 221.

De ſecus 244.

De terminis monticellos circumdedimus. 261.

Damnatus lapis. 214. Frontinus: Ne eas ripas ſequendas ſperares quæ intra corpus agri naſcuntur, & unaquæque in ſuo latere decidunt, lex limitum eas prædamnavit. 129. Vide legem Tib. Cæſ. 347.

Decanummi 265.

Deciſus terminus. Auctor incertus: Terminum de lapide deciſum vivo invenies. 267. 270. Latus terminatum uſque ad lapillum deciſum conſidera, quia diametrum, hoc eſt menſuratum eſt 246. In ipſo lapide deciſa eſt. 245.

Decidere. Frontinus: ripæ quæ intra corpus agri naſcuntur, unaquæque in ſuo latere decidunt. 129. 115. Vide Term. pleurici.

Deciſio. Frontinus: Ne id ſequaris quod aliqua pars pacis deciſioniſve cauſa inter ſe cenſuerunt 113. 138.

Declarare. Declarari dicuntur fines confuſi, quum ad veram limitum ſignorumque finalium auctoritatem per agrimenſores redintegrantur.

Decumanus. Siculus: Cum ergo omnes limites à menſura demum actuum Decimani dicti ſint, unum vocabulum illis erat. Decimanum nuncupabant matutini & veſpertini & meridiani & ſeptentrionis. Alii vero ob regionum poſitionem & naturam appellaverunt maritimos & montanos. 14. Sic enim legendum videtur: & certe Siculi interpretatio verior illa quam adfert Hygenus: Duos limites inquit, conſtituerunt, unum qui ab oriente in occidentem dirigeret: hunc appellaverunt duodecimanum, quod terram in duas dividat partes: poſtea decimanum appellaverunt; Decumanus maximus, primus 150. 151. 158. Decumanus tertius. 154.

Decus, Decuſſes. Auctor incertus: Terminus ſi decum X habuerit, quadrifinium exponet. 163. Item. Limes currit per lapidem decuſſatum, qui lapis eſt nativus & ipſe decus quadrifinium facit. 243. Innocent. Habet decus & plumbum & quaternarios & calcem 231. Siculus. Fl. In quibuſdam regionibus iiſdem lapidibus limitibuſque manentibus poſt aſſignationes poſteriores decuſſes facti ſunt. 25. Idem: Petras etiam decuſſatas invenimus. 5. lapis decuſſatus. 214.

Dedicatio Hygenus: Ab agrorum nova dedicatione culturæ Colonias appellaverunt. 159.

Deductæ urbes. 260.

Defendere. Siculus: Naſcuntur ſæpe controverſiæ & æs reſpicitur, id eſt quas quiſque acceptas defendat. 22. Aggenus: Collis exigit ut ſuperior poſſeſſor in planum uſque deſcendat, & ſibi defendat omnem devexum locum, hoc eſt ſibi aſſerat. 52. Frontinus: In controverſia de Modo agitur de antiquorum nominum propria defenſione. 41.

Delimitare. ut Conlimitare. Frontinus: In longitudinem delimitatum, per ſtrigas, appellatur. 38. Idem: Decumanorum & Cardinum delimitatio per rationem arcarum, vel riparum &c. 142.

Denormata linea. 252.

Deſcendere. Deſcendens limes. 239. Area deſcendens per duas valles 224. Deſcendens uſque in arcam quadrifinalem. 245. De monte deſcendit rivus. 233.

Dextra decimanum. 22. & paſſim.

Dextrata & ſiniſtrata pars: eſſe in dextrato: eſſe in ſiniſtrato. 298. 299.

Dextrata & ultrata regio. 156. vide Citrata.

Directura. 244.

Divergia. Siculus: Territoria, alia fluminibus finiuntur, alia ſummis montium ac divergiis aquarum. 24. Aggenus: divergiis aquæ. 45. 59. 259. Frontinus: Finitur ripis per devexa collium, arboribus, divergiis aquarum. 121. vide, Aquivergia.

Diverſum. diſſimile. Siculus Flac. Modum pro modo ſecundum bonitatem taxabant, & in locum ejus quod in diverſo erat majorem partem accipiebant. 17. Frontinus: Loca diverſis arboribus veſtita. 141.

Diviſionis auctor, conditor, auctor aſſignationis diviſioniſque. 59. & paſſim. Siculus: Dividuntur agri ſine aſſignatione, aſſignantur ſine diviſione. 16. 21.

Diſconvenit. in controverſiam cadit. Frontinus: Si diſconvenit, ad jus ordinarium pertinebit. 43. Hygenus: Ex hujuſmodi cauſis tam frequenter diſconvenit. Idem: Limitum ordinatio altera alteri diſconvenit. 168. Auctor incertus: Ad ordinem diſconvenientem attendas. 296.

Diſpectæ lapides. 270.

Documenta. Signa, argumenta finalia. Aggenus: Finis multis documentis ſervabitur; terminis & arboribus notatis & foſſis & viis, &c. 53. Frontin. Finitima documenta. 121.

Dolatilis. Auctor incertus: Scutanei ſunt, hoc eſt, dolatiles. 270. Sic aſpratilis, tornatilis, angulatilis.

Effigies. Species. Siculus: Congeries lapidum in effigie maceriarum 6. Idem. p. 4. dixerat, In ſpecie maceriarum congerunt lapides. In effigie columnæ. 144. In effigie tubuli in tetragonon. ibid. Termini curſorii in effigiem tubuli. 146.

Exarare arbores finales. 51.

Embadia forma. 247.

Emeritum. Hygenus. Erant tunc præmium terra, & pro emerito habebatur. 159. Idem: ſolent culti agri ad pretium emeritorum æſtimari. 191.

Epetecticalis terminus, forte, quia ſit ἐπιδεικτικός, & recturam aliorum terminorum oſtendat & commonſtret. Vitalis Arcad. Terminus epetecticalis ſive in finitione agri, ſive præfecturæ, extenditur in ped. CCCC. & ped. DCCCC. In quadrifinio vero ſi plus quatuor lapidibus fuerint inventi, epetecticales vocantur. Nam terminus iſte maximus appellatur. 253. 252. Vitalis & Arcad. Per ſubrectiora loca uſque in aquam vivam ubi eſt terminus epetecticalis ſubſecivorum. Auctor incertus: Lapides nativos, quod eſt, ex ſolo ipſo, centuriales in epitecticum adſignavimus, & in ipſo lapide deciſa eſt. 245. Item. Terminus ſi aliquid fictum habuerit ſuper ſe acrum, aut plumbum aut ſtannum epicteticum, hoc eſt, maſſatium fabricatum, quod eſt inter cenſa centuriæ. 266.

Epilogonius terminus, qui ratione potius & animo concipitur, quam per

per evidentia ſigna. Vitalis & Arcad. Terminus à ferro taxatus ſi fuerit, & ſubditum nihil habuerit, epilogonius nuncupatur. 252.

Epipedonici termini, medii, ἐν ἐπιπέδῳ. Frontinus: Sunt & medii termini, qui dicuntur epipedonici. 111. 133.

Examen. ad quod exigebatur ceterorum terminorum fides. Innocentius: Arca examine, quod eſt legibus conſtituta. 223. Idem. In monte arcam conſtitutam habet examine. 224. Auctor incertus: Non per omnes vias finis dinoſcitur, ſed requiri oportet in arcæ examine qualis dicta. 240. Idem. Hæc ſigna ſuperius nominata in fundo ſupraſcripto quærito in examine arcæ. &c. 243.

Exitus. Hygenus:

Excepta, quæ aut ſibi reſervavit auctor diviſionis & aſſignationis, aut alii conceſſit. 18.

Excepti fundi. Hygenus: Excepti ſunt fundi benemeritorum, ut in totum privati juris eſſent, nec coloniæ ullam munificentiam haberent, ſed eſſent in ſolo populi Romani. 186.

Excipere terras, aquas. Siculus Fl. De ſuperioribus viciniſque agris defluentes aquas excipiunt, ne inferiores terræ laborent. 10. Idem: Subſtructionibus terras, ne dilabantur, excipiunt 11. Idem: terrarum excipiendarum cauſa. 12.

Excogimus. Innocen. Excogimus finem habere. 222. Excogimus obſervare. Ibidem: Terminos excogimus requirendos. 227.

Exſpectare, Spectare. Innocent. Exſpectant terminos lapideos. Idem: Exſpectant recturas. Idem: Fines curtiores quod exſpectant orientales 230.

Exſolute. Abſolute, indubitanter. Auctor incertus: Ipſe finem exſolute facit. 241. Idem: ſine dubio exſolute finem facit. 242.

Extorquet. Auctor incertus Maritimus limes frequentius ſolet recte ſtatui, quod interpretatur, non extorquet. Idem. Gammatus limes frequentius corrumpit, extorquet, & ſaltum dat. Idem paulo poſt: Jugum facit. Siculus: Flexus qui de limite detorquentur. 20.

Extra quattuor. 305.

Extraclusus ager. Frontinus: Ager extracluſus eſt, qui intra finitimam lineam & centurias interjacet: ideoque extracluſus, quia ultra limites finitima linea cluditur. 39. 60. 189.

Extremitates. Frontinus: Extremitas eſt quouſque unicuique poſſidendi jus conceſſum eſt: aut quouſque quiſque ſuum ſervat. 31. Ager per extremitates menſura comprehenſus dicitur, cujus modus univerſus civitati eſt aſſignatus. Solum per univerſitatem populis definitum. Frontinus. 38. Aggen. 44. Siculus Flaccus: Unius agri extremitas poteſt multis finiri generibus, cum ex uno latere finiatur terminis, ex alio arboribus, ex alio ſupercilio, ex alio rivo, quæque alia obſervabilia in finibus ſunt. 13. Hygenus Extremitas menſuraliter obligata. 167. Idem: Primum aſſignare agrum circa extremitatem oportet, ut à poſſeſſoribus velut terminis fines obtineantur: ex eo interiores perticæ partes. 192.

Facies.

Facies. Siculus: Quidam tranſverſas & obliquas macerias ripis ſubſtructionibus factas volunt videri finales. quod ex ipſa facie aliquando intelligitur. 11. Idem: Plura territoria confuſa unam faciem limitationis accipiunt. 24. Idem: Poteſt quidem fieri, ut ſimiles convenienteſque culturæ etſi una facies, plures tamen domini. 22.

Facilitas agri. ut contrà, loci difficultas. Hygenus. Multi agri facilitatem ſecuti, ubi plurimum erant aſſignaturi, ibi decumanum maximum & cardinem maximum conſtituerunt. Idem. Hæc vicina urbibus rupium altitudo limites accipere propter loci difficultatem non potuit.

Factura. forma ipſa limitum & terminorum. Auctor incertus: Omnes limites maritimi aut Gallici una factura current. 264. Idem: L, ſi in termino inveneris, ſuæ normæ factura deſignat limitem gammatum. Idem: Termini factura tornatiles, hoc eſt, rotundi. 266. Idem: Lapilli factura tornatiles, ſive alia factura breviores, hoc eſt, minores. 270.

Familia. Frontinus: Veſpaſianus aſſignavit militibus ſuis & familiæ 111. Familia D. Auguſti condidit. 105. Familia Marii obſidebat. 104. 134. Militibus & ipſi familiæ in jugeribus aſſignatus. 105. Coloniæ vel familiæ Imp. Veſpaſiani juſſu acceperunt. 136. Interciſivis menſuris colonis & familiæ eſt adjudicatus. 106. 139.

Familiariter. per familias. Frontinus: Agros in montibus Romani acceperunt familiariter. 119. Recentiores Græci eodem ſenſu dixere, φαμιλιχῶς.

Fides terminorum. Siculus: Secundum conſuetudinem regionum & terminorum fidem conſtent fines. 5. 6. Idem: Illa tantum fides videatur, quæ æris tabulis manifeſtata eſt. 16. Tiberius Cæſ. Sunt etiam monumenta in itineribus conſtituta, quæ fidem publicam tenent. 347. Frontinus: Juxta fidem poſſeſſionis 131. Latinus & Myrſont. In multis agris diverſorum ſignorum fides quærenda eſt. 254.

Finis. Fines. Siculus: Finem voluntario proferre. 16. Idem: Pluribus municipiis fines dati. 24. Idem: Vicini arceantur confundere fines: Idem: diſcerni poſſint fines. Idem: Lege data fines obſervare. Valentin. & Theodoſ. Finem congruum limes præſtiterit. 342. *Finis* ſolidus, qui ſtat in ſolida margine. Siculus: Si duo poſſeſſores extremis finibus vias habent cum fodiunt, finem ſolidum relinquunt. 14. Fines interculti. 7. Fines aſpratiles. 238. Fines curtæ. 245. Fines in longum habet & ſpatioſos. 220. 223. 227. 230. Fines rotundi & culti. 234. 237. Fines proximiores. 228. Fines proximi. 228. Fines egregii. 237. Fines ſtrictiores. 227. Fines fortiores. 227. 228. 230. Fines fortes. 223. Fines longi & grandes. 241. Fines parvi. 229. Fines anguſti. 240. Fines extenſi. 229. Fines ampliores, curtiores. 240. Fines tortæ. 235. Fines mediocres. 239. Fines graciles. 228. Fines quadrati. 236. Fines quadræ. 271. Fines grandes atque compactiles. 230. Finis jugalis. 231. Finem montanum habens. 232. Fines majores & graciliores. 223. Finis modicus proximior. 224. Fines bonos habet. 230. Fines latiores, in longitia breviores. 225. Fines habens mul-

multos. ibid. Fines anguſtiores. 221. Fines quam maxime longiores. 223. Fines ſepulturarii ſive cinerarii. 296. Fines templares. 295. Finis montanus. 232.

Ad fines. Hygenus. Ex altero latere, qua foras erit ad fines. 190. Siculus: Rivus finem facit. 12. Innocent. Aqua quæ in finem conſtat & finem ſacit. 231. 242. Frontinus: Muri, maceriæ, ſepulcra finem faciunt. 120. 122. 126. alibi, Finem præſtant. Premit finem ejus. 221. Fines ante ſe ſubjacentes hoc eſt, ab oriente. 229.

Finales foſſæ. 273. Finale ſtagnum, Finalis rivus 274. &c. Finalem cauſam per ipſum direximus. 273. Signa quæ inveniuntur per ſepulcra finali cauſa diriguntur. 274. Finalis querimonia. Finalis controverſia. Finale jurgium. 340. 341.

Finitima linea. Frontinus: Finitima linea aut menſuralis eſt, aut aliqua obſervatione, aut terminorum ordine ſervatur. 42. 48.

Finitima argumenta. Aggenus: Finitimorum argumentorum demonſtratione caret. 63. Finitima documenta. 53. 121. Finitima ſigna. 119. Finitimæ notæ. 180. Finitimi muri. 127.

Finitio. Siculus. Viæ privatæ ad finitiones agrorum non pertinent. 4. 10. 13. 22. Frontinus: Ea lege & finitione eſt. 127.

Flexus. Frontinus: Flexus, qui ſecundum locorum naturam curvantur, ut in agris arcifiniis ſolet. 31. Idem: Flexus quibus arcifinii agri continentur. 40.

Fluminea. Flumen. Innocen. Subtus fluminea tranſiens & ſub fluminea poſita vinea. 225. 231. & paſſim.

Flumicellus. Innoc. 227.

Fluminum modus. Hygenus: 208. Flumen torrens. Aggen. 57. Fluminum variatio. 257. 285.

Focus. familia. Siculus: Sæpe uni foco territoria complurium acceptarum attribuuntur. 22. Sic tributa quædam per focos indicta; & apud Zonaram, καπνικὸ ἐπίθεσις.

Fontana. fons. Innocentius: Sub ſe habet fontanam, quæ interpretatur terminus curſorius. 233. 237. 245. Fontanea pars. 239.

Foris agrum. Auctor incertus: Conſtitutus ſit fluvius, qui foris agrum non vagatur. 273.

Forma, pertica, centuriatio, metatio, limitatio, æs. Gloſſæ vet. Forma, τύπος. Hygenus: Si qua compaſcua aut ſilvæ fundis conceſſæ fuerint, quo jure data ſint formis inferemus, id eſt libris æris, æreis tabulis. 3. 16. 192. 193. & paſſim. Siculus: Agrorum qui ex vicinis populis ſumpti ſunt, propriæ ſactæ ſunt formæ, id eſt, ſuis limitibus quæque regio diviſa eſt 21. Aggenus: Formæ antiquæ fundorum. 54.

Formatus. Aggenus. Terminus aliter formatus, aut aliter poſitus quam ceteri. 51.

Foſſatus. Latinus & Myrſontius: Conſtituimus foſſatos quos Auguſteos appellamus. 254. Innocentius: Foſſatum, qui rivus interpretatur.

Foſſa-

Foſſarum poſitio. Siculus: intelligi poteſt ex ipſarum foſſarum poſitione, utrum propriæ an finales ſint. 10. Foſſas obturare. vid. L. Mamil. Fauſtus & Valerius: Ex opere foſſas fecimus mitti in alto. 307.

Foſſula. 247. *Fragmina tegularum, ſaxorum.* 6. 253.

Fundare terminis. Appoſitis terminis poſſeſſiones ſingulas conſtituere & ſtabilire. Aggenus: Agri vectigalis menſuram apertis rigoribus comprehendere oportet, & ad ſingula terminis fundare.

Gallienſis. Senogallienſis. 143. 304.

Gamma. Siculus: Arbores in verſuris quæ notatæ ſunt, aut decuſſes inveniuntur aut gammæ; ut manifeſtum ſit verſuras ſuis ſignis obſervari debere; 5. 8. Gamma de petra ſicca conſtructa, 214. Termini ſi tranſverſi poſiti fuerint, gammam faciunt. 309. In gamma jacet. 278. Xenophon lib. VII. Cyri pæd. *στήσαντες τὴν ἑαυτῶν φάλαγγα, ἐπέκαμπτον εἰς κύκλωσιν, ὅπως ὥσπερ γάμμα ἑκατέρωθεν τὴν ἑαυτῶν τάξιν ποιήσαντες.*

Gammati termini 255. Auctor incertus: L. ſi in termino inveneris, ſuæ normæ factura deſignat limitem gammatum. 271. Innocentius: Limes gammatus currit, hoc eſt, tortuoſus. 228.

Gemelli termini. 214.

Geometricæ artis Philoſophia. 265.

Germana herba. nativa, nata in ipſo ſolo. Auctor incertus: Quadra poſſeſſio ſuper ſe colligit aquam, & habet velut herbam germanum. 281.

Glareæ fluminales. 267.

Gnomonice. 170. *Gnomon.* 176.

Gregales lapides. 116.

Groma. Hygenus: Poſita auſpicaliter groma. 153. Idem: In caſtris groma ponitur in tetrantem. 164. 285. *Grumi.* 146.

Hebes. Auctor incertus: Rigores hebetes ſunt appellati, quia ſine lapidibus ſunt. 296.

Hemiſydiores termini. 230. 251. *Hermulæ.* 142.

Hereditaria loca. Frontinus: Multa loca hereditaria accepit eorum populus. 118. 121. Idem. Multa loca hereditario jure accepit po. 142. Alexander III. P. M. lib. III. Decret. Coll. 1. tit. XI. Illas terras quæ de ſilvis exſtirpatis ſunt arabiles factæ, eis hereditario jure ſub annuo cenſu poteris concedere tenendas.

Hetruriæ terra. 258.

Hora tertia, Hora ſexta. Hygenus: Optimum eſt umbram horæ ſextæ deprehendere, & ab ea limitem inchoare, ut ſint ſemper meridiano ordinati. Innocentius: A ſexta hora aquam vivam habet. 226. 227. Auctor incertus: Ex tertia hora ipſum ſtagnum finale conſtituimus. 252. Sic & ſexta pars. Duodecima pars.

Hoſtia immaculata cæſa. Siculus. 5. Hor. Agna feſtis cæſa Terminalibus.

Humoroſa loca.

Iactare fructum. arbores in confinio poſitæ, quarum fructus in vicini fundum procidunt, jactare fructum dicuntur. Frontinus: Quoties inclinatæ

 in

in alterutrum fructum jactaverint, inter adfines movent diſputationem. 43.

Ignifer. Latinus & Myrſontius: Termini Tiburtini, ſilicei, tophinei, igniſeri. &c. Auctor incertus: Lapis ſi mixtam venam habuerit, ignifer nomen habet.

Impingere. Intercidere. Auctor incertus: Circa urbem Babylonis Romæ maritimi limites fient & Gallicus impinget. 265. Innocentius: Limites maritimenſes Gallicum intercidunt. Idem: Limitem orientalem concidet. 232. 247. 238. Auctor incertus: Rigor qui impingit in fluvio. 285. Idem. Rigor impactus in fluvium. ibid.

Immoſitum. ut Demolitum. cap. IIII. Legis Mamiliæ: Ne quis eos limites decumanoſve obſeptos, néve quid in eis immolitum, néve quid ibi poſitum habeto. Vetus S C. apud Frontinum, lib. de Aquæd. Ne quis eo loco poſt hanc legem rogatam quid opponit, molit, obſepit, figit, &c.

Incedere dicuntur limites quà diriguntur & pergunt. Siculus Fl. In aliquibus regionibus ita fines inter poſſeſſores ordinati ſunt, ut rigores durent per longum tractum, incedenteſque in viis aut rivis aut ſubſtructionibus definient. Idem: In quo incederint genere fines obſervabuntur, &c. 13. Aggenus: Ex quolibet alio finis loco incipientis termini rectura dirigitur, & per inceſſum definitionis loca quædam alteri fundo adquirit. 63.

Inciſura. Auctor incertus. Terminus ſi inciſuram habuerit, &c. 265.

Incurſorius terminus. Vide, Curſorius.

Indigentia ſterilitas lapidum peregrinorum. Mago & Vegoja: Aliquibus locis propter ſterilitatem aut indigentiam, eo quod non invenimus lapides peregrinos, quos poneremus, ex ipſo metallo ſaxum à ferro aſſignavimus. 258.

Pro Indiviſo. Compaſcua, Communia. 41.

Ex induſtria. data opera. Siculus: Quidam curant invehere qualeſcunque peregrinos lapides, ut manifeſtum ſit ex induſtria terminos finales poſitos. 4. 255.

Inſcripti lapides omnibus centuriarum angulis defixi. Siculus, 16. Aggenus. Voluerunt limites inſcriptionibus cludi. 156. Cluſaris angulus ab inſcriptione vacat. 182.

Inſtrumenta publica. Æs, Formæ, tabularia civitatum. Siculus: Invenimus ſæpe in publicis inſtrumentis ſignificanter deſcripta territoria. 24. Aggenus: Secundum inſtrumentum fines reſtituuntur. 42.

Inſtructuræ, parietum aut arcatum. Latin. & Myrſont. Deficientibus foſſatis Auguſteis terminos poſuimus, aut certe inſtructuram fecimus. 254. Mago & Vegoja: Sæpe imbrices in finem poſuimus, ſæpe inſtructuras fecimus. 257. Ibidem. Structuræ parietum in modum lineæ. Ibidem: In modum currentis lineæ parietem ſtruximus. Frontinus: Interjectis locis per arcas inſtructas numenta finitur. 121.

Interciſivi limites. Frontinus: Proportionales termini interciſivos limites ſervant, quos veterani pro obſervatione partium ſtatutos cuſtodiunt. 112. Idem: Ager in jugeribus & limitibus interciſivis eſt aſſignatus. 124.

In-

Interſtitio limitaris. 198. Hygenus: Interſtitione limitari menſura per ſtrigas & ſcamna agemus. ibid.

Interverſura. Hygenus: Quibuſdam interverſuris lapides politos quadratos inſcriptos & lineatos defigere in eam partem, qua res exiget, oportebit. 132. 178. 198. Vide, Coxæ.

Inverecunde. 43. 57.

Itinerarii termini. Auctor incertus. Sunt termini quibus fides non eſt adhibenda. iſti dicuntur itinerarii. omnes limites itineri publico ſervire debent, &c. 148.

Iuncina. res paluſtres. 225. 237.

Iuga montium, ex eo nomen accipiunt, quod continuatione ipſa jungantur. Aggen. 45.

Iugeratio. aſſignatio facta in jugeribus. Jugerationis modus 347. Frontinus: Menſuræ actæ ſunt, & jugerationis modus collectus eſt. 2. 233. 146.

Iure ordinario. ex lege, per interdictum. Frontinus: De poſſeſſione controverſia eſt, de qua ad interdictum, hoc eſt, jure ordinario litigatur. 49. Aggenus: Rem magis eſſe juris, quam noſtri operis. 53. Idem: Hoc argumentum prudentiæ eſt, quam profeſſionis. Idem: Quoties de totius fundi ſtatu per interdictum, hoc eſt jure ordinario litigatur. hoc non eſt diſciplinæ noſtræ judicium, ſed apud præſidem provinciæ agitur, & ex lege reſtituitur poſſeſſio cui poterit adtinere. 56. Idem: Solet proprietas quarundam poſſeſſionum ad perſonas pertinere, quæ jure magis ordinario, quam menſuris explicantur. 67.

Iure ordinario poßidetur. Frontinus. 142.

Labemovebitur. 254.

Laborare. Siculus. De ſuperioribus viciniſque agris defluentes aquas excipiunt, ne inferiores terræ laborent. 10.

Laciniæ. Aſſignationes in laciniis apud Frontinum paſſim. Apud eundem: Cetera in laciniis præciſa poſt demortuos milites.

Lacuna. Auctor incertus: Stagnum finale aliquoties direximus & lacunam, quæ interpretabitur aqua viva, unde ipſum ſtagnum exiet. 274.

Lacus finalis. 247.

Lagenares vel orculares termini, à lagena vel orcula. 251.

Laminæ. Latinus & Myrſont. Sunt & alii Neroniani, Veſpaſiani & Trajani Imperatorum laminæ & quadrati in diverſis numeris conſtituti. 255. 144. Vide Dalamnæ.

Lanciola. Forte laciniola. 280.

Lapillus. Innocentius: De arca uſque ad lapillum, hoc eſt terminum. 246. Auctor incertus. Lapilli factura tornatiles, ſive alia factura breviores, hoc eſt minores, & in fine poſiti. 270.

Lapis nativus 243. 267. Naturalis. 247. Cajus & Theodoſius: Lapides naturales cecidimus & in finem conſtituimus. 253. Vivus. Auctor incertus: Terminum de lapide deciſum vivo invenies. 267. Lapis velut ſigninum coagulatus. 305.

Lapides præſignes. Siculus: Territoria finiuntur lapidibus politis præſignibus, qui à privatorum terminorum forma differunt. 24. Frontinus. Limites recti lapidibus compactis curſum demonſtrant. 114. Lapis non dolatus in curſorio poſitus. 214. 304. Lapis fluvialis, cromaticus. Lapis Tiburtinus, cæſalis. Lapis albus, ſiligineus. Lapis peralbus, Gallienſis. Lapis ignifer. Aſpratilis. Politus, Impolitus, 305. Lapides enchores. nativi, naturales. nati in ipſo ſolo. 120. Lapides ſine inſcriptione, quos ideo quia nulla ſignificatione apparent, Mutos appellant. Hygenus, 156.

Lapides ex ſaxo ſilice aut molari. 255.

Laterculi. Hygenus: Sunt plinthides, laterculi quadrati, uti centuriæ per ſena millia pedum limitibus incluſi, habentes ſinguli laterculi jugera num. ĪCCL. Auctor incertus: Laterculos quadrangulos pro terminis invenies. 267. Vide Laminæ. Siculus. Denis quibuſque actibus laterculi quinquagena jugera incluſerunt. 2. Idem: Quæſtorii agri limitibus inſtitutis, laterculis quinquagenûm jugerum effectis venierunt. 14. Mago & Vegoja: Ager quæſtorius, quem actis limitibus quibuſque denis laterculis quinquagena jugera incluſerunt. 257. Frontinus. Curium Sabinorum ager per Quæſtores eſt venundatus, & quibuſque denis laterculis per quinquagena jugera incluſus eſt. 120.

Lati fundi. Siculus: Lati fundi per continuationem ſervantur centuriis. 18. Idem. Cumpulſi ſunt populi, poteſtatique locupletiorum fuiſſent lati fundi. 22.

Latitia finium. 241. 242. 223. Vide, Longitia.

Lex agris limitandis. 111. 132. Siculus: Reſpiciuntur leges civibus datæ, id eſt, coloniis municipiiſque & præfecturis. 24. Idem: Quamvis excederent fines lege datos. 25. Frontinus: Ea lege eſt. Eadem lege ſervatur, &c. 112. 114. & paſſim. Lex & conſecratio vetus 139. Lex dicta templo. apud Plin. epiſt. lviii. lib. X.

Lex agraria. id eſt lex agris limitandis. 111. 113. 142.

Lectiones. 273. 303. Vide, Libri.

Libri, Frontinus: Sed & alia ſigna, quæ in libris auctorum leguntur. 120. Idem: Finitur viis & ſignis quibus in libris deſcripſimus. 126. Idem. Sed & aliis ſignis quibus ſuperius in libris docuimus. 127. Idem: Sed & aggeſtum petrarum, ut eſt in libro Regionum. Idem: Sed & aliis ſignis, quæ in libro Conditionum Italiæ agrorum leguntur. 124. Hygenus: Subſecivorum omnium librum facere debebimus, &c. 193.

Ligna finitima. Arbores in finibus obſervabiles, dactyli, amygdalæ, mala cotonea, &c. 259.

Lignaria via. Aggenus. 62.

Limes eſt quodcunque in agro opera manuumfactum eſt ad obſervationem finium. Frontinus, 46. Hygenus: Limites appellaverunt à limitibus, quod per eos agrorum itinera ſervantur. 151. Limites ordinatos mittere. 153. Limitum ordinatio altera alteri diſconvenit. 167. Limites meridiano ordinati. 174. Limitem includere. 342. Limes actus. 16.
Limi-

Limites late patentes. 203. Limites aperti. 209. 276. Limites ſtruere per centurias. 21. Limites inſtituere. 15. 16. Limites maximi, Decumani & cardines, qui majorem modum agri recipiunt. 347. 51. Limes maximus. i. primus, 158. Loca limitum regulis obligata, 49. Limitum nomina varia. 26. Limites normales maritimique. 116. Limes ſextaneus. 223. 242.

Limitatio, forma, pertica, æs. 16. 21. Limitationis pedatura. 119. Siculus: Plura territoria unam ſaciem limitationis accipiunt. 24.

Lineæ. Frontinus: Linea finitima, aut menſuralis eſt, aut aliqua obſervatione, aut terminorum ordine ſervatur. 42. Arcadius: Termini & lineæ partium orientalium. 259. Rigorum aut linearum curſus. 254. In modum currentis lineæ parietem ſtruximus. ibid. Frontin. Extracluſa, quæ ultra limites & ultra finitimam lineam ſunt. 42. Linea normalis, finitima. Linea prolixior. 224. 39. Lineæ rationales. 47. Lineæ conſortales, quas veterani inter ſeſe cuſtodiunt terminis comportionalibus ſive proportionalibus. 111. Hygenus: Linearii limites à quibuſdam menſuræ tantum diſterminandæ cauſa ſunt conſtituti. 152. Linearii rigores. 199. Rigorum aut linearum curſus. 244. Lineati lapides. 198.

Litteræ ſingulares in terminis ſe invicem oſtendentes. 211. 261.

Loci rumor. Auctor incertus: Secundum loci rumorem, quod interpretatur, ſecundum loci obſervationem. 274.

Loci natura. 162. 166. 255. Locus ſubrectus. 240.

Locorum difficultas. 180. Loca inſignia. 187. Loca macriora. 220. Loca ſaxuoſa. 258. devia & confragoſa. 62. Loca montuoſa, ſaxuoſa. 144. 145. Loca humoroſa. 241. Loca campeſtria. 258. Loca hereditaria accepit po. 124. 125.

Longitia. ut latitia, planitia. 230. 241. 242.

Lunatus ager. 314.

Maceriæ. Siculus: Si non experent terræ quarum ſuſtinendarum cauſa videatur maceria eſſe facta, poterit finalis videri. Sed in planis locis ſi ſaxuoſus ſit ager, repurgatur, & ex congeſtione maceriæ fiunt. 11. Latinus & Myrſontius: Termini, congeries vel maceriæ, foveæ, arbores, &c. 254. Maceria finalis. 213. Auctor incertus: congerias maceriæ, id eſt ubi ſaxa collecta ab utriſque limites dederunt. 146. Siculus: In ſpecie maceriarum congerunt lapides & attinas appellant. 4. Vide, Attinæ.

Macra loca. 233. 237.

Magiſtri pagorum pagos luſtrare ſoliti ſunt. 25. Latinus & Myrſontius: Itinera per magiſtros pagorum muniuntur. 255.

Magiſtri Geometriæ. 343. Artifices diſciplinæ ſeu philoſophiæ geometricæ. 265.

Magiſterium, artificium. Aggenus: Magiſterium ſuum ſi vult menſor oſtendere, modum conceſſum ſano illi demonſtret. 61. vide, Artifex.

Manu factum. Quæ manu fiunt, diſtinguuntur ab iis quæ naturâ ipſa exi-

exiſtunt. Siculus. 6. Idem: Videndum an vepres ſatæ manu ſint. 10. Idem: Maceriæ quæ manu inſtruuntur. 12. Aggen. Foſſæ manufactæ. 45. Latinus & Myrſontius: Limitem opere manus factum conſtituimus. 254. Mago & Vegoja: In locis ſuburbanis, ubi limitem opere manuum hominum ordinavimus, terminos non neceſſe habuimus ponere. 257. Auctor incertus: Trans rivum invenies ſignum de terra manibus factum. 244. Silva manu ſata, Varr. lib. III. de re ruſt. cap. 5.

Mandata. Aggenus Urbicus: Nihil magis in mandatis etiam legati provinciarum accipere ſolent, quam ut hæc loca quæ ſacra ſunt, cuſtodiantur. 74.

Mappa. 263. 266. Mappa Albenſium. 145.

Margo. Siculus: In finibus ſolidam marginem relinquant, quò diſcerni poſſint fines. 14. Aggenus: Finis ſervabitur inter arva marginibus quibuſdam, tanquam pulvinis. 53. Margines terræ. 273.

Maritimenſes, *Maritimi & montani limites*, ſive maritimi & Gallici. Siculus Flacc. Italia ab Alpibus in mare porrigitur. 2. Plin. ubi de Gallia Narbon. Alpium ſaluberrimis Romano imperio jugis, &c. Vide, Decumanus.

Maſſatium fabricatum. 244. Maſſæ ferri, Maſſæ æreæ. 148.

Materias deiciunt. Siculus. 7. Calend. ruſt. Menſe Dec. Materias deicient.

Matutinum & veſpertinum. Vide, Decumani.

Maximus terminus, epidicticalis, præſidens 347. 51. 158. 250. 253.

Maximus limes. Mago & Vegoja. Limes orientalis uſque in occidentem rumpi non poteſt, qui maximus appellatur, maxime quia centurias claudit. 258.

Melum cotoneum. 230.

Memoria. tumulus ſive titulus. Vitalis: In aliis locis congeries lapidum fecimus, in aliis memoriam in finem conſtituimus. 261. Auctor incertus: Arca aliquoties circa ſepulcrum ponitur, & ſuper ipſam arcam memoriæ conſtituuntur. 273. Memoria in arca. 225. Super arcam memoria. 233. Memoriæ ſanctorum D. Auguſt. Epiſt. 137.

Menſor agrimenſor. Frontinus: Si per ordinationem finis ipſius agitur exigit menſoris interventum. 43. Aggenus: Menſoris providentiæ injungitur. 63. 75. Dolabella: Menſores docti. 294. Aggenus: Difficillimus locus hic eſt, quod menſori judicandum eſt. ſed nec minus ille exactus, quod eſt advocatio præſtanda. 75.

Menſura. Siculus: Ab linea menſurali per limitem omnis modus in menſuram centuriæ cadit. 19. Hygenus: Menſura ſiniſtra, hoc eſt, inverſa. 167. Menſuris agendis pervii limites. Siculus, 19. & paſſim. *Menſuratio jugeri* 264.

Menſuraliter. Hyg. In forma menſuraliter comprehendimus 192.

Metalla, materiæ ligneæ vel ſaxorum. 142.

Metæ. Spathulæ. Frontin. Spathulæ vel metæ aſſignatæ. 141.

Micidiores. Innocentius: terminos micidiores, hoc eſt, minores invenies. 231. Vide Hemiſydiores.

Millia-

Milliarium, paſſus mille, pedes V. M. 310. 292. Milliarii termini. 248.

Minutatim. Siculus, ubi de alluvione: Alicujus terras minutatim ex alia parte abſtrahat, & alii contrario relinquat. 13. Tribunianus dixit, Paulatim. Theoph. κατὰ μικρόν.

Miſcellum æs.

Miſcitatum, mixtum. Auctor incertus: collectaculum de carbonibus in calce miſcitatis.

Mittere. Lex Tib. Cæſ. Juxta perennem rationem unam lineam mittunt. Hygenus: Ne proximarum coloniarum limitibus ordinatos limites mitterent. 153. Innocentius: Limes ejus in longum fit ped. CCCL. & hoc in alio caſali impinget, partiens milliarium in ſiniſtra, cui mittito caſalibus accepta menſuris; ad ſingulos fit ped IIII. 224. 236. Idem: Mittimus ſecundum fundi litterariam normam. 221. 230. Ibidem: Montem in medio uſque in jugalem corrigiam permittit. Idem: Si ſuper ſe montes fuerint, permiſſa linea rectis collibus oportet quæri, &c. 223. Idem. Fines ſpatioſos mittit ad alveum, aquam vivam uſque in trifinium conſtitutam. 226. Idem: Caſa per O, mittit caſales quos dimiſimus, &c. 236. Idem: Sub ſe mittet trivium, qui curret ſubtus. Ibidem. Aquam vivam uſque in aliam aquam vivam mittit. 238.

Modus. Siculus: Modus agri. 3. 16. 17. 18. Hygenus: Modum centuriis ſecundum agri amplitudinem dederunt. 153. Idem: Agro limitato acceptorum comparationem faciemus ad modum acceptarum. 169. Modus jugerationis. 113. 135. Modus belli, hoc eſt, ſtipendiorum conficiendorum. Hygenus: Ferunt quidam indictum poſtea modum belli. 160. Modus repromiſſionis, hoc eſt, modus agri cautione emptionis ac venditionis comprehenſus. Frontinus. 40. Modus ubertatis. 198. Modus latitudinis. 19. Modus fluminum. Modus limitum. 19. Modus flumini adſcriptus. 57. Modus minor in poſſeſſione majorem modum ſequitur. 22. Modus unus compluribus perſonis. 17. Reliquum quicquid erit, ex centuria ejus eorúmve erit, quorum nomina ſine modo inveniuntur. 18.

Modulus. Aggenus: Cenſum pro ſuo modulo ſuſceperunt. 48. Horat. Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt.

Modius. Innocentius: Modius, qui rivus interpretatur 242. 244.

Moeſilea. Mauſolea. 43. 61.

Montanioſus locus. 239. Montuoſus, 240.

Monticellus. 243. 252. Monticelli de terra. 261. Fauſtus & Valerius, Monticellos plantavimus de terra, quos botontinos appellavimus. 306. 231. Arca in monticello conſtituta. 224.

Montes Romani. Siculus. 2. Frontinus: Agros Romani acceperunt familiariter, qui montes Romani appellantur. 119. 121. Idem, Cultorum agrorum ſilvæ abſunt in montibus. 41. Idem, Loca publica in montibus. 42. Idem, Reliqua in montibus cenſuerunt. 122. 124. Idem, Reliqua in montibus, ſeu ipſius Reipub. cenſuerunt. 142. 125. Idem, Montes poſſidentur nomine Romano. 141.

Mon-

Montium vertices. Dolabella, Sicut verticem in capite humano natura præſtitit, ſic & in montibus menſores docti inſtituerunt. 294. Ut autem verticem, ſic & pedem, & crepidinem, & corrigiam, & ſuram, & jugum, & ſupercilium dixere.

Montana. 247. *Montuoſa loca.* 144. 145. 190.

Monumentalis terminus, cippus. 305.

Monumenta publica. 23.

Movere terminos, poſſeſſionem ſuam promovendo, alterius minuendo. 258. Movere fines, commovere, Lex Mamil. cap. 5. *Néve Commoveto.* i. néve loco moveto, propellito, Caliſtratus, l. 2. D. de term. mo. Virg. IX. Aen. ——— Capitoli immobile ſaxum. Et apud pariatorem legis Moſaicæ, titulus De terminia mota.

Mordet, attingit, conjungitur. 278. 284.

Mortua ſigna. Latinus & Myrſont. In his locis nulla comportionalium ſigna inveniri poſſunt. ea ratione mortua nuncupantur. 254.

Multiplicas in ſe. 312.

Muti lapides, ſine inſcriptione. 156.

Muro ducta colonia, munita, circumducta. paſſim.

Muri finitimi. 127.

Murtæ. myrti. 296.

Muſileum. 244.

Naturales petræ. natæ in ipſo ſolo, in ipſo metallo. non peregrinæ. Siculus, Petræ naturales notatæ, aliúdve quid loco termini obſervari videbitur. 7. Naturales arbores, Ibidem. Naturalis lapis. 247.

Nativi lapides, 258. naturales.

Natura locorum. Siculus, 10. Prout natura locorum invenit. 113. Naturam loci ſecuti ſunt artifices. Ibid. Naturæ locorum vicem limitum ſervant. 115. Pro natura loci deſignatum eſt. 114.

Neceſsitas locorum. 10.

Nominatim. Hygenus: Sunt aliquibus nominatim redditæ poſſeſſiones. 206.

Normales limites. 53. 127. Aggenus: Normalis linea, menſuralis dicitur. 49. *Normaliter.* Hygenus: Ex hac linea in rectum rectam lineam eijciemus, hoc eſt, normaliter. 168. 176. 177.

Normatura. Innocentius, Quære ſi ſemper normaturam ſuam conſequitur. 221. Normatio. 217.

Notæ juris. 221. & paſſim apud Innoc.

Novercæ. Hygenus lib. de Caſtram. Iniqua loca, quæ à prioribus Novercæ appellantur, omni modo vitari debent. Mago & Vegoja. Canabulæ vel novercæ, quod tegulis conſtruitur. 257. & paſſim. Vide, Canabula.

Noxia res. 344. Vide, Alluvionum vitia. *Nymphea.* 126.

Obſepti limites. vide Legem Mamil. Vetus S C. apud Front. lib. de Aquæd. Ne quid opponit, molit, obſepit, figit, &c.

Obſervatio loci. 274. Obſervetur rivus finalis. 274. Hygenus: Per ſingulas

gulas provincias privatas limitum obſervationes dirigere. 198. Ibidem: Ager arcifinius quadam terminatione in perpetuum ſervetur. Idem Hygenus: Hi agri leges accipiunt ab his qui veteranos deducunt, & ita propriam obſervationem eorum lex data præſtat in his agris. 206. Frontinus: Ager arcifinius finitur ſecundum antiquam obſervationem fluminibus, foſſis, &c. 38. Obſervabilia in finibus. Siculus, 13. Aggenus: Finitima linea aliqua obſervatione, aut terminorum ordine ſervatur. 62. Frontinus: Limites pro obſervatione partium ſtatutos cuſtodiunt. 112.

Obtineri, occupari. Frontinus. Pomerium à privatis operibus obtineri non oportebit. 41. Idem: Quoties loca quæ R P. data aſſignata fuerant, ab aliis obtinebuntur. 42. Aggenus: Dicuntur & ea Relicta loca, quæ vis aquæ obtinuit. 60.

Obligare. Siculus: Quidam poſſeſſionum ſuarum privatim formas fecerunt, quæ nec ipſos vicinis, nec ſibi vicinos obligant, quoniam res eſt voluntaria. 4. Hygenus: Cardinum fines terminis obligabuntur. Idem: extremitas menſuraliter obligata eſt. 166. Idem, Extremitatem terminis lapideis obligabimus. 189. Ibidem, Optimum erit extremitatem ad ferramentum rectis angulis obligare. Auctor incertus: Singulos fundos ex notis juris obligavimus. 274.

Occidaneus ventus. 228.

Occupatorii agri. Arcifinii. 3. 48. Hygenus: Vetuſtas longi temporis plerunque pæne ſimilem reddidit occupatoriorum agrorum conditionem. 205. Siculus: Pæne jam itaque fit, ut in occupatoriorum conditionem recidant. 14. 15. Frontinus: Quiſque prout agrum occupavit, tenet. 104. 117. 131. 146. Idem: Ager militibus ex occupatione cenſitus. 105. 110. 138. Idem: In ſoluto ex occupatione à militibus tenetur. 108. 140. Idem: Ex occupatione veterani tenuerunt in ſortem. 103. 137. Idem: Prout quis occupavit poſteriore tempore cenſita ſunt, & ei poſſidenti aſſignata. 110. 127.

Olivaſtellum. 241.

Opera cæſa. 272. Fauſtus & Valerius. In alios fines nihil poſuimus, ſed ex opere foſſas fecimus mitti in alto. 307.

Opus. Agrimenſura. Aggenus. Conſtabit rem magis eſſe juris, quam noſtri operis. 53. Hygenus: quintarium ad ſingula cludere, ne quis error operi fiat. Idem: Multi perpetuos limites egerunt, & in illa operis perſeveratione peccaverunt. 177. 178. Frontinus: Lex Cæſariana operata eſt in abſoluto. 117. 131. Termini qui in opus erunt. 133. Hoc opus omne arbitratu &c. Ibid. Vide Factura.

Orcæ. 267. Dolabella, Cineres aut cacabos invenies, aut orcas fractas. 296. Cajus & Theod. Lagenas & orculas in finibus poſuimus. 253. Auctor incertus: In collicello circa viam orculam invenies in quadrifinio conſtitutam. 245. Vitalis & Arcad. Termini lagenares vel orculares, à lagena vel orcula. 251.

Ordo. Aggenus, Ordo veteris adſignationis non prætermittatur. 66.

 Fron-

Frontinus : Finitima linea ordine terminorum ſervatur. 61. Ordines finitionum. 247. Hygenus : Typum totius perticæ ordinare, 193. Idem. Litteræ intervallo ordinatæ. 176. Idem. Linea meridiano ordinata. 177. Idem, Umbræ meridiano axi ordinatæ. 173. Idem, Proximarum coloniarum limitibus ordinati limites. 153. Cajus & Theodoſ. Termini ad modum agri ſine rigore ſunt ordinati. 253. ordinationes limitum. 61. 168. 177. ordinatio decumani. 181. Columella, v. 3. Perſenos pedes vitibus locum ordinare.

Ordinario jure. 41. Vide, jure ordinario.

Ordo coloniæ. Hygenus, Quod ordini coloniæ datum fuerit, adſcribemus in forma. 187.

Pactum, Pactio, Pax. Frontinus : In locis quibuſdam rivi finales & cavæ, quæ ex pactione ſunt deſignatæ. 113. 130. Ibid. Pacti deciſioniſve cauſa. Conventionis cauſa. 115. Pacis deciſioniſve cauſa 138.

Pagorum magiſtri. 9. 25. Vide Magiſtri pag. 184.

Paganorum ſacra. Siculus. Præterea & regiones ſolent etiam diverſa ſacra facere. itaque videndum erit qualiter pagi ſacra faciant. 25. 226. 227. 230. 233. 274. 310.

Paganorum ſerræ. 237.

Paginæ fundorum. Innocentius : Excogimus finem habere contra duas paginas fundorum. 222. Vide Compaginantes agri.

Pali. Siculus : In quibuſdam regionibus palos pro terminis poſuimus, alii iliceos, alii oleagineos, alii vero junipereos. 4. Idem, Pali lignei pro terminis diſpoſiti. 6. Cajus & Theodoſ. Stellam juniorem ſuper picatos palos conſecravimus. 253. Mago & Vegoja. Palos iliceos picatos pro terminis ſub terra defiximus. 257. 258. Cajus : Omnes palos de ilice picatos poſuimus, 305.

Pali Sacrificales. Frontinus : Pali lignei ilicei ſacrificales. 119. Idem. Sed & ſacrificales pali affixi ſunt. 122. 124. Latinus & Myrſont. Palos ſacrificales defiximus. 143. 254.

Palumbacii termini. 259.

Parietes de calce fabricati. 267.

Particulæ. Siculus : Comperimus quoſdam poſſeſſores non continuas habere terras, ſed particulas quaſdam in diverſis locis. Idem : Complures vicinales viæ ſunt, ut unuſquiſque poſſit ad particulas ſuas jure pervenire. 14.

Particulatim datæ proprietates. Aggenus. 55.

In paſcuis relicta. Aggenus : Sunt & loca publica quæ in paſcuis ſunt relicta quibuſcunque ad urbem venientibus peregrinis. 60. In paſcuis, ut In montibus. Vide, Montes Romani.

Pedatura. ποδισμός. Spatium certum pedum numero finitum. Vitalis & Arcad. Termini pedatura extenditur in pedes, &c. 250. 259. 272. 245. Frontinus : Numero pedaturæ limites conſtituti. 113. 130. Idem : Limitatio pedaturæ. 119. Innoc. Pedatura pergens per limites. 245. Pro modo jugerationis pedaturæ numerus eſt aſſignatus. 113.

Perdo-

Perdolatæ à ferro. Auctor incertus: Petræ ſi duæ aut tres vel quatuor taxatæ non perdolatæ à ferro. 247. Hoc eſt, petræ marculi ſubula punctæ, non marculi deplanis levigatæ aut politæ.

Peregrinæ regiones. Siculus Flaccus: & ſi regio quandam virgulam non habeat, quæ tutelam vineis aut hortis præſtet, adferuntur ex peregrinis regionibus & ſeruntur. 9.

Peregrinæ arbores, exteræ. 258. Latinus & Myrſont. Diverſa arborum genera quæ in ea regione quam metivimus inveniuntur peregrina. 254. Frontinus: Arbores antemiſſæ vel peregrinæ & putei finem faciunt. 120. Latinus: Arbor peregrina, quæ in eo loco ex ſtudio in fine poſita eſt. 258. 303.

Peregrini lapides. Siculus: Quidam curant invehere qualeſcunque peregrinos lapides, ut manifeſtum ſit ex induſtria terminos finales poſitos. 4.

Peregrina urbs 39. Peregrina civitas Nicomedenſium, in epiſt. Trajani ad Plin. Solum peregrinæ civitatis, inquit, capax non eſt dedicationis quæ fit noſtro jure.

Perennitas. Lex Tib. Cæſ. Monumentum ad itinera publica propter teſtimonium perennitatis conſtitutum. 347. Mago & Vegoja: Sunt monumenta quæ propter perennitatem itinerum conſtituta ſunt. 255. Lex Tib. Alia intra agros ſunt ſita, quæ partes militum ſervant, & juxta perennem rationem unam lineam mittunt. 347. Diſcretiones linearum perennes 347. Perennis aqua. 240.

Periti artis. 342. Aggenus: Menſoris peritia finiendum. 340.

Permittere. Auctor incertus: Vallis ſi fluviis permittunt. 273. Permiſſa linea rectis collibus. 223. Vide, Mittere.

Perpetui limites. Hygenus: Multi perpetuos limites egerunt. 178. Idem: Limitibus ſecundum ſuam legem latitudines dabimus, & aperiri in perpetuum cogemus. plurimum enim agentibus præſtat acti limitis perpetua rectura. 179.

Perſonæ. domini. 22. Perſonæ publicæ, coloniæ. Aggen. 56. Perſona coloniæ. 72.

Pertica. Forma, limitatio, metatio. Siculus: Diviſi complurium municipiorum agri, & in una limitatione comprehenſi, factáque eſt pertica omnis, id eſt omne territorium coloniæ ejus, in qua coloni deducti ſunt. 16. 20. 21. 24. Frontinus: Solum autem quodcunque coloniæ eſt aſſignatum, id univerſum pertica appellatur. 43. Aggenus: Quatuor perticæ regiones. 164. Idem: Pertica quatuor regionibus æqualiter diviſa. 166. Idem: Totius perticæ typus linteis deſcriptus ſecundum ſuas terminationes. 193. Frontinus: Extremæ perticæ aſſignatio. 42. Fauſtus & Valerius: Ubi pertica noſtra definivit. 261.

Petræ nativæ naturales. Petræ nativæ ſignatæ. 144. Siculus: Petras naturales quæ in finibus incedunt, ſæpe notatas invenimus. 13. Frontin. Petræ naturales ſignatæ. 122. Latinus: Terminus, ſive petra naturalis ſi brancam lupi habuerit factam. 310.

Petræ notatæ. Siculus : Petras occurrentes in finibus notatas invenimus. 5. 6. Aggenus : Petras notatas, quæ in finibus ſunt pro terminis habebitis. 53. Auctor incertus : Petræ aſſignatæ inveniuntur. 146. Petræ taxatæ, non perdolatæ à ferro. 247.

Petra ſicca. 214. non conſtricta calce & arena. 306.

Pes Monetalis, Druſianus, Ptolemaicus. 210.

Philoſophia Geometricæ artis. 265.

Picati pali. Forte, Spicati. Vide, Pali.

Piperatia. Latinus : Terminus ſi aſpratilis fuerit, & mixta piperatia loca habuerit. &c. 310.

Plana dorſa. Vitalis : Planis dorſis quam maxime terminos poſuimus & multas centurias aſſignavimus. 261.

Planitia. Baſis, Aggen. 176. Auctor incertus : Per planitiam limes excurrit. 271. Planitia dinoſcitur. 243.

Planuria. Vitalis, Per planuria deſcendit. 260.

Platuna. 248.

Plinthi, Plinthides, laterculi. 205. 210. Vitruvius lib. III. c. 2. Vide, Laterculi.

Podiſmus. 263. Frontinus : Termini ſpiſſiores, ſine menſura vel numero podiſmati. 132.

Politi lapides, dolati marculorum ſecuribus. 181. 198. Politi termini. 270. vide, Subulis impolitus.

Portio cluſaris. 156.

Poſſeſſiones. Agri late patentes publici privatique. 4. 292. Aggenus : Cum ergo poſſeſſor invenerit terminum in poſſeſſione ſua aliter formatum &c. 51. Hygenus : poſſeſſiones pro æſtimio ubertatis anguſtiores ſunt aſſignatæ. 152. Mago & Vegoja : Aquarum ductus per medias poſſeſſiones diriguntur. 257. Auctor incertus. Unum quodque ſignum ſecundum ſtatum poſſeſſionis ſuæ, quam cludit, extenditur. 248.

Poſtulatio. Hygenus : Decumani ulterioris ſecundum numerum ſuum poſtulationem inſcripſerunt. 156. Idem : Hanc conſtituendorum limitum rationem ſervare debemus, ſi huic poſtulationi & locorum natura ſuffragabitur. 164. Idem : Conditionem regionis excutiemus, & ſecundum ſuam poſtulationem aſſignabimus. 195. Poſtulationum podiſmi. 217.

Poteſtas limitum. Frontinus : Ne id aliquando ſequamini, quod major poteſtas limitum recturarúmve non confirmat. 115.

Pratus. 231.

Præciſuræ. Front. Corfinius ager in præciſuris aſſignatus. 126. Idem. Alia loca pro æſtimio ubertatis præciſa ſunt. 102. 127. 140.

Præfecturæ. Siculus : Præfectura illa dicitur, cujus territorio ager ſumptus finit perticam illam, tanquam coloniam illam, ubi civis deductus fuerit. 21. Frontinus : Quicquid perticæ, ſive univerſitati applicitum eſt, ex alterius civitatis fine, præfectura appellatur. 43. Aggenus : Aſſignata in alienis finibus loca, quæ ſolemus præfecturas appellare. 56. 60.

Præ-

Præſcriptio V. ped. 342. Siculus. Ad præſcripta lege latitudinis datæ incipiant menſuræ oportet. 19.

Præſidens terminus. 253. D. Auguſt. Epiſt. 510.

Principalis fundus. Auctor incer. Aquam vivam in finem conſtituimus; ſed infra ſecundum principalem ſuum aqua viva eſſe cognoſcitur. 243.

Iuſſi profeſſi. Siculus. Quibus agri centuriæ reddantur, Juſſi profeſſi ſunt quantum modum quoque loco poſſiderent. 18. Idem. Quibus redditi ſunt agri, juſſi profeſſi ſunt, quantum, quoque loco poſſiderent. 21. Hygenus: Aſſignatum per profeſſiones veterum poſſeſſionum. 160. Falſæ profeſſiones 198. Frontinus: Pro æſtimio ubertatis profeſſionem acceperunt. 116.

Profeſſiones magiſtrorum geometriæ. &, ne ſine profeſſione judicent. 343. Vide, Menſor.

Propriæ foſſæ. quas in ſolo ſuo quis facit, ad excipiendas aquas, non ad obſervationem finium. Siculus: Intelligi poteſt aliquando ex ipſarum foſſarum poſitione, utrum propriæ, an finales ſint. Idem. Qui proprias faciunt ad excipiendas aquas, aliquid ſoli ſui extra foſſam ſolent relinquere. 10. Idem: Si enim proprias quis faciat in terris ſuis ad ſuſtinendos ſervandoſque agros ſuos &c. 11.

Propriæ ſilvæ. Siculus: Quorundam etiam vicinorum aliquas ſilvas quaſi publicas, imo proprias quaſi vicinorum eſſe comperimus. 14.

Prorſi limites. Hygenus. Prorſos & tranſverſos limites appellaverunt à liminibus. 152. Qui ſpectabant in orientem, prorſos; qui ad meridianum, tranſverſos appellaverunt. 150.

Publica. Aggenus: Multis modis loca publica dici poſſunt, ſed dum diverſis conditionibus conſtringuntur, non poſſunt niſi ſua ſuis locis incidere. 60.

Pulveratica. quod agrimenſori datur pro honorario. 343.

Pumices. Per pumices ex induſtria finales lineæ diriguntur. 255.

Putei. Puteales aquæ. Lacus, lacunæ, ubi aqua viva & perennis quidem eſt, verum ita ſummerſa, ut defluere extra terram non poſſit. Ulp. l. 1. De aqua cottid. Frontinus: Putei finem faciunt. 120. 122.

Quadrarum anguli. 201. *Quadri termini.* 253.

Quammaxime. Fines toti quammaxime ſubjacent. 220. Quammaxime ſignificat. 221. 222. Quammaxime largiores 223. Quammaxime proximum. 221. Qaummaxime parvos fines. 220. Quammaxime fines fortiores. 227. Fines quammaxime extenſos. 242.

Quatuorangulatilis. 303.

Quadrifinium. 48. *Quadrifinalis.* 225.

Quamplurime. 274.

Quini pedes. 8. *Quinquepedales termini.* 212.

Quintarii limites. Hygenus: Quintus eſt, qui quinto loco numeratur: quintarius qui quinque centurias cludit. &c. 158. Idem. Statuerunt decumanos & cardines maximos patentiores ceteris: quintarios autem & ſubrun-

cinos minus patientes. 209. Idem: Inſcriptiones velut in quintariis ponere. 200. Idem: Decumanum autem & cardinem optimi menſores agere debebunt, & quintarium ad ſingula cludere, ne quis error operi fiat, quod poſt amplum actum ſine rubore emendare difficile eſt. 179.

Ratio. ordo limitum ſecundum artis menſoriæ poſtulationem auctoritatemque. Hygenus: ſi loci natura permittit, rationem ſervare debemus: ſin autem, proximum rationi. 166. Auctor incertus: Contenti fuerunt terminos per ſummum jugum diſponere, nullam ſecuti rationem. 308. Idem: Multi non tantum ſacrificii ſequuntur conſuetudinem, ſed etiam rationem. ibid. Auctor incertus: Quas litteras in terminis invenies, quæ capitaneæ ſunt, non fundorum, ſed rationis terminum oſtendunt. 167. Aggenus: Redintegrato ſuis fundo limitibus, per maximorum limitum rationem. 52. Apud Frontinum ſæpe occurrit, Finitur per rationem, arcarum, riparum, canabularum &c. Aliquando etiam, Finitur teſtimonio arcarum, riparum &c. Item, per palos ligneos iliceos ſacrificalis ratio limitum ſervatur. Item, Terminorum ratio diſtat à ſe &c. 119. 120. Item, Inſcriptio ſi ratione ponatur. 157. Vide, Cauſa finalis. Hygenus: Recturæ longitudo rationalis limes appellatur. 151.

Recorrigo. 157.

Rectura. Hygenus: Plurimum agentibus præſtat acti limitis perpetua rectura. ex hoc diverti niſi per negligentiam non poteſt. 179. Idem: Agrum arcifinium ad menſuram ſic redigere debemus, ut & recturis & quadam terminatione in perpetuum ſervetur. 123. In lege Tib. Cæſ. Rationem agrorum per recturas obſervare. 68. Aggenus: Sciamus pleniſſime non poſſe formam cujuſlibet agri ſine limitum rectura ſubſiſtere. 47. Idem: Incipientis termini recturam dirigit. 63. Frontinus: Colonia Arretium lege Auguſtea cenſita limitibus Gracchanis, qui recturas maritimas & montanas exſpectant. 132. Idem: Limites contra orientalem recturam dirigebantur. 113. Idem Limitibus normalibus recturæ concurrunt. 120. Idem: Per recturas foſſæ interjectæ. 115. Idem: Contra orientem per recturas deducebantur. 131.

Rectus finis. Siculus: Ex convenienti ad convenientem rectus finis obſervari debet. 4.

Reddita & commutata. Siculus, 17. Hyg. 206.

Regammans via, vel limes. Regammante via vel limite, dum à ſe utrique diſceſſerint, deſinit via finem præſtare. 62. Latinus & Myrſont. Vicem limitum exſpectant, regammantibus lineis vel percurrente rigore. 254.

Regelationes. Aggenus. 57. 70.

Regiones. Siculus: Regiones dicimus, intra quarum fines jus ducendi coercendique eſt libera poteſtas. 1. Idem. Propriæ factæ ſunt formæ, id eſt ſuis limitibus quæque regio diviſa eſt. 21. Intra perticam, in eam regionem comprehenſa. 207.

Regio. pars agri. Regio dextrata, ſiniſtrata; ultrata, ſiniſtrata. 156.

Regulis limitum obligari. Agg. 49.

Relicta loca & extracluſa, quæ adſignata non ſunt. Frontinus, 42. Agg. 60. 73.

Religionis reverentia. 60.

Religioſa loca. 42. 61. Aggenus: locorum ſacrorum ſecundum legem P. R. magna religio & cuſtodia haberi debet. 73.

Relocatum coloniæ. 206.

Remenſurari. 255.

Renormatus. Frontinus: Ager juſſu Cæſaris Auguſti limitibus nominis ſui eſt renormatus. 104. 137.

Reprobus terminus: terminus reproba acie, hoc eſt, non æquali. 251. 305.

Reſpublica coloniarum. Siculus. Aliquando ſubſeciva reipublicæ coloniarum conceſſerunt. 23. Aggenus: Quidam & ſubſeciva colonis conceſſerunt. ideoque ſemper hoc genus controverſiæ à rebus publicis exercetur. 68.

In re præſenti. Inſpectione artificis, oculiſque ſuis ſubjectis locis. 46. 301. & paſſim. Res oculorum eſt.

Rigor. εὐθυωρεία. Frontinus: Quicquid in agro menſori operis cauſa ad finem rectum fuerit, rigor appellatur: quicquid ad horum imitationem in forma ſcribitur, linea appellatur. Idem. Rigor eſt quicquid inter duo ſigna, vel in medio lineæ rectum perſpicitur. 31. Idem: Rigores ordinati certo itineris ſpatio. 29. Siculus: Petras occurrentes in finibus notatas invenimus, & quaſdam, ſi perſeveret rigor, notas habentes: in verſuris vero gammas, ſed ſpectantes ſuos rigores. 5. Idem: In aliquibus regionibus ita fines inter poſſeſſores ordinati ſunt, ut rigores durent per longum tractum. 13. Aggenus: Riparum & rigorum curſus ſervabitur. 52. Dolabella: Rigores hebetes ſunt appellati, quia ſine lapidibus ſunt. 120. 296.

Ripam tueri. Riparum tuendarum neceſſitas. 13. 57. Ripæ ruina. 307.

Rivi torrentes. 13. Rivus naturalis.

Rivi finis tractus. 13.

Rivorum. Innocentius: Tria rivora in monte poſita. 235. Tria rivora diſcindit. 237. Duo rivora current. 238. Quatuor rivora. 238.

Robur. Roborei, Robuſti termini. Hygenus. Non ſolum quod ad publicos limites pertineret, injunxit, verum etiam inter acceptas ne roborei deeſſent termini, cavit. 156. 212.

Rumor loci. Auctor incertus: Secundum loci rumorem, quod interpretatur, ſecundum loci obſervationem. 274.

Rumpitur. Corrumpit, extorquet. Mago & Vegoja: Limes orientalis uſque in occidentem rumpi non poteſt, qui maximus appellatur. 258. 264.

Sacella. 59.

Sacerdotum agri. Siculus Flaccus: Collegia ſacerdotum, item quos Virgines habent agros, & territoria quædam etiam determinata, &c. 23. Hygenus: Virginum quoque Veſtalium & ſacerdotum quidem agri vectigalibus redditi ſunt & locati. 206. Aggenus: Unuſquiſque poſſeſſor donabat certum modum ſacro illi ex agro ſuo, &c. Sed & ſi quid ſpatioſius cedebatur, ſacerdotibus templi illius proficiebat. 61.

Sacra

Sacra paganorum. 226. 230. 227. 146. Siculus: Regiones ſolent etiam diverſa ſacra facere. ita videndum erit qualiter pagi ſacra faciant. 25. Auctor incertus: Multi non tantum ſacrificii ſequuntur conſuetudinem, ſed etiam rationem. 308. Siculus: Quædam aliquibus ſacris dicata. 23. Lex Tib. Cæſ. Cum ager diviſus militi traderetur, * ut extremis ac compaginantibus agris limitibúſve ſuis monumenta ſepulcráve ſacrarentur. 346. Aggenus: Unuſquiſque poſſeſſor donabat certum modum ſacro illi ex agro ſuo. 61. Vide, Paganorum ſacra.

Sacrum terminis facere. Siculus. 5.

Sacra loca. Vide, Religioſa.

Sacra ſepulcra. 346.

Sacrificii oportunitas.
Sacrificium abuti.
Sacrificales termini. Auctor incertus. Plurimis deinde locis terminos ſacrificales non in fine ponunt, ſed ubi illos ſacrificii potius oportunitas ſuadet poni, hoc eſt loci commoditas, in quo ſacrificium abuti commode poſſint. 308. Vide, Pali ſacrificales.

Sagraba, quam appellant alluvionem. 303. N. L. Vide, Scringis.

Saltus, vigintiquinque centuriæ. Siculus, 19. Frontinus: Cetera in ſaltibus ſunt aſſignata. 127. Vide, In montibus.

Saltum dat. Gammatus limes frequentius corrumpit, extorquet, & ſaltum dat. 265.

Samartia. Samardacus. Terminum nomine bifurcium Samartia vocatur. 266. Terminus ſi bifurcius fuerit, Samardacus dicitur, trifinium facit. 303. N. L.

Sanctuarium Cæſ. 16.

Extra ſanctuarium, id eſt, profanum. 61.

Sanctior, id eſt, juſtior. 264. 273.

Sarcoſaga. 267.

Sardiatas. 146. N. L.

Saxuoſa loca, Saxoſa. 4. Saxuoſus ager. 11. 49. Saxetum, Cic. de lege Agr. Quod ſolum tam exile & macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſſit? aut quod eſt tam aſperum ſaxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret? Vide, Macra loca.

Scamna. Frontinus: Quicquid ſecundum hanc conditionem in longitudinem eſt delimitatum, per ſtrigas appellatur: quicquid per altitudinem, per ſcamna. 46. 38. Hygenus: Quod in latitudinem longius fuerit, Scamnum appellatur: quod in longitudinem, ſtriga. 196. 198. 200. Ager per centurias & ſcamna aſſignatus. 125. Scamnatus, Strigatus ager. 46.

Sciotheron. Hygenus. Scribemus primum circulum in terra loco plano, & in puncto ejus ſciotheron ponemus, cujus umbra & intra circulum aliquando intret. 175. Vitruvius, lib. I. c. 6 Collocetur æneus gnomon indagator umbræ, qui Græce σκιόθηρον dicitur.

Scorpiones. Siculus: Congeries lapidum pro terminis obſervant, & Scorpiones

piones appellant. 4. Idem: Congeries lapidum acervatim congeſtæ, quos Scorpiones appellant. 6. Mago & Vegoja: Congerias petrarum, quas ſcorofiones vocamus. 119. 122. 258. Scorofiones, moles petrarum. 144. Legendum puto, Scorpiones, ab eo quod Græci dicunt σκορπίζειν, quia ex congerie & congeſtione diſperſorum lapidum fiunt hujuſmodi moles.

Scrophiones. ubi duo fines cuneati ſe jungunt. 147. 213. 225. 254.

Scringis & allabinibus. 304. Video veſtigia vocabulorum: Drungis & vexillationibus: quæ tamen agrimenſoriis iſtis parum conveniant. Hæc magis appoſita, videantur: Strigis & cardinibus. Niſi ſubjungeretur illud, Centuriis, exiſtimarem legendum: Sagrabis & alluvionibus. Nam hac eadem pag. legimus: Sagraba, quam appellant alluvionem.

Scriptura. Aggenus: De loco ſic agitur; quæ res hanc habet quæſtionem, ut nec ad formam, nec ad ullum ſcripturæ revertatur exemplum. 53. Idem: Per monumentum illius, ad locum illum, unde primum cepit ſcriptura eſſe. 59. Dolabella: Quæris lapides plures centuriales, quorum ſcripturam cum inſpicere ceperis, nota tibi quomodo ſcriptura currat. 298. Quæ verba explicant illa Innocentii, Quære ſi ſemper normaturam ſuam conſequitur, ſic ut per ſigna iſtius litteræ inveniantur. ita capitulum ad notas juris revertatur, &c. 221. Vide, Capitulum, Capitaneæ litteræ, & Notæ juris.

Scutanei termini, dolatiles. 270.

Scutellatus terminus. 212.

Sepultura finalis. 212.

Sepulcra in extremis finibus. 4. Latinus & Myrſont. Aliquibus locis monumenta ſepulcrave veteranorum conſtituimus. 254. Sepulcra finalia aut monumenta. 347. 267.

Seria. 214.

Serra recta, rigor, rectura. Vitalis & Arcadius: à ſextaneo ſi vis ſequi limitem, rectam ſerram ſequeris ped. CL. &c. 252. Quæ auctiora ſunt p. 260. *Serræ cavæ.* 227.

Seſcontrarium. Hygenus. 172. Septentrionali deinde ſeſcontrarium auſtralem appellant. In codice Palatino legitur, ſe contrarium. quod verius mihi videtur. Se contrarium, ut, De latus ſe, apud Innocent. Itaque ſic emendandus Hygenus in his locis: Ab hoc enim exemplo ſe contrariæ partis quæ videtur iiſdem horis illuminari, umbra deſcribitur. Item: A media terra quicquid eſt in oriente, ultra curſum ſolis eſſe, quam regionem quidam ſe contrariæ partis appellant. 173.

A Sextaneo, à ſexta hora. 223. 226. 227. 252. 260. Sextaneus limes. 239. 258. Sextanea pars. Auctor incertus: A ſextanea parte termini inveniuntur & ad occidentem per ped. CCCCL. excurrunt 247. Item: De ſextanea parte limitem proximum veniet. 245. Item, Poſt ſe, hoc eſt à ſextanea parte. 228. Contra ſextaneam partem. 241.

Siccandorum agrorum cauſa. Siculus, 10. Idem: Intuendum utrum foſſæ ex neceſſitate loci agros ſiccent, an finem præſtent. 12.

Signum, cujus pars nulla eſt. Frontinus: omnis menſurarum obſervatio & oritur & deſinit in ſigno. 31. Idem: Lineæ fines, ſigna ordinata. 32.

Signa terminalia 5. 40. 121. Arcadius: Cum ſignis & ſigillis conſtituimus terminos. 259. 306. Siculus, Signa defodiunt pro terminis. 1. foſſas ducunt finales. 14. Latinus & Myrſontius: In his locis nulla comportionalium ſigna inveniri poſſunt. ea ratione, ſicut ſcripſimus, mortua nuncupantur. 254. Siculus, Quæſtoriorum agrorum pæne jam obliterata ſunt ſigna. 14. Innocentius. Invenies ſignum de terra manibus factum. 244.

Significantia, Signorum ratione. Siculus: Videndum eſt qua ſignificantia quæque regio dignoſci poſſit. 22. Idem. Significanter deſcripta territoria, vocabulis aliquorum locorum comprehenſis. 24. Idem: Pagi ſæpe ſignificanter finiuntur. id eſt, per variorum locorum ſigna finem accipiunt. 25. Aggenus. 59.

Signatæ petræ. 144. *Signatim.* 305. *Signinum.* ibid.

Solemnitatis dies. 61. Auguſtinus, Epiſt. 211. Paganorum ſacrilega ſolennitas agitata eſt, &c.

Solidum, quadrati pedes. 31.

Solidus finis. Siculus: Si duo poſſeſſores extremis finibus centurias habent, cum fodiunt finem ſolidum relinquunt. Idem: In finibus ſolidam marginem relinquant, quo diſcerni poſſint fines. 14. Ovid. IV. Faſt. Foſſa fit ad ſolidum.

Solum po. Romani. Hygenus: Ne coloniæ ullam munificentiam deberent, ſed eſſent in ſolo populi Romani. 186. Aggenus: Juriſperiti negant illud ſolum, quod populi Rom. eſſe cepit, ullo modo uſucapi à quoquam mortalium poſſe. & eſt veriſimile. 69.

Solum. Frontinus: Sunt aliæ limitum conditiones, quæ ad ſolum non pertinent, hoc eſt, ad artem noſtram. 43. Idem. Sola mobile habent ſpacium & incertam jugerum enunciationem. Idem. Dum hæc proxima conſumtio alterius ſola metiatur. 217. 218.

Soluti agri. 3.

In ſoluto loca remanſerunt. Aggen. 49. Vide, In abſoluto.

Sorte dividi, Nomina in ſortibus inſcripta. Sortes tollere. In ſortem mittere. Sortem ducere. Quotocumque loco ſors exeat. Hygen. 191. 192. 204.

Sors, agri modulus. 216.

Spathulæ. metæ. termini in acumen ſubrecti. Frontin. 224. Spathulæ curſoriæ. 121. 122. Vide, Curſorii termini.

Spectare: Lex Tib. Cæſ. Eorum ſepulcrorum ſequenda eſt conſtitutio, quæ extremis finibus concurrentes plures curſus agrorum ſpectant. 347. Vide, Exſpectare.

Spiſſiores term. 129. 132. id eſt ſine menſura. 145.

Status controverſiarum. 62. 66. 67. & ſeq.

Status poſſeſſionis, modus agri. Auctor incertus: Unumquodque ſignum ſecundum ſtatum poſſeſſionis ſuæ, quam cludit, ita extenditur. 248.

Stella junior. Decuſſem conduplicatum diductumque menſores appellavere

lavere ſtellam; Juniorem vero, quaſi ab ipſis menſoribus conditam, adeoque poſt ceteras ſtellas natam. Cajus & Theod. Stellam juniorem ſuper picatos palos conſecravimus. 253. Idem. Et ſignatim ut inveniantur pali ipſi ſtellam conſecravimus, & ipſa ſtella junior nomine vocatur. 305.

Stipites oleaginei affixi. 116.

Stricta ad pectus caſa. 278. 279. 280.

Steriles & confragoſæ terræ. 280.

Strigæ. Frontinus: Quicquid ſecundum hanc conditionem in longitudinem eſt delimitatum, per ſtrigas appellatur. 38. Aggenus: Strigatus ager eſt, qui à ſeptentrione in longitudinem in meridianum decurrit. 46. Vide, Scamna.

Structuræ parietum in modum lineæ. 255.

Subcavus. 252. 260. 306.

Subcumbus. 264. 302.

Subruncini limites. Hygenus: Reliqui medii limites linearii appellantur, in Italia ſubruncini. 152. Idem, Subruncini minus erroris habent periculum. 177. Idem, Statuerunt decumanos & cardines maximos patentiores ceteris; quintarios autem & ſubruncinos, minus petentes. 209.

Subſeciva. Vacuæ centuriæ. Siculus. 23. Idem: Quod minus fuerit, quam centuriæ modus eſſe debet, Subſecivum vocatur. Idem, Subſecivorum genera ſunt duo: unum eſt, quod à ſubſecante linea menſura quadratum excedet. alterum eſt, quod ſubſecantis aſſignatione lineæ etiam in mediis centuriis relinquitur. 17. Frontinus: Subſecivum eſt quod à ſubſecante linea nomen accepit. Subſecivorum genera ſunt duo; unum quo in extremis aſſignatorum finium centuriam explere non potuit, &c. 39. Hæc autem emendari facile poſſunt ex Aggeno, pag. 68. Subſecivorum, inquit, genera ſunt duo, unum quod extremis aſſignatorum agrorum finibus centuriam non explet, &c. Idem Aggen. 42.45.49.59.206. Auctor incertus: Subſecivi agri, quos in pertica diviſos recuſant, quaſi ſteriles aut paluſtres: Item: Subſeciva quæ in diviſura agri non efficiunt centuriam. 293.

Subſequi terras. Siculus, ubi de Alluvione: Æquum videatur injuriam paſſos ſubſequi terras uſque ad alveum fluminis. 19.

Subſtructiones. Siculus: Subſtructionibus terras ne dilabantur excipiunt. 11. 213.

Subtiliſſimi termini. 266.

Subulis impolitus. taxatus marculo ſubulone: Auctor incertus: Terminus ſi ſuperius politus fuerit, & inferius ſubulis impolitus, monumentalis eſt. 305. Vide, Politi lapides, &, Perdolatæ petræ.

Suburbana loca. 254.

Suburbicaria Tuſcia. Vide Urbicaria.

Sucitariis. Caſa in ſuis ſucitariis. 245. Caſa in ſuis ſociteri. 238. Caſa in ſuis ceteris conſtituta. 227. N. L.

Summa montium. 24. 40. 59. Intima montis. ibid.

Supercilia finem præſtant. Siculus, 4. Idem, Supercilia ſi finem facient, intuen-

intuendum erit in quantum ſpatium devexitas ſupercilii extendatur, ne mons ſupercilium ſit: Intra paucos enim pedes ſupercilia vocabula accipiunt. 7. Frontinus: Locorum natura, quam ſupercilium appellant. 40.

Superior, inferior poſſeſſor. 7.

Sura montis. Vide Montium vertices.

Ad ſuſtinendos agros. id eſt, ad terras excipiendas ne dilabantur. 11.

Tabula. Auctor incertus: Habet tabula una quadratas perticas. LXXII. 312. 313.

Tabula. Hygenus: Has conternationes ſublata ſorte quidam tabulas appellaverunt, quoniam codicibus excipiebantur. &c. 191.

Tabularium Cæſaris. 193. Tabularia civitatum. 74.

Taliatura. ſciſſura. Mons ſciſſus, id eſt, taliatus. 266.

Taxare. Siculus Flaccus: Si utriſque poſſeſſoribus conveniat, ut finales arbores deijciant, aut ut pretio taxent. 8. Idem: Modum pro modo ſecundum bonitatem taxabant. 17. Aggenus: Sed nec vendentes ex acceptis ſuis, aut ementes adjicienteſque ad acceptas ſuas certum modum taxaverunt. 54.

Taxatus à ferro, Aſſignatus à ferro. Terminus à ferro taxatus. 252. 253. 261. Petræ ſi duæ aut tres vel quatuor taxatæ non perdolatæ à ferro. 247.

Tempeſtas fluvium concitavit. 57. Tempeſtatis violentia abreptum. Ibid.

Tenor. rectura. Frontinus: Rivorum & viarum tenor finitimus. 119. 143. Latinus: Termini autem omnes nec uno modo nec uno tenore ſunt conſtituti. 303.

Termes, Termen. Vitalis & Arcadius 250. Terminus dici non poteſt, eo quod plus iii. ped. habeat. ideoque Termes dici debet. Sic fortean legendum potius quam ut in Notis monebam. In codice Palatino ſæpe legitur, Terminibus: & apud Pariatorem legis Moſaicæ, Terminia mota.

Terras excipiunt, ſubſtructionibus, ne dilabantur. 11.

Terra ſolida. 5. Ovid. Foſſa fit in ſolido.

Terræ ſteriles & confragoſæ. 280. Terræ nigriores. 240. 241.

Terram agere aratro. 296.

Territorium. Siculus Flaccus: Territis fugatiſque civibus territoria dixerunt. 3. Idem. Bellis geſtis victores populi terras omnes ex quibus victos ejecerunt publice atque univerſaliter territorium dixerunt. 3. 21. 23. Frontinus: Territorium eſt quicquid hoſtis terrendi cauſſa conſtitutum eſt. 41. Territorii jus, Ibid. & 57. 72. 208.

Territorium. pertica. Siculus Flaccus: Diviſi complurium municipiorum agri, & in una limitatione comprehenſi ſunt, factaque eſt pertica omnis, id eſt omne territorium, coloniæ ejus, in qua coloni deducti ſunt. 24. 25.

Territoriales termini. Aggen. 47. Siculus Flaccus: Invenimus ſæpe in publicis inſtrumentis ſignificanter deſcripta territoria. 24. Territoria determinata. 23. Territorio aſſignatum: Datum in tutelam territorio adſcribemus. Hygen. 186. 187.

Terminorum formæ variæ. 212. 250. 251. Terminus formatus: Aggenus: Terminus aliter formatus, aut aliter poſitus quam ceteri qui in ea poſſeſſio-

ne

ne ſunt. 51. Terminus incipiens: Idem: Non à trifinio aut quadrifinio, ſed ex quolibet alio finis loco incipientis termini recturam dirigit. 63. Terminus, hoc eſt petra aſpratilis 228. Termini qui recipiunt menſuram parallelogrammam. 116. Terminus craſſus Auguſtalis. 132. Termini podiſmati. 114. Numeris uncialibus termini conſtituti. 131. Termini Decurſorii. 223. Termini in terram vorati. 146. Terminus finalis. Siculus Flac. Ut manifeſtum ſit ex induſtria terminos finales poſitos. 4. Niſi tamen abundet dictio, Terminos. Termini comportionales, Agg. 51. Vide Comportionales. Termini pleurici qui rationem obſervationis oſtendunt, quam recturam limitum. 117. 134. Termini territoriales. 110. Termini dejecti, exarati 346. Termini ordinati, Frontin. 40. Terminorum ordo. 42. Terminorum poſitio. 40. Terminorum fides. 124. Termini ab exordio conſtituti. 116. Terminis fundare. 198. Vegoja: Jupiter ſciens hominum avaritiam vel terrenam cupidinem terminis omnia ſcita eſſe voluit. 258. Arcadius A. Terminos in foſſa ex calce & arena conſtruximus. 259. Vide Siculum, pag. 5. Terminum rariorem oſtendens. 223. 245. Termini majores, menſales, baſes, tetrametra. 248. Termini ſemiſſales in pede quadrato. 121. 132. 142. Termini ſaxiales. 132. Termini lapidei ex ſaxo ſilice aut molari. 111. 112. Termini normales. 130. Terminus pſilogrammus. 112. Termini lapidei longi. 131. Termini Auguſtei, id eſt rotundi in effigiem columnæ. 146. Terminales arbores. 346.

Terminatio. Hygenus: Libros æris & typum totius perticæ linteis deſcriptum ſecundum ſuas terminationes. 193. 120.

Terminate finem conſtituimus. 243.

Teſtæ terminis ſubditæ, Sicul. 5. Teſtacius terminus. 253. Terminus coctus teſtacius. 304. Arca conſtituta teſtacia. 253. Fauſtus & Valerius: Monticellos plantavimus de terra, quos botontinos appellavimus, & intra ipſos, carbonem cinerem & teſtam tuſam cooperuimus. 306.

Teſtimonium. fides, indicium, argumentum, documentum. Apud Frontinum & alios ſæpe occurrit: Finitur teſtimonio arcarum. 125. &c. Teſtimoniis dividi 146. 142. Aggenus: Utitur teſtimoniis & quibuſcumque poteſt argumentis. 73. Teſtimonia agraria dividentia in montibus. 146.

Tetartemorion. Τεταζωδία. Hygen. 173.

Tetrans. Hygenus: In caſtris groma ponitur in tetrantem. 164.

Tetrans, Groma. Ferramentum geometricum. Auctor incertus: In quam partem verteris tetrantem pones. 285.

Tetrantes. Hygenus. Tetrantum lapides inſcripſerunt. 156. Idem: Tetrantum veterum lapides adhuc parent. 160. Idem: In mediis tetrantibus lapides defigemus. 181. Termini habentes longum tetrantem. 132.

Tituli. Inſcripti lapides. Aggenus. Videmus igitur modo per terminos territoriales & limitum curſus & titulos, id eſt inſcriptis lapidibus, plerumque fluminibus, &c. 47. In antiquis inſcript. TITVLVM SIVE TVMVLVM P. Titulus inſcriptionibus indutus. 146.

Toſinei termini. 254. 261.

Togati Aug. 254. Togati Auguſtales, ut Togati Prætorianæ & Urbicariæ præfecturæ.

Tornatiles Auctor incertus: Termini factura tornatiles, hoc eſt rotundi ſubtiliſſimi. 266.

Torrens violentior. Hyg. 208. Vid. Tempeſtas.

Tortuoſus limes, gammatus. 228. 271.

Tranſcendi non poteſt iter publicum. Agg. 49.

Tranſcendentia. 63.

Tranſit & retranſit. 243.

Tranſmittere. Siculus: Quidam rivi ultro citroque tranſmittunt poſſeſſores. 12. Idem. Portas domini villarum faciunt, januaſque imponunt, & ſervos huic negotio ad tranſmittendum populum applicant. 20.

Tranſpertuſus terminus. 266. 302.

Trapezius terminus. 212.

Trapeziæ, menſulæ. 248. Vide Propoſitionem V. Mechanici illius quem ſub Heronis Geodætæ nomine edidit Latine Franciſcus Barocius.

Tributarius ager, & *Tributarium* ſolum per univerſitatem populis definitum. Front. 38. 47.

Tubulus in modum curſorii rivum ſignificat. 252. Vide, Curſorium.

Tumores terræ. Frontinus: Finitur per terminos & terrarum tumores. 126. 127. Vide, Botontini & Monticelli.

Tutela. Siculus Fl. Si regio quandam virgulam non habeat, quæ tutelam vineis aut hortis præſtet. 10. Idem: Subſtructiones ad tutelam terrarum. 11. Frontinus: Certo itineris ſpatio duo rigores ordinati. quibus in tutelam comeandi ingens vallorum adſurgeret moles. 12. Tutela rei urbanæ. Aggen. 58. Hygenus; Datum in tutelam territorio 187.

Tutelatus ager. Aſſignatus in tutelam rei urbanæ. Aggenus: 58.

Typus. Forma. æs. limitatio, &c. Siculus Flac. 16. Hygenus: Typus totius perticæ linteis deſcriptus. 193. 306. Vide Forma. Æs.

Vacantes & *Vacua* centuriæ, quæ in aſſignationem non ceciderunt. Siculus Fl. 21. propter aſperitatem ſcilicet, aut ſterilitatem. 162. 201.

Vallis ſubrectior. 240.

Varatio. *Variatio fluminis.* 257. 285. Mago & Vegoja: Sunt & alii pontes in vicinalibus & privatis viis, quorum alvei varantur. 257.

Vectigales agri. Hygenus: Agri vectigales multas habent conſtitutiones. 23. 205. Vectigalibus ſubjecti 23.

Velamina. lapidum terminalium ſtemmata, infulæ. Siculus Flac. Unguento velaminibuſque & coronis eos coronabant. 5.

Ventus occidaneus. In ventum qui occidaneus imputatur. 228.

Verſuræ, coxæ. cubiti. 4. In verſuris quæ arbores notatæ ſunt, aut decuſſes inveniuntur aut gammæ, ut manifeſtum ſit verſuras ſuis ſignis obſervari debere. 8.

Vertices lapidum terminalium inſcripti. 155. 156. 157.

Vertices agrorum. Dolabella. Sicut verticem in capite humano natura præ-

præſtitit, ſic & in montibus menſores docti inſtituerunt. hi ſunt vertices agrorum, qui in montibus lapides naturales ſunt. 294.

Vetuſtas longi temporis. Hyg. 205. Florus lib. iii. c. xiii. Relictas ſibi à majoribus ſedes ætate, quaſi jure hereditario poſſidebant.

V. P. R. Veteribus poſſeſſoribus redditi agri. 206.

Viæ, finitimæ. 3. Via conſularis. 163. Via regalis. Siculus Fl. Sunt viæ publicæ regales, quæ publice muniuntur, & auctorum nomina obtinent. 9. 10. Niſi potius heic aliquis interpretandi gratia adſcripſerit, Regales. ſic apud Hygenum, via publica militaris. 152. 146. Latinus & Myrſontius: Monumenta finalia militari viæ non conjunguntur. 254. Sic in lege Tib. Cæſ. Monumentum quod ad itinera publica propter teſtimonium perennitatis eſt conſtitutum, quod rationem finium non recipit. 347. 255. Viæ vicinales Siculus: Vicinales viæ quæ de publicis divertuntur in agros &c. 10. 14. 53. Aggenus: Plerumque via dum cum limite currit, etiam ſi vicinalis eſt, aut lignaria, aut privata, finem præſtat. 62. 257.

Vice temporum. Per certa temporum ſpatia. Mago & Vegoja Aquarum ductus per medias poſſeſſiones diriguntur, quæ à poſſeſſoribus ipſis vice temporum repurgantur. 257.

Vicinus. Frontinus, Cultorum agrorum ſilvæ abſunt in montibus, ultra quartum aut quintum forte vicinum. 41. Idem: Ager, qui à fundo ſuo tertio vel quarto vicino ſitus eſt. 118. 121. 125.

Vinea. 10. Hypampelus, Inſcript. ant. Γῆ ὑπάμπελος, Heroni & Pediaſimo.

Viritim. Siculus. Dividuntur agri limitibus inſtitutis per centurias: aſſignantur viritim nominibus. 16. 21.

Vis aquæ. Aggenus: Dicuntur & ea relicta loca, quæ vis aquæ obtinuit. 60. Vis tempeſtatum. Vis fluminis.

Vitia alluvionum. l. quum ſcilicet agrum paulatim fluvius non agrum reddit, & facit ἔνυδρον. 293.

Vitrea fracta. 5. 265.

Viva aqua. Vide, Aqua. Ulp. l. xi. Quod vi aut cl. Portio agri videtur aqua viva.

Vlageris 280. Uliginoſus ager. 293.

Vltra primum cardinem. 182. Vide, Citra card.

Vmbilicus, tetrantis meditullium. Hygenus: ab uno umbilico in quatuor partes omnis centuriarum ordo componitur. 183. Umbilicus ſolis.

Vmbrarum momenta. Hygen. 170. Idem: Umbra & intra circulum aliquando intret. 175. Ibidem: Umbræ intrantis & exeuntis.

Vnguenta, quibus uncti lapides terminales. 5. Unctum Vertier ad lapidem. Lucret. Lapis ex olivi unguine ſordidatus, Arnob. Lapis unguine delibutus, Apul.

Vniverſitas. Pertica. Solum univerſum coloniæ aſſignatum. Front. 40. 43. Cujus modus univerſus civitati eſt aſſignatus. Aggen. 47. Univerſa poſitio terminorum. 142.

Voca-

Vocabula villarum, locorum. Demonſtrationes: Montium ſcilicet juga ſupercilia, Aquarum divergia, Rivorum & fluminum curſus; muri maceriæ, ſcrofiones, &c. 22. Hygenus: Reliqua pars aſperis rupibus continetur, terminata in extremitate more arcifinio per demonſtrationes & locorum vocabula. 163. Vide Significantia.

Voluntario. ex induſtria, data opera. Siculus: Quicquid poſſeſſores inſtituerunt, curandum erit, ut fide æſtimetur, ne quis voluntario finem proferat. Vide, Inverecunde, Calumnioſe.

Vorati in terram termini. 146. 147.

Urbanum ſolum. 41. 58.

Urbicaria Tuſcia. 253. Alii ſuburbicariam vocant. Ac proprie quidem ſuburbicaria dicatur Tuſcia & ceteræ per Italiam annonariæ regiones, quæ ſub Urbe, ſive, quod de agro Campano ait Tullius, ſub ſigno clauſtriſque reipublicæ & domi eſſe videbantur: cum cetera illa extra Italiam magnifica populi Romani vectigalia perlevi ſæpe momento fortunæ inclinatione temporis penderent. Quid enim Aſiæ portus, quid Syriæ rura, quid omnia transmarina vectigalia juvabant, tenuiſſima ſuſpicione prædonum aut hoſtium injecta?

Uſu capitur. Aggenus: Iter ad culturas, vel circumactus aratri uſucapi non poteſt. Iter enim, qua ad culturas pervenitur, non capitur uſu; ſcilicet id quod in uſu biennio fuit. 53. Idem: ferre uſucapiuntur loca quæ biennio poſſeſſa fuerint. 53.

Utilitates pub. Siculus Flac. Ductus aquarum, qui utilitatibus publicis ſervierint. 18.

Vulgaris ſilva, paſcua. 198.

IXI, mille. Unde formatæ ſunt hæ notæ, quibus plerumque nunc utimur, ∞ & M. Nec dubito quin eadem illa figura dimidiata, in hunc videlicet modum, IƆ quinquaginta ſignificaverit, & paullatim abierit in D.

Ī, mille. 209. 210. 311.

FINIS.

OESI RES AGR
UM RIGALTI
NOTIS